R. 32-88

# EVANGELICARVM INSTITVTIONVM, LIBRI OCTO.

Mº de Retorica.

Ad PHILIPPVM ſecundum Hiſpaniarum Regem.

Del Colegio de la Compª de IHS de Granada

Authore, P. Garſia Galarza Bellanenſi, Doctore Theologo, publico Salmanticæ Philoſopho, Epiſcopo Caurienſi.



CVM PRIVILEGIO.

*Excudebat Alfonſus Gomecius Regis Catholici Typographus, Mantuæ Carpentanæ. 1579.*

R. 32.88

# EVANGELICARVM INSTITVTIONVM, LIBRI OCTO.

M.º de Retorica

Ad PHILIPPVM ſecundum Hiſpaniarum Regem.

Del Colegio de la Compª de JHS de Granada

Authore. P. Garſia Galarza Bellanenſi, Doctore Theologo, publico Salmanticæ Philoſopho, Epiſcopo Caurienſi.



CVM PRIVILEGIO.

Excudebat Alfonſus Gomecius Regis Catholici Typographus, Mantuæ Carpentanæ. 1579.

# PHILIPPO SECVNDO HISPAniarum Regi, Doctor Petrus Garſia Galarça Bellanenſi, Caurienſis Epiſcopus. S. P. D.

NIL MIRERIS, MAXIME *& potentiſsime Rex, quod munuſculum meum tibi conſecrare ſim auſus: quandoquidem ea eſſe debet Regem erga omnes, præſertim ſuos, ſingularis humanitas, vt quaſi ad communes omnium parentes, ad eos confugere, & ſua illis dedicare, ingentes cuiq; animos faciant. Potiſsimum ſi id poſtulat operis celſitudo: quæ non ex multis voluminibus magni æſtimanda eſt, ſed ex materiæ dignitate, varia & perfecta rerum tractatione: illa quidem, cum in hoc opere Chriſtus ſit, theſaurus & ſapientia patris æterni, ſupremum obtinet locum: hanc vero qualis qualis ea ſit, doctiorum iudicio examinandam prepono. Nulli autem commodius contra aduerſariorum latratus offerri potuit, q̃ catholico Regi, ſupremo & humaniſsimo iudici, & vnde quaq; (ſeu prudentiæ, ſeu ſapientiæ, ſeu probitatis ratio habeatur) omni virtutum genere Principi ornatiſsimo. Accipe ergo, inclyte Rex, primam ingenij mei ſegetem, primum tibi minus oblatum, magnum ad te animi indicium, vel hac de cauſa tibi gratiſsimum, quod ſub tanto patrono, auſum ſit in lucem prodire. Regiæ Maieſtatis*

*tuæ erit doni paruitatem non reſpuere: ſed (vt olim Alexander & Cæſar principes maximi munuſcula minima) benigne recipere, amplexari, fouere. Eris ſubinde clypeus cotra aduerſantium tela, ſolatium in laboribus, & in reliquo vitæ ſpes vnica, cui omnes fortunas meas libenter committam, refugium meum, aſylum mihi, mearumq́ literarum protector.*

*Mæcenas atauis edite regibus,*
*O & præſidium & dulce decus meum*

*Enimuero docti & ſapientes viri, ad ditãdum celebrem illam diui Laurentÿ regiam bibliothecã, quam ex omni terrarum orbe conquiſitis multis librorum voluminibus extruis, & æternis literarum monumentis ornas, præclariſſima opera, fœliciſſimos ſuorum ingeniorum fœtus emittunt: quos, de mea tenui ſupellectili, imitatus*

*Ipſe ſemipaganus*
*Ad ſacra vatum carmen affeo noſtrum.*

*Quod ſi tuę Maieſtati gratum fore intellexero, dabo operam ſedulo plura ac maiora in dies emittere, dum modo vita ſuperſtes fuerit: quam tibi Deus Optimus Maximus det fœliciſſimam, longeuamq́, & ad Hiſpaniarũ totiuſq́ orbis christiani ſalutẽ omnino ſeruet incolumẽ. Vale Mantua Carpentana idibus Martij. 1579.*

# PRAEFATIO AD LECTOREM DE OPERIS DEUISIONE.

SACROS DIVINAE ſcripturæ fontes reſerare cupientes, nec à Catholicæ Romanę Eccleſiæ iudicio & ſanctorum patrum veſtigijs, vel minimum deuiantes, pręparationem ſimul, & demonſtrationem Euangelicam quam breuiſsimè aſtruere conamur. Compendio namq; in his inſtitutionibus referũtur, quæ Theologis ſacram ſcripturã adeuntibus, tanquam ars, & introductionis methodus, ſummopere neceſſaria viſa ſunt. Quæ niſi quis primum omnium delibauerit, per earum lectionem facile decurrere non poterit: ſed paſsim hærebit. Hoc itaq; præſtant inſtitutiones iſtæ, quæ proinde Euangelicæ non cupantur, quod è veteris teſtamenti voluminibus veritatem Euangelicam eliciant & confirment: atq; ad eius intellectum, tanquam in ſcopum, lectorem manuducant. Ijs enim, qui non vulgarem, nec mediocrem ſanctarum literarum cognitionem aſſequi cupiũt: ſed conſummatam ac perfectam: poſt Dialecticę, Philoſophię tam nature, quam morum, tum maximè Theologiæ diſputatricis, quam ſcholaſticam appellam⁹: illud in primus opus eſt, vt linguarum habeatur cognitio, Latinæ præſertim, deinde (ſi fieri poteſt) Gręcæ, Hebraicę, atq; Caldaicæ vt cunq;, in quibus primum oracula Dei literis exarata ſunt. Non quod exiſtimem non poſſe omnino diuinam ſapientiam haberi ſine Græcorum aut Hebræorum codicibus: ſed quod plurimum afferãt adiumenti ad facilius intelligendum vulgatam editionem noſtram, & ſanctorum patrum in eandem expoſitiones.

Ad præparationẽ & demonſtrationem Euagelij primũ neceſſaria eſt Dialectica Philoſophia et Thologia.

Quare liber primus initio propoſitis, operis ſcopo, dignita-
1 te, præſtantia, & ſacrarum literarum vtilitate, deinceps in concuſſam Euangeliorum veritatem docet, ac de neceſſarijs pluribus inſtituit eos, qui linguarum præſidio deſtituuntur, ex Hieronymo, Auguſtino, Cyrillo, Chriſoſtomo, Theodorecto, Beda, Sanctiſpagnino & alijs.

Linguarũ vſus.
Rethoricę Schemata.

Secundus, ſchematum, figurarum & troporum rethoricę fa-
2

*Senſus literalis.*

cultatis innellectum, & viam, ad ſenſum hiſtoricum & literalẽ aperit. Vnde facile dignoſcitur, quis ille, & quotuplex ſit, ex eiſdem authoribus, addito Diuo Thoma, Eucherio, Iuniolo, & Ricardo Victorino.

*Senſus myſticus.*

Tertius, conſecutionis quodam nexu, poſt litere ſenſus, ſpi ritualeſ & myſticos, docet tripartito diuiſos, Allegoricos, Tro pologicos, Anagogicos: ex Gloſſa, & omnibus fere doctorib⁹ Græcis, & Latinis, ſacris & ſcholaſticis. 3

*libri canonici,*

Quartus, in medium affert ſacram librorum canonicorum bibliothecam: docet eorum authores, numerum antiquitatem 4 iudicem & cenſorem, tempus, linguam, ſcopum, ſtylum, dicen di genus. Deinde, an extent omnes, & qui diuino conſilio, aut temporũ iniuria, aut noſtra ipſorum ignauia interierint. Qua ratione canoniei ab apocryphis diſcriminentur, quod ſint ho rum genera, quæ authoritas & pondus. Hæc eſt Chriſti domi ni noſtri, & Apoſtolorum teſtimonijs, conciliorum, & Sũmo rum pontificum, præſertim Gelaſij decretis, & vtriuſq; facul tatis theologiæ, & iuris canonici doctoribus: Sanctiſpagnino, Syxto & alijs.

*Sybillarũ oracula & ꝓphetarũ vaticinia.*

Quintus in oſtenſionem, & confirmationem euangelij, pro 5 phetarum de Chriſto vaticinia refert, nec non in fidei præclarũ teſtimonium Sybillarum, & aliorum Ethnicæ gentis diuinorũ oracula poëtarum, & philoſophorum teſtimonia. Ex Iuſtino martyre, Diuo Auguſtino, Cicerone, Lactantio, Syxto, & in numeris humanę literaturæ authoribus.

*Topographia Paleſtinæ.*

Sextus, Paleſtinæ topographiam docet, eorum præſertim 6 locorum in quæ Chriſtus digreſſus eſt, ac mirabilia opera geſ ſit. Hæc autem ſunt in Iudea, Samaria, & vtraq; Galilæa. Ex Hieronymo de locis Hebraicis, Euſebio, Beda, Calixto, Bro cardo, Orontio & alijs.

*Cronographia ſcripturarum.*

Septimus explicat annorum menſuram, temporum ſuppu 7 tationem, rerum ſeriem, ac ſucceſsiones generationeſq; homi num per octo ætates. Hinc planiſsima hebdomodarum Danie lis ratio redditur. Ex Platone, Herodoto, Metaſtene, Euſebio Beda, Ioſepho, Philone, Hermano, Driedone, & alijs.

*Euangelij ſumma.*

Octauus ſumma legis euangelicæ eſt, atq; compendium vi 8 tæ domini noſtri Ieſu Chriſti, cum ratione exactiſsima tempo ris, peregrinationis, doctrinę, & rerum geſtarũ ab eo, ex qua tuor euangelijs in vnum redactis hiſtoria concinnata. Vbi de

forma

forma externa Chriſti, & Deiparæ Virginis, & quatuor Euan geliſtarum vitis, ex veteribus authoribus exquiſitiſsimè diſſeri tur. Ex Ammonio, Euſebio, Auguſtino, Gerſone, Ianſenio, Abbdia, Egiſippo, Nicephoro, conciliorum hiſtoria, & alijs pluribus.

*Proteſtatio fidei*

IN QVIBVS teſtor ex animo, atq; vbiq; teſtatum eſſe volo, me nunquã à iudicio Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Catholi cæ, vel minimum voluiſſe diſcedere. Quod ſiquid huiuſmodi deprehendatur, id non data opera dictum, ſed elapſum (vt ſu mus homines) iam nunc pro recantato volumus haberi.

YO Pedro Pacheco Secretario del Cõſejo de ſu Mageſtad, doy fee q̃ auiendo viſto los ſe ñores del dicho conſejo, vn libro q̃ ante ellos fue preſentado, compueſto por el Doctor dõ Pero Garcia Galarça Obiſpo de Coria, intitu lado, Inſtitucionum Euangelicarum, q̃ por e llos fue dado licencia para lo imprimir: taſſa ron el precio en que ſe ha de vender cada vo lumen, a reſpeto de tres marauedis y medio cada pliego de los que tuuiere: y a eſte precio mandaron ſe vendieſſe y no mas, y q̃ eſta taſſa ſe ponga en la primera o ſegunda hoja de ca da libro, y no ſe vẽda ſin ella. Y por que dello conſte, por mandado de los dichos ſeñores, di la preſente, que es fecha en Madrid a veyn te y ſeys de mayo, de mil y quiniẽtos y ſetẽta y nueue años.

Pedro Pacheco.

# EL REY.

POR QVANTO por parte de vos el Doctor Pero Garcia de Galarça, Canonigo magiſtral enla igleſia de Murcia, electo Obiſpo de Coria, nos fue hecha relacion, que auiades compueſto vn libro, en lengua latina, intitulado, Euangelicarum inſtitutionum, y en ello auiades paſſado mucho trabajo, y gaſtado mucho tiempo, y era muy vtil y prouechoſo ala republica chriſtiana, y nos ſuplicaſtes os dieſſemos licẽcia para lo poder imprimir y priuilegio, o como la nueſtra merced fueſſe. Lo qual viſto por los del nueſtro Conſejo, y como por ſu mandado ſe hizieron las diligencias que la pragmatica por nos agora nueuamente hecha diſpone. Y por hazeros bien y merced, fue acordado que deuiamos mãdar dar eſta nueſtra cedula para vos. Y nos tuuimos lo por bien, por la qual vos damos licencia y facultad, para que por tiempo de diez años primeros ſiguientes, que corran y ſe cuenten deſde el dia dela data deſta nueſtra cedula, vos o la perſona que vueſtro poder ouiere, podays imprimir y vender el dicho libro, que deſuſo ſe haze mencion, en eſtos nueſtros reynos. Y por la preſente damos licencia y facultad, a qualquier Impreſſor delos que nombraredes, para que por eſta vez lo puedan imprimir, con q̃ deſpues de impreſſo, antes que ſe venda lo trayays a nueſtro Conſejo, para que ſe corrija con el original, que va rubricado y firmado al fin del de Pedro Pacheco nueſtro eſcriuano de camara, delos que reſiden en nueſtro conſejo, y ſe taſſe el precio que por cada volumen ouieredes de auer. Y mandamos que durante el dicho tiempo, perſona alguna (ſin vueſtra licencia) no lo pueda imprimir ni vender, ſo pena que el que lo imprimiere o vendiere, aya perdido y pierda, todos y qualeſquier libros y moldes, que del ouiere y vendiere en eſtos nueſtros reynos, e incurran en pena de cinquenta mil marauedis, la tercia parte dellos, para el denunciador, y la otra tercia parte para la nueſtra camara, y la otra tercia parte, para el juez que lo ſentenciare. Y mandamos a los del nueſtro conſejo, Preſidente e Oydores, delas nueſtras audiencias, alcaldes alguaziles dela nueſtra caſa y corte y chancillerias, y a todos los corregidores, aſsiſtentes, gouernadores, alcaldes mayores e ordinarios, y otros juezes y juſticias qualeſquier en todas las ciudades, villas y lugares delos nueſtros reynos y ſeñorios, aſsi alos que agora ſon, como alos que ſeran de aqui adelante, que vos guarden y cumplan eſta nueſtra cedula y merced que aſsi vos hazemos, y contra el tenor y forma della no vayan ni paſſen por alguna manera, ſo pena dela nueſtra merced, y de diez mil marauedis para la nueſtra camara. Dada en Madrid a veynte y ſeys dias del mes de Octubre, de mil y quiniento y ſetenta y ocho años.

Yo El Rey.

**Por mandado de ſu Mageſtad.**

**Antonio de Eraſſo.**

# INDEX LIBRORVM ET CAPITVM TOTIVS OPERIS.

## LIBER PRIMVS *de vtilitate, præſtantia, & veritate hiſtoriæ Euangelicæ, & linguarũ vſu ad eã.*


Caput. 1. De operis & authoris ſcopo, & verborũ Chriſti efficacia. fo. 1.

Caput. 2. Quod Deꝰ ſit primꝰ author ſcripturarum: & cur Chriſtus manu propria non ſcripſerit euangelia. fo. 2.

Caput. 3. De ſanctæ ſcripturæ præalijs ſcientijs excellẽcia & maieſtate. fo. 3.

Capu. 4. De plurima vtilitate ex euãgelicę hiſtoriæ lectiõe. fo. 5

Caput. 5. De inconcuſſa euangeliorum veritate: & cur non ab vno tantum euangeliſta conſcripta ſint euangelia. fo. 6.

Caput. 6. De euangeliſtarum conſenſu, & abſq; contradictione concordia. fo. 7.

Caput. 7. De ſimilimis factis varia & permutata ordinis & tẽporis narratione ab euangeliſtis & qua de cauſa. fo. 9

Caput. 8. De ſingulorũ euãgeliſtarum ſtilo, lingua, atq; idiomate. fo. 12.

Caput. 9. Quod lingua Hebraica ſit omnium prima: eadẽq; vetus Caldæa. fo. 13.

Caput. 10. An ſit neceſſaria linguarum Hebraicæ, Chaldaicæ, & Grecæ cognitio ad exactam ſcripturæ intelligentiam. fo. 14.

Caput. 11. de idiomatibus ſeu Hebraiſmis, qui in quatuor Euãgeliſtis paſsim occurrũt. fo. 19.

Caput. 12. De editione Græca ſeptuaginta interpretum, tempore & authoritate eiuſdem, & de alijs Græcis editionibus. fo. 26.

Caput. 13. De editione Græca noui teſtamẽti, Græciſmis & idiomatibus eiuſdem in quatuor euãgeliſtis. fo. 26.

Caput. 14. De vulgata editione Latina, à quo & quantę authoritatis ſit, & an ſit recurrendũ ad eam, & de eiuſdem cõſenſione cũ Hebraica, Chaldaica, & Græca veritate. fo. 28.

Cap. 15. De idiomatibus & vulgaribꝰ phraſibus editionis vulgatæ latinę in quatuor euangeliſtis. fo. 30.

Caput. 16. De figuris, tropis & rethorum floribus, quibus abundant euangelia. fo. 35


## LIBER SECVNdus, de ſenſu literali ſacræ ſcripturæ, figuris & tropis eiuſdem.

Caput. 1.

CApput.1. De ſenſibus ſacræ ſcripturę, & an ſit neceſſaria ſchematum & troporum rethoricæ cognitio. fo.36
Caput.2. Quid ſit ſacrę ſcripturæ ſenſus, & vnde ſumendus. f.37
Caput.3. De multiplici ſenſu literali, hiſtoria, Aethyologia, Analogia, Allegoria, & figura. f.38.
Caput.4. de figuris dictionis, ſeu ſchematibus ad ſenſum literæ proprium: & primum de Epizeuxi, Anadiploſi, Epanalepſi, Temeoteleuton. fo.40.
Caput.5. De Anaphora, ſeu repetitione Epiſtrophe, & Simploce partibus illius. fo.41
Caput.6. De Klimace, ideſt, gradatione, & Epanodo, ideſt, regreſsione. fo.42.
Caput.7. De paronomaſia, id eſt, alluſione: & polyptoton, ideſt, traductione. fo.44.
Caput.8. de Zeugma, ideſt, cõiunctione, Hypozeuxi, ideſt, diſiũctione: & Sillepſi, ideſt, conceptione. fo.44.
Caput.9. De Pleonaſmo, Scheſi, Polyſinthetõ & Anſintethõ. 45
Caput.10. De figuris ſententiarum in petitione cum reſponſione, Aporia, Erothema, Deſis, Epithima, Proponeſi, Epiphonema, & Apoſtrophe. fo.45.
Caput.11. De figuris ſentẽtiarũ in petitione abſq; reſpõſione, vt Prollepſi, ſeu Procatalepſi Antiphora, ſeu Antipophora, ſeu Aethiologia. fo.47.
Caput.12. de figuris ſententiarum in conceſsione Sincheresis, Parriſia, Hyppomenes. fo.48.
Caput.13. De figuris ſententiarum infictione, proſopopeia, Somatopeia, Ethiopeia, Dialogiſmo, & Memeſi. fo.49.
Caput.14. De figuris ſententiarum negationis ſeu abruptionis, Paralepſi, Parẽtheſi, Parecbaſi, Epanorthoſi. fo.51.
Caput.15. de tropis & eorum generibus, & cur ſcriptura illis vtatur, fo.52.
Cap.16. De Metaphora & generibus illius. fo.54.
Caput.17. De Cathacreſi, Allegoria & Aegnimate. f.55.
Cap.18. de Parocmia, i. ꝓverbio, Paradigmate, ideſt, exẽplo. fo.56
Caput.19. De parabola, & quo differat á Metaphora & ſimilitudine. fo.58.
Cap.20. De Metonimia & Metalepſi illi cognata. fo.58.
Ca.21. De Synecdoche & generibus illius. fo.59.
Cap.22. De Antonomaſia & Epitethon. fo.60.
Cap.23. De Ironia, Sarchaſmo Antiphraſi, & Apophaſi. fo.91
Cap.24. De Hyperbole, & generibus illius. fo.92
Caput.25. Quod ſacra ſcriptura nunquam deſtituatur ſenſu literali. fo.63.
Caput.26. Quod ſcriptura ſub eiſdẽ verbis plures habeat literæ ſenſus. fo.60

Liber



## Liber terti⁹, De myſticis ſcripturæ ſenſib⁹ ſeu ſanctarum literarũ ſpiritu.

Caput.1. Quid ſit ſpiritualis ſenſus ſeu myſticus, & Ethimologia illius. fo.65.
Caput.2. A quib⁹ ſit primũ deſumptus ſpiritualis ſenſus. fo.66.
Ca.3. de impugnationibus quibus impetitur & elucidatur ſenſus ſpiritualis. f.68.
Caput.4. Quod extra ſacras literas nuſquam ſit ſpiritualem ſenſum reperire. fo.69.
Cap.5. Qua de cauſa in ſcriptura ſacra ſenſus ſpiritualis ſit poſitus. fo.70
Caput.6. Quomodo ſenſus ſpiritualis dignoſcendus ſit. fo.80
Cap.7. Quis potior ſenſus ſpiritualis an literalis: & an ſpirituali aliquãdo colligi poſsit efficax argumentum. f.71.
Caput.8 De triplici ſenſu ſpirituali allegoria, Tropologia, & Anagoge, & quod ſimul idem literæ poſsint accõmodari. fo.72.
Cap.9. De allegoria ſpirit⁹ & multiplici vſu illius in ſacris literis. f.73.
Cap.10. De Tropologia ſeu ſẽſu ſpirituali ad mores, & quod ſacrę literę illo vtantur. fo.76.
Caput.11. De Anagoge ſenſu ſpirituali, de futura beatitudine, & quod vſus illius reperiatur in euangelijs. fo.78.
Caput.12. Ex euangelicarum inſtitutionum arte quaſi ex prothotypo exẽpla exprimuntur. 79
Caput.13. De Deo per tropos. fo.80.
Caput.14. De externis Dei per eoſdem tropos, & de quibuſdam affectibus ex operibus externis. fo.82.
Caput.15. De Deo allegorice. fo.83.
Caput.16. De Deo tropologice. fo.83.
Caput.17. De Deo per anagogen. fo.84.

## LIBER QVARTVS de libris canonicis, tũ extantibus, tum amiſsis & apocryphis.

Caput.1. De libris canonicis veteris teſtamenti: de varia eorum partitione numero & authoritate. f.85
Cap.2. De libris canonicis noui teſtamenti, & integro cathalogo vtriuſq; ex Synodo Tridentina: & partitione eorundem ex Auguſtino. fo.86.
Caput.3. De ſcriptorib⁹, materia, tẽpore, & ſtylo librorũ Chronicorũ veteris teſtamenti, quibus linguis primo ſcripti. fo.87.
Cap.4. de libris ꝓpheticis, & eorum ſcriptoribus materia, tempore ſtylo, & lingua. fo.92.
Cap.5. De libris noui teſtamenti,

ti,

ti & eorum ſcriptoribus materia tempore, & ſtylo, lingua & tranſlationibus. fo.93.

Cap.6. De libris veteris teſtamenti amiſsis, quorum mẽtio eſt in ſacris literis, in quibus integræ fidei teſtimonia, ex eiſdem libris amiſsis afferuntur. fo.95.

Caput.7. De teſtimonijs, quæ afferuntur in vtroq; teſtamento ex humanioribus authorib⁹ quã habeant authoritatem. fo.96.

Caput.8. De apocryphis multiplicibus, tum literis ſacris admiſſis, tum reiectis: deq; eorum fide & authoritate. fo.97.

## LIBER QVINTVS *de confutatione ſectarum, & demõſtratione euangelij.*

CAput primum, de Baalam Gẽtium propheta, & Sybilinis oraculis. fo.100

Caput. 2. De Sybilinis oraculis prædicentibus euangelium, & geſta Chriſti: deq; numero, Sybillarum, & quo ſpiritu prophetauerint. fo.101

Caput.3. De Cumæa Sybilla, & illius oraculis. fo.102.

Caput.4. De Sybilla Cumana & illius oraculis. fo.102

Caput. 5. De Sybilla Perſica, & oraculis illius. fo.103.

Caput.6. De Syhilla Heleſpontica, & ſuis oraculis. fo.103.

Caput. 7. De Sybilla Lybica, & oraculis illius. fo.103

Caput.8. De Sybilla Samia, & & ſuis oraculis. fo.104.

Caput.9. De Sybilla Delphica & oraculis eius. fo.104.

Caput.10. De Sybilla Phrigia & oraculis illius. fo.104

Caput.11. De Sybilla Tiburtina, & ſuis oraculis. fo.104.

Caput.12. De Sybilla Eritrea, & de authoritate ſuorum oraculorum. fo.105.

Caput.13. De ſcriptoribus Sybillarum & de authoritate oraculorum illorum. fo.106.

Caput.14. De alijs tum Sybillarum, tum diuinarum oraculis quæ exprimũt euangelium: & de confutatione Gentium per ea. fo.107.

Caput.15. Quod Deus ſit vnus & de confutatione Deorum gentilium, rationibus & poetarum teſtimonijs. fo.109.

Caput,16. Teſtimonijs Philoſophorũ amplius cõfutatur Deorum pluralitas. fo.112.

Caput.17. de Prophetarũ vaticinijs ſpectantibus ad præcipua fidei Chriſtianę myſteria. fo.114.

Caput.18. De tempore aduentus Meſsiæ, ex vaticinijs Iacob & Danielis. fo.115

Caput.19. De vtriuſq; teſtamẽti cõſonãtia, & primũ d̃ cõceptione Meſsię ex Virgine, & d̃ ijs quę ptinẽt ad infantiã illius. fo.118.

Caput. 20. De prædicatione Baptiſtæ, Chriſti doctrina & miraculis. fo.119

Cap.21. De traditione Chriſti & vẽditionis precio. fo.120

Caput.22. De alapis, ſputo, & flagellis, & reliquis ad paſsionem ſpectantibus. fo.121.

Cap.23. De reſurrectione Chriſti, & reſiduis myſterijs illi⁹. f.122

## Liber ſextus de geographia terræ promiſsionis ad ĩtelligẽda loca in ſcripturis cõtẽta præſertim ea in quę Chriſt⁹ diuertit

CAput.1. de Geographia Paleſtinæ & Phenicis, & terminis totius terrę promiſsionis. f.124.

Caput.2. De quatuor terminis terræ promiſsionis qui ſunt Mare Liban⁹, Iordanis, Maiona.124

Caput.3. De Iudæa & oppidis illius. f.125

Caput.4. De Philiſtæa prouincia, ſeu proprius Philiſtina ſub Iudæa, & reliquis. fo.127.

Caput.5. De geographia Samariæ puinciæ, & oppidis illi⁹. f.128

Caput.6. De geographia prouinciæ Galileæ inferioris, & oppidis illius. f.129

Caput.7. De ſuperiore Galilea Neptalin, Nahaſon, Cæſarea Philippi, Ior, & Dan, fontibus, & reliquis. f.131

Caput.8. De monte Galaad, & oppidis vltra Iordanẽ ſitis in quæ Chriſtus diuertit. fo.131

## Liber ſeptimus, de ſcripturarũ Chronographia, & temporum ratione in eis contenta.

CAput.1. De diebus, hebdomadibus & Sabbathis Hebræorum. fo.132.

Caput.2. De menſibus Hebręorum & feſtis in eiſdem. fo.133.

Caput.3. De annorum menſura, initio & varia ſupputãdi ratione ſecundum Hebraicam veritatẽ, & ſeptuaginta interpretes. 153.

Cap. 4. De annorum ratione ab Adamo ad diluuium per primam ætatem. fo 117

Caput.5. De annorum ratione à diluuio ad Abrahamum per ſecundam ætatem. fo.137.

Cap.6. Ab Abrahamo ad Dauidem per tertiam ętatem. fo.138

Caput.7. A Dauide ad captiuitatem per quartã ætatẽ. fo.139.

Cap.8. A captiuitate ad Chriſtũ per quintam ætatẽ. fo.141.

Caput.9. De ſexta, ſeptima, & octaua ætatibus à Chriſto ad deſolationem templi, & finem mundi. fo.146.

## Liber octauus de hiſtoriæ euangelicæ ſumma.

Cap.1.

CAput.1. de ſapientia Dei, figura Chriſti externa & corporis ſtatura. fo.149

Caput.2. De forme glorioſæ virginis Deipare, & genealogia eius ex matre. fo.150.

Caput.3. De genealogia Chriſti ab Adam vſq; ad Virginẽ, ex Matthęo & Luca. fo.152.

Caput.4. Vita ſancti Matthęi per authorem ex vetuſtiſsimis patribus collecta, cum elencho euãgelij eiuſdem. fo.156

Cap.5. Vita ſancti Marci per authorem ex vetuſtiſsimis patribus collecta, cum ſumma euangelij eiuſdem. fo.158.

Caput.6. Vita ſancti Lucæ per authorem ex vetuſtiſsimis patribus collecta, cum ſumma euangelij eiuſdem. fo.161.

Caput.7. Vita ſancti Ioannis per authorem ex vetuſtiſsimis patribus collecta, cum ſumma euangelij eiuſdem. fo.164.

Caput.8. Epitome hiſtorię, doctrinæ, peregrinationis, & totius vitæ domini noſtri Ieſu Chriſti, cum ratione temporis. fo.165.

## GASPAR SANCTIVS E SOCIETATE IaSu in laudem authoris Epigrãma.

Cymba procelloſum cum iam ſe effundit in æquor,
  Plenaq; cum plenus carbaſa ventus agit.
Ne vaga vorticibus fluitet ſine lege Carina.
  Merſaq; ſit rapido ſpeſq;, rateſq; mari:
Chartha notat ſcopulos, & ſaxa minantia, cuius
  Claſsis ad intuitum nautica flectat iter.
Quid? pelagus non eſt, pelagoq; vitioſius omni
  Quæ legit à patribus prodita, poſteritas?
Quos ibi per ſcopulos, breuibus fallentibus, itur?
  Quos ibi naufragos litera cæca tegit?
Heu male tentatos agitauit remige fluctus
  Tota ſub Arctoo ſydere terra iacens.
Hæc tibi charta vias, ſcopulos hæc litera monſtrat,
  Quæq; ſub incerto gurgite pontus habet.
Huic inſiſte prius, diſces quo ſydere, quando
  Sen fugienda tibi, ſiue tenenda via eſt.
Quas bene tentabit, faciles tibi reddidit vndas,
  Ille Galarcæ nobilitatis apex.
Cuius in amplexu pietas muſæq; quieſcunt,
  Cui natura ſuas ad glomerauit opes.
Lector habe ſtudijq; ducem, morumq; magiſtrum,
  Dulciaq; ex pulchro ſubere mella lege.

## HIERONYMI RAMIRI INLAVdem operis Epigramma.

*Ut quondam placuit Stoicis, is diues habetur,*
*qui fruitur terra, qui fruiturq́ polo.*
*Iure igitur librum quicunq́ euoluerit iſtum,*
*diues erit, magnas & ſibi promet opes.*
*Nanq́ hic cæleſtis ſapientia panditur, hic quod*
*mirari poſſit Quintilianus, habet.*
*Eloquij late currentia flumina caſti,*
*doctrinæ phaleras, & decus omne ſuæ.*
*Autorem libros dices ſpoliaſſe prophanos,*
*vt Pharias olim gens abitura nurus.*
*Cum verò fidei diuina oracula noſtræ,*
*Ipſius ex Chriſti mente retecta docet,*
*Non ſinit Hebræas obduci puluere chartas,*
*Attica nec tineas bibliotheca timet.*

# INDEX LOCVPLETISSIMVS RERVM OMNIVM QVAE IN HIS *octo Euangelicarum inſtitutionum libris reperiuntur, ordine alphabetico digeſtus.*

## A.

ABdias Propheta, quo tẽpore prophetauerit, & mortuus ſit. fo.72.pgi.2.

Abacuch Propheta, cõtra quẽ prophetauerit, & quando mortuus ſit. fo.93.p.1.

AEggeus Propheta, quo tempore prophetauerit, & mortuus ſit. fo.99.

Aenigma quid ſit, & à quibus ſumatur. fo.55.p.2.nu.3.

Aetyologic⁹ ſcripturæ ſenſus explicatur. fo.38.p.2.nu.3.

Allegoricus ſcripturæ ſenſus explicatur. fo 38.p.2.n.5.

Allegoria quid ſit, & quotuplex. fo.55.p.2.nu.2.

Allegoria rerũ quid ſit, explicatur multis ex ſcriptura petitis exemplis. fo.73.cap.9.per totum.

Amos Propheta, quo tempore prophetauerit, & qualiter occiſus ſit. fo.92.

Annorum menſura, de initio & varia ſupputandi ratione, ſecũdum Hębraicam veritatem, & ſeptuaginta interpretes explicatur fo.135.p.1.cap.3. per totum.

Anagogicus ſcripturæ ſenſus explicatur. fo.38.p.2.n.3.

Anagogic⁹ ſermo explicatur exẽplis ab ſcriptura petitis. f.78.p.2.

Antiphaſis quid ſit. fo. 61. p.2.

Antonomaſia quid ſit, & à quibus ſumatur. fo.6.p.2.

Anaphora ſeu Epinaphora quid ſit, & quotuplex. fo.41.pag.2.num.1.

Anadiploſis quid ſit. fo.4.pag.2.nu.3.

Anni ab Adamo ad diluuium ex ſcriptura ſupputantur. fo.139.

Anni à diluuio ad Abrahamũ ex ſcriptura ſupputantur. fo.139.pag.1.

Anni ab Abrahamo ad Dauidẽ ex ſcriptura ſupputantur. fo.138.pa.1.cap. 6.per totum.

Anni à Dauide ad captiuitatem ex ſcriptura explicantur. fo.138.p.1.cap.7 .per totum.

Anni à captiuitate ad Chriſtũ ſupputantur. fo.141.pagi.1.capit.8.per totum.

Apophaſis quid ſit. fo.62.p.1.

Apocryphi libri tum admiſſi, tum reiecti, deq; eorũ fide & autoritate. fo.97.cap.8.per totum.

Aquilę editio tempore Adriani imperatoris, anno Chriſti.129. quæ fuit ſecunda poſt ſeptuaginta interpretum. fo.24.p.2.n.3.

Archelaus filius Herodis Scalonitæ, mortuo patre ſuccedit in regnum, illo in Viennam ab Au

guſto relegatos, fratres eius tetrarchæ creati ſunt. fo.47.

B.

BAbylonica captiuitas, & excidium Hieruſalem in quo terminantur libri regum, fuit anno ab orbe condito.3347.& ante Chriſti natiuitatem.615. fo.89.p.1.

Balaam propheta & eius prophetia. fo.100.p.2.

Balaam & illius prophetiam: orietur ſtella ex Iacob: multi philoſophi veram & indubitatæ fidei crediderunt, vt Plato in Alcibi.& Cicero libro.1.de diuinat. Plinius lib.6.natur.hiſto.cap.20.25.Philaſtrius in vitam Apollonij, & præceteris apertius Calcidius Platonicus com. vlti. in Thimæum Platonis. fo.100.p.2.

Baruch propheta, vbi & quo tempore, & eius prophetiam eſſe canonicam. fo.92.p.1.

Bethlehem.fo.126.pag.1.iuxta Bethlehem Tecua, Rhamah, Mãbre, de quibus in ſcriptura fit mẽtio. fo.126.p.2.

Bethulia, Sunna deſcribuntur fo.132.p.2.

C.

CAnonici libri qui ſint iuxta decretũ concilij Trident. fo.87.p.1.n.2

Canonici libri in quas claſſes diuidãtur, ſecundum Auguſtinũ, & in quas ſecundum ſcholaſticos Theologos. fo.88.p.1.n.3.4

Canonici libri veteris teſtamẽti & eorum numerus, autoritas & partitio. fo.85.p.1.cap.1.per totũ.

Capharnaum metropolis Galileæ deſcribitur. fo.130.p.1.

Catachreſis quid ſit. fo.55.p.1.nu.1.

Chriſtus cur nõ manu propria ſcripſerit euangelia. fo.3.p.1.n.4

Chriſti natiuitas in Bethlehem, ex veteri teſtamẽto fo.118.p.1.

Chriſti præſentatio in templo ex veteri teſtamento. fo.118.p.2

Chriſtus à ſtella oſtenſus, & à Magis adorat⁹ ex veteri teſtamẽto. fo.118.p.2

Chriſti fuga in Aegyptum ex veteri teſtamento. fo.119.p.1

Pro Chriſti infantes interimẽdos ex veteri teſtamẽto. f.119.p.1

Chriſti reditus de Aegypto ex Oſea. fo.119.p.1

Chriſtus Nazarenus ex veteri teſtamento, ex conceptione, & educatione poſt reditum ex Aegypto. fo.119.p.1

Chriſti prædicatio ex veteri teſtamento. fo.119.p.2

Chriſti miracula ex veteri teſtamento fo.120

Chriſti ingreſſus in Hieruſalẽ cum triumpho. fo.120.p.1

Chriſti traditio, & venditionis pretium ex veteri teſtamento. fo.120.p.2

Chriſti ſpõtanea oblatio, & qđ eſſet à ſuis derelinquẽdus, & cõciliũ contra ipſum, ex veteri teſtamento. fo.120.p.2.cap.21

De Chriſti alapis, ſputo, & flagellis,





gellis, crucifixione, eclypſi ſolis, partitione veſtiũ, deſcenſu ad inferos & patrũ liberatione, ex veteri teſtamento. f.121.c.22.p totũ.

Chriſti reſurrectio, aſcẽſio ad cælos, Spũs ſancti miſsio, & Chriſti aduentus ad iudiciũ ex veteri teſtamento. fo.122.c.21.p totũ.

Chriſti natiuitas fuit anno ab orbe condito.3962. ſecundũ Hæbraicã veritatem, à diluuio & Abraham, ab exitu de Aegipto, ab initio regni Dauid, à deſolatione prima tẽpli, ab initio imperij Alexandri, à principatu Machabeorũ: & ab initio ĩperij Auguſti Cęſaris, quo anno, vide. fo.147.p.1

Chriſtus baptizatur anno decimo quinto Tyberij annorũ.30. & moritur annorum.33.&.3.fere menſium. fo.147.

Chriſti figura externa & corporis ſtatura deſcribitur. f.149.p.1.cap.1.per totum.

Chriſti genealogia deſcribitur fo.151.cap.7. per totum.

Chriſti genealogiam cur Luca à Chriſto vſq; ad Adã, & Matthæus ab Abraham ad Chriſtum deſcripſerint. fo.157.p.2.

Chriſti genealogiã deſcribens Matthæus, cur Ochoziã, & Amaſiam prætermiſerit. fo.154.pag.1.

Chriſti genealogia. Matthæus à Dauide per Salomonem, & Lucas per Nathan filium Dauid & Berſabee deſignatũ regni ſucceſſorẽ poſt Salomonẽ. fo.154.

Chriſti genealogia, multas cõtinet dificultates de quibus. fol.153.p.1. vſq; ad finem capitis

Chriſti ętas, doctrinę epitome & peregrinationis eius decurſus, per annos, menſes, & dies deſcribitur. fo.168.& ſequentibus

D.

DAuid mortuus eſt anno 293.& ante Chriſti natiuitatem.032.fo.189.p.2

Danielis prophetia, & quando mortuus ſit. fo.92.p.1.n.7

Danielis hedomades explicantur. fo.119

Danielis hebdomades ſexaginta nouem implentur cum Chriſtus baptizatus eſt, & dux verbi declaratus. fo.147

De Deo multa prædicantur in ſcriptura ſenſu literali vel hiſtorico, de quibus fol.79, p.2. Multa & per tropum de quibus. fo.80.p.2.cap.13.&.14. Multa etiam allegoricè, de quibus fo.83.p.1

Deum eſſe vnum ex Ethnicorum dictis. fo.109

Deum eſſe vnum ex teſtimonijs philoſophorum oſtenditur. fo.112.p.1.cap.16.per totum.

Deuteronomij liber cõtinet hiſtoriam à manſione in cãpeſtrib⁹ Moab vſq; ad mortẽ Moſis, ſ. duorũ menſiũ ſpatio. fo.88.p.2

Docet nos ſacra ſcriptura moralẽ diſciplinã multis ab ipſo Deo petitis exẽplis đ qb⁹ f.83.p.2.c.16

Docet nos vtraq; legis pagina multa de futura beatitudine. fo.84.p.1.

E.

Editio ſeptuaginta interpretum opera Ptolomei Philadelphi, facta eſt ſub Eleazaro Iudæorum Pontifice. fo.24.p.1.n.1.
Engaddi montes deſcribũtur. fo.128.p.1.
Epanalepſis quid ſit. fo.41. pa. 1.nu.4.
Epizeuxis ſeu Palilogia quid ſit. fo.40.pa.1.nu.2.
Epiſtrophe quid ſit. fol. 42.pagina.2.nu.2.
Epitheton quid ſit. fo.61.p.1.
Eſdræ libri à quo ſint conſcripti. fol.89.
Eſther liber à quo fuerit conſcriptus. fo.9.p.1
Eſayas à quo, & quo tempore occiſus ſit, & quo ſermone & ſtylo ſcripſerit. fo.91,p.2.
Euangelicę doctrinę, pater eſt autor. fo.2.p.2.n.2. Item filius & Spiritus ſanctus, ibidem.
Euangelicæ doctrinæ excellẽtia à materia. fol.3.p.2. nu.1. Item ab effectu ibidem.n.2. Item à magnitudine rerum & perſonarum. fo.4.p.1.num.3.
Euãgelicæ doctrinæ veritas ex multis oſtẽditur. fo.6.c.5.p totũ.
Euangeliſtarũ conſenſus & cõcordia inter ſe explicatur. f.7.c.6
Euangeliſta vnus aliquando tacet quod aliꝰ proponit: & aliquãdo eadem referunt permutata ordinis & temporis narratione. fol. 11.p.2.n.123.
Euangeliorum hiſtoria multa continet difficillima. fo.12.pagin. 2.num.2.
Euangeliſtarum varius dicẽdi ſtylus eadem autoritas, & eorum typus. fol.13.p.1.n.4.
Exhortatio ad lectionem euãgelicæ doctrinæ. fo.4.pa. 2.nu.5.
Exodi liber continet hiſtoriã annorũ.146. à morte, ſcilicet, Ioſeph vſq; ad conſtitutionẽ tabernaculi in deſerto. fo.88.p.1.
Ezechiel Propheta quando mortuus ſit, & eius prophetia. fo. 9.p.1.n.6.

F.

Feſta Hebræorum explicantur. fo.133.p.2.
Figura quid ſit, & quo tuplex: & de figura dictiõis in additione, & illius ſpeciebus. fo.40. pag.2.nu.1.
De figuris dictionis in repetitione. fo.41.p.2.n.1.& ſequẽtibꝰ.
De figuris dictionis in gradatione, & ſpeciebus. fo.42.p.2.n.1. & ſequentibus.
Figura dictionis in denominatione, & illius ſpecies explicãtur. fo.44.p.1.nu.1. & ſequentibus.
Figura dictionis in detractione, & illius ſpecies explicantur. fo.44.p.2.n.1.& ſequentibus.
Figura dictionis in abundãtia & defectu, & eius ſpecies explicãtur. fo.45.p.2.n.1.&.20.
Figuræ ſententiarum in petitione & reſponſione, & ſpecies eius explicantur. fo.46.p.1.num.1. & ſequentibus.
Figuræ ſententiarum in cõceſſione, & ſpecies eius explicantur. fo.48.p.2.nu.1.& ſequentibus.
Figura ſententiarum in fictione, & eius ſpecies. fo.49.p.2.nu.1 & ſequentibus.
Figura ſententiarum negationis, ſeu abruptionis, & eius ſpecies. fo.51.p.2.n.1. & ſequentibus.
Filius alicuius Hebræorũ more appellatur, qui ab eo originem ducit. fo.19.p.2.nu.2
Filius hominis quod modis accipiatur i literis ſacris. f.17.p.1.n.7

G.

Galaad mõs & oppida vltra Iordanem ſita, in quę Chriſtus diuertit, deſcribuntur. fo.131.p.2
Galilęę prouincia deſcribitur, & eiꝰ oppida. f.129.p.2.c.6.p totũ
Galilæa ſuperior & eius ciuitates Cæſaræa Philippi, Sidon, Sareth, Tyrus, puteus aquarum viuẽtiũ deſcribũtur. fo.132.p.1.
Gelboe montes & torrens Siſon deſcribuntur. fo.129.p.1
Geneſareth lacus Tyberiadis, Magdalum, Bethſayda deſcribũtur. fo.130.p.1
Geneſis liber cõtinet hiſtoriã 2308. annorũ. ſ. à creatione mũdi ad mortẽ Ioſeph. fo.88.p.1
Græca editio à Luciano martyre, q̃ ſeptuaginta appellamus, opera Leonis decimi, & Cardinalis Ximenez, & Philippi ſecundi regis redintegrata circũfertur, ex omnibus editionibus græcis. fol. 25.p.2. n.7.
Græcanicæ phraſes Matthæi explanãtur. fo.26.p.2.n.2
Græcanicæ phraſes Marci explanantur. fo.27.p.1.n.3.
Græcanicæ phraſes Lucæ explanantur. fo.27.p.2.n.4.
Græcanicę phraſes Ioannis explanantur vbi ſupra.nu.5.

H.

Hebraica lingua à quo ſic appellata ſit, & fuiſſe ante confuſionem linguarum. fo.13.p.2.n.1. immo ab initio mundi. fo.14.p.1.n.3
Hebraica & Chaldaica vetus eadem. fo.54.p.1
Hebraicæ phraſes Marci explanantur. fo.25.p.2.n.3
Hebraicæ phraſes Lucæ explanantur. fo.25.p.2.n.4
Hebraicę phraſes Ioãnis explanantur. fo.23.p.1.&.2
Hebraiſmi varij à Matthęo vſurpati explanãtur. fo.16.p.2.n.2.
Hebręorũ menſes & qualiter noſtris reſpondeãt explicantur. fo.133.p.2.
Hermon mons triplex deſcribitur. fo.129 p.1
Herodes primus Aſcalonita miſerabiliter moritur anno.49. Auguſti, & filius Archelaus ſuccedit in regnũ. fol.147
Herodes Antipa filius Herodis Aſcalonitæ ſub quo Chriſtus paſſus eſt, regnauit in Galilæa annis.24. fo.147.

Herodes Antipa Tyberiadẽ cõdidit in gratiã Tyberij. fo.147

Herodes Agripa è carcere educitur à Caligula, & ab codẽ rex Iudę cõſtituitur Herode Antipa regno priuato, & regnauit Agripa 7. ãnis, & mortuꝰ eſt ab angelo ꝑcuſſus quarto Claudij anno. ibid.

Hieremias quo tpe prophetauit, & quo anno lapidatus. fo.92.

Hieruſalem diſcribitur, & nomen illius. fo.125.p.2

Hiſtoricus ſcripturæ ſenſus explicatur. fo.37.p.2.n.2.

Hyperbole & eius genera. fo. 62.p.1.cap.23

I.

IOannes Epheſi ſub Nerua poſt apocalypſim euãgeliũ ſcripſit gręcè. fo.13.

Ioãnes ꝓpheta quo tpe ꝓphetauerit, & qñ mortuꝰ ſit. fo.92.

Ioannes quo tempore ſcripſerit euangelia. fo.93

Ioannes gręcè ſcripſit tres epiſtolas & apocalypſim.

Ioãnes baptiſta anno decimo quinto Tyberij prædicat. fo. 147

Ioãnis baptiſtę prædicatio ex veteri teſtamento. fo.120.pa.1

Ioãnis euãgeliſtę vita & elenchꝰ capitũ euangelij eiuſdem. fo. 164.col.1.c.6.per totum

Ioãnis vulgares loquẽdi phraſes explicantur. fo.33.p.1.n.4

Iob ꝓnepos Eſau, quo tpe ſcripſerit, & quo ſermone. fol.89.p.2

Ioel ꝓpheta, ſub quo ꝓphetauerit & mortuus ſit. fo.92,p.2

Ioſue liber ab ipſo Ioſue inceptus, & finitꝰ à Samuele propheta, vel (vt alij volũt) ab Eſdra, cõtinet tempus annorũ .57. fo.88.p.2

Iudas apoſtolꝰ vnã ſcripſit epiſtolã gręco ſermone, đ qua. fo.94

Iudeę ꝓuincię, termini illiꝰ, & oppida deſcribuntur. fo.125.p.2

Iudęa mõtana đſcribũtur.176.p.2.

Iudicũ liber Hebraice à Samuele cõpoſitꝰ cõtinet ſpatiũ.317.ſ, à mortuo Ioſue vſq; ad heli.88.p,2

Iudith librũ q ſcripſerit, & qua lingua & quo tpe fo,00,p,1,

Iudith mortua eſt cũ eſſet centum viginti annorum, anno ab orbe condito.3560. Erat quindecim annorũ cũ Bethuliam liberauit, ſecundum Philonem. fo.90

Ironia quid ſit. fo.61.n.2

L.

LAtina editio ſeptuaginta interpretũ per Hieronymũ. fo.25.p.2.n.8.

Lectio euãgelicæ doctrinæ valde vtilis. fo 5.p.1.n.2

Leuitici liber cõtinet hiſtoriã vtriuſq; teſtamenti, ſcilicet, à tabernaculi erectiõe excluſiue, vſq; ad numerationẽ eorũ qui capti erant ad bellũ excluſiue. fo.88.p.1.

Lingua Hebræa fuit ante turrim Babylonis. fo.13.p.2.n.1.

Linguarum vſus valde vtilis multis oſtenditur. fol.14.p.2.

toto decimo capite literalis ſenſus ſcripturæ quid & quotuplex. fo.37.pag.2.n.1.& ſequentibus.

Literalem ſenſum in ſcriptu-







ra ſacra nunquam deeſſe oſtenditur. fo.63.p.2.

Literalis ſenſus plures eſſe eiuſdem loci oſtenditur. fo.64.pag.1. cap.25.

Literales ſenſus ſit ne ſpirituali potior necne. fo.71.p.2.

Lucas in Achaia paulo poſt Marcum græcè ſcripſit. fo.13.in principio.

Lucas quo tempore ſcripſerit, & quo ſermone. fo.93.p.2

Lucæ euangeliſtæ vita & elenchus capitum euangelij eiuſdem. fo.161.p.1.cap.5.per totum.

M.

MAchabęorum libri primus & ſecundus canonici. fo.90.

Machabęorum libri tertius & quartus apocryphi. fo.90.

Machabæi qua ratione ſic appellati. fo.90.

Malachias propheta quo tempore claruerit. fo. 92.p.2

Marcꝰ Romæ ſub Nerone ſcripſit. fo.12.pag.2.n.3

Marcus quo tempore ſcripſerit, & quo ſermone, & quando mortuus ſit. fo.93.

Marci euangeliſtæ vita, & elẽchus capitum euangelij eiuſdem. fo.158.p.2.cap.4.per totum.

Marci vulgares loquendi phraſes explanantur. fo.32.p.1.n.2.

Mardochæus quo tẽpore mortuus ſit. fo.90

Mare mortuum deſcribitur. fo.128.p.1.

Maria virgo moritur in cænaculo, ſepelitur in valle Ioſaphat, reſurgit, & ad cælos aſſumitur, anno Neronis nono. fo.148.

Mariæ virginis Dei matris forma deſcribitur. fo.150.

Maria virginis genus ex matre deſcribitur. fo.151.p.2

Matthæus Hebraicè ſcripſit euangelium. fo.12.p.2.n.3.

Matthæi euangeliũ à quo trãſlatũ. ibidem.

Matthæi vulgares loquẽdi phraſes explicantur. fo.30.p.2.n.1

Matthęꝰ quo tpe ſcripſerit euãgeliũ & mortuus ſit. fo. 93.

Matthæi euangeliſtæ vita & elenchus capitum euangelij eiuſdem. fol.156.p.2.c.4.per totum.

Meſſias mediator hominũ ex ꝓphetarũ oraculis. fo.114.p.2.

Meſſias verus Deꝰ, ex vtriuſq; teſtamẽti pagina. fo.114.p.2

Meſſias filius Dei ex ꝓphetarum vaticinijs. fo.115.p.1.

Meſſias homo ex prophetarũ oraculis. fo.115.p.1

Meſſias ex Dauid & Abrahã. fo.115. p.2.

Meſſiæ tempus aduentus demonſtratur. fo.115.p.2

Metalepſis quid ſit. fo.59.p.2

Metaphora & illius genera. fo 54.p.2.n.1.& ſequentibus.

Metonimia & quibꝰ modis fit fo.58.p.2.n.1.& ſequentibus.

Micheas ꝓpheta quo tpe pręcipitatus occubuerit. fo.92.p.2

Michee vaticinium in vulgata

editione apud Malachiam, & apud Matthæum idem eſſe oſtenditur. fo.29.p.2.n.8
Myſticus ſenſus ſeu ſpiritualis quis dicatur. fo.65.p.2
Moſes mortuus eſt annorum 120. anno ab orbe condito. 2493. qui fuit ante Chriſti natiuitatem 1465. fo.88.p.1

N.

NAhum propheta quo tẽpore mortuus. fo.93.
Nazareth, Cana deſcribuntur. fo.130.p.2
Numerorum liber continet hiſtoriam à prima die mẽſis ſecundi, anni ſecũdi egreſsionis de Aegypto vſq; ad manſionem in cãpeſtribus Moab ſuper Iordanẽ, ſcilicet, triginta octo annorum, menſium nouem, & dierum viginti. fo.88.p.2.

O.

ORigenes ſex grecas tranſlationes in vnũ volumen coniecit. fo.25.p.1.n.6
Oſeas propheta quando mortuus ſit. fo.92.p.2

P.

PArabola quid ſit, & quotuplex. fo.57.p.1
Paradigma quid ſit. fo fo.57.p.1.
Parœnia. fo.56.p.2.n.1
Paralypomenõ libri duo ab Eſdra cõſcripti & qua ratione. f.89.
Paulus apoſtolus tredecim epiſtolas ſcripſit græco ſermone, & vnam Hebraico ad Hebræos, de quibus. fo.93.p.2.
Pentateucum à Moſe conſcriptum. fo.87.p.2.n.1.
Periodus hiſtoriæ euangelicæ. fo.179.
Periphraſis quid ſit. fo.56.p.1.
Petrus apoſtolus græcè ſcripſit duas epiſtolas, de qb⁹. f.94.p.1.
Philiſtea prouincia, Ioppe, Erimathæ, & Emaus, Bethel, Bethania, Belphage deſcribuntur. fol. 127.p.1.& ſequentibus.
Pilat⁹ anno duodecimo imperij Tyberij à Tyberio Iudeæ procurator eligitur. fo.147.
Pſalterium Dauidis an ab ipſo integrè cõpoſitũ, necne. fo.91.

R.

REgũ liber tertius & quartus à Hieremia cõpoſiti, continẽt à morte Dauid vſq; ad deſtructionẽ Hieruſalẽ & captiuitatem Babylonicã ſpatiũ annorũ. 4017. fo.89.p.1.
Regũ libri primus & ſecũdus à Samuele incepti, à Nathã & Gad prophetæ, codẽ dictionis generis abſoluti eſſe credũtur, licet Iſidorus à Dauide conſcriptos crediderit, cõtinẽt cẽtũ & viginti annos, ſcilicet, ab Heli vſq; ad mortem Dauidis. fo.88.p.2.

S.

SAcra ſcriptura curuatur figuris & tropis. f.34.c.16
Samarię, Sichẽ, vel Sichar Salin, Sebaſte deſcribuntur. fol. 128.p.1.&.2
Sapiẽtiæ liber à Solomone cõſcript⁹, nõ a Philone, vel a Ieſu filio Sirach, oſtẽditur. fo.91.p.2.
Sarcaſmos qd ſit. fo.5[illegible].p.2
Senſũ ſcripturæ diuidi in hiſtoricum,



ricũ, propheticũ, prouerbialẽ, & moralem aliquibus placet. fo.28. p.2.nu.6.
Senſus ſpiritualis quid ſit. fol. 66.p.1.
Senſus ſpiritualis à quibus primum deſſumptus oſtenditur. fo. 66.p.2.
Senſus ſpiritualis extra ſacras literas non reperitur. fo.69.p.1.
Senſus ſpiritualis quibus impetitur. fo.68.p.1.
Senſus ſpiritualis qua de cauſa in ſcriptura ſit poſitus. fo.70.p.1.
Senſus ſpiritualis quomodo ſit dignoſcendus. fo.70.p.2.cap.6.
Septuaginta interpretes quæ volumina ſcripturæ verterint. fo. 24.p.2. num.2.
Sybillæ quo ſpiritu prophetauerint, & de earum numero. fol. 110.
Sybilla Cumæa & illius oracula. fo.102.
Sybilla Cumana & illius oracula. fo.102.p.1.
Sybilla Perſica & illius oracula. fo.103.p.1.
Sybilla Helleſpontica, & eius oracula. fo.103.pa.2.
Sybilla Lybica. fo.103.p.2.
Sybilla Samia & eius oracula. fo.104.p.1.
Sybilla Delphica & eius oracula. fo.104.p.1.
Sybilla Phrygia & eius oracula. fo.104.p.2.
Sybilla Tiburtina & eius ora- fo.105.p.1.
Sybilla Erythrea & eius oracula. fo.105.p.1.
Sybillarum oracula quam autoritatem habent, & de autoribus qui de illis honorificam faciunt mentionem. fo.106.pagi.1. cap.13.
Sybillarum oracula ab Auguſtino & Lactantio collecta. fol. 107.p.1.
Simmachi editio ſub Seuero anno Domini. fo.24.
Simploce quid ſit. fo.42.p.1. num.3.
Synecdoche & eius genera explicantur. fo.59.p.2.n.1.
Solomõ ſcripſit prouerbia, Eccleſiaſten, Canticum canticorum & Sapientiæ librum. fo.91
Sophonias propheta quo tempore mortuus. fo.93.p.1.
Scopus toti⁹ operis ad normã vitæ Domini noſtri Ieſu Chriſti mores noſtros componere. fol. 1.p.2.n.2.
Scripturæ ſacræ author Spirit⁹ ſanctus. fo.2.p.2.n.2.
Scripturæ primarius author Deus, ſecundarius homo. fol. 3 p.1.n.3.
Scripturæ ſenſus quid ſit, & quotuplex. fo.36.p.1.cap.2.per totum.
Scripturæ ſenſus literalis quando per tropum deſumendus ſit. fo.36p.2.nu.4.
Spiritualis ſenſus an efficax argumentũ ſubminiſtret. fo.91.p.2.
Spiritualis ſenſus diuiditur in tropo

tropologicum, allegoricum, & anagogicum, qui omnes eidem literæ conuenire poſſunt. fo. 72. p. 1. cap. 8.

T.

TAbor, Hermon, Nain, Dothain, deſcribuntur. fo. 130.

Temeoteleuton quid ſit. fo. 41 pag. 1. nu. 5.

Templi inſtauratio ab Eſdra quemadmodum ſit facta. fol. 87. pag. 1.

Terræ pmiſsionis termini paleſthinæ, Phænicis, deſcribuntur. fo. 124. pag. 1. & ſequenti.

Teſtamenti veteris libri amiſſi, quorum mentio fit in ſacris literis. fo. 95. p. 1. & ſequentibus.

Teſtimonia, quæ in vtroq; teſtamento afferuntur ex humanis authoribus, & quam habeant authoritatem. fo. 96. p. 2

Tobias mortuus eſt, anno ab orbe condito. 357. ante Chriſti natiuitatem. fo. 9. p. 1.

Tobiæ liber à Tobia conſcriptus Chaldaica lingua ſub Salmanaſar Aſsyriorũ rege. fol. 89. p. 2.

Theodotij editio ſub Commodo, anno Chriſti. 173. fol. 25. pa. 1. num. 4.

Tropus quid ſit, & cur ſacra ſcriptura tropis vtatur. fo. 25. pag. 2. nu. 2.

Tropi primum reperti in ſacra ſcriptura. fo. 34. p. 2. n. 3.

Tropologicus ſenſus explicatur multis appoſitis ſcripturę excẽplis. fo. 96. p. 2.

V.

VErbi Dei efficacia. fol. 1. p. 2. n. 3.

Vulgata editio aliarũ regula nobis eſſe debet. fo. 18. p. 2 num. 14.

Vulgata editio defenditur & explanatur. fol. 19. p. 1. n. 1.

Vulgata editio Hieronymi approbatur à Damaſo, & à concilio Tridentino. fo. 28. p. 2. n. 2

Vulgatæ editiones omnes veluti interpretationes vulgatæ editionis haberi debent. fo. 29. pag. 1 in principio.

Ad vulgatam editionem quãdo recurrendum eſt, quando ad originem. fol. 29. p. 1. n. 4.

Vulgatam cum originibus cõſentire monſtratur. fol. 29. p. 2. nu. 5. & ſequentibus.

Z.

ZACHARIAS propheta quo tempore obierit. fo. 93.

FINIS.

# CENSVRA OPERIS.

IN his euangelicis inſtitutionibus, quæ libris octo comprehenſæ ſunt, & quas iuſſu Regij ſenatus accurate perlegi, nihil eſt quod fidei Catholicæ Romanæ, aut moribus chriſtianis aduerſetur: immo vero ex probatis autoribus veteribus & recẽtioribus multa ſunt in eas congeſta, quæ fidelibus & ſtudioſis ſacræ ſcripturæ valde vtilia eſſe poſſunt. Quod atteſtor decimo quarto Octobris, anno. M. D. lxxviij

D. Sebaſtianus Perez.

# EVANGELICARVM INSTITVTIONVM, LIBER PRIMVS.

## *De Euangelij præſtantia, veritate, & linguarum vſu.*

### Caput primum, de operis, & authoris ſcopo, *& verborum Chriſti efficacia.*

1 MAGNO ET EXCELLENti acumine ingenij, ad oẽs doctrinas capeſſendas, cũ opꝰ ſit, id pręſertim in diuinę ſapiẽtiæ principijs edocendis, opępretium erit exigere: cũ quia principia omnia difficillima ſunt, tũ quia plus eſt docere, quàm diſcere, tũ etiã quod doctrina Dei, altiſsimarum eſt cognitio rerum, quæ quanto illuſtriores ſunt, & mundi ſole clariores, tanto fortius mentis noſtræ aciem retũdunt, & hebetant. Vere vocat Apoſtolus lucem inacceſsibilem, quam nullus hominum vidit, ſed nec ſua ipſius virtute videre poteſt. Nec habemus acumen viſus Aquilæ, donum Euangeliſtæ Ioãni conceſſum, quo ſi è conſpectu tanti luminis opponamur, eam propius intueri poſsimus: quinimo ad eam velut noctuæ, & veſpertiliones, ob noſtræ mentis imbecillitatem, quæ tantum ſplendorem ferre non poteſt, cęcutiamus. Ea enim cauſa eſt, vt quæ manifeſtiora natura ſunt, nobis ſint minus nota, ſicut gentium Philoſophus ait. Enimuero, quò diuina miſteria & abditiora ſunt, & cognitu difficillima, eò notitia illorum, tametſi paruula, digniſsima eſt, & pluris facienda. Quare enitendum nobis pro viribus eſt, vt principia intelligendi ſacras literas, potiſsimum Chriſti Euangelia, quę tradimus, facile, perſpicuè, & ordine congruo diſponantur: vt arcanæ ſapientiæ ſtudioſi, ſuauius ea deliberare poſſint, minore labore comparare, & ad illius intellectum expeditius accingi, aptioreſq; reddi.

Exordium à dignitate operis.

1. Timoth. 6. 16.

2. Metaph. 1.

Authoris ſcopus.

VT igitur meum, & operis ſcopum aperiam, ad normam
vitæ domini noſtri Ieſu Chriſti mores noſtros componere in 2
ſtitui, vitam eius quaſi ſpeculũ pręoculis gerere, & veluti viuũ
& expreſſũ virtutis exẽplar pro viribꝰ imitari. Quãobrẽ libro
huius operis vltimo, Chriſti redẽptoris vitã ſeruata ratiõe tẽpo
ris, in cõpediũ redegi, daturus breuij euangeliſtarũ hiſtoriã cũ
ſcholijs, deinde cum integris commentarijs. Sed quia nec nos
componere, nec lectores opus intelligere ſine his euangelicis
inſtitutionibus perfecte & facile poſſumus: proinde hic labor
& à nobis libẽter ſuſceptus eſt, & ab omnibus ipſum lecturis,
benigne recpiendus. Ita enim fiet, vt qui non ſolum Euange
licæ hiſtoriæ verba percurrendo legerint, ſed alta mente repo
ſita, attenta ac profunda cogitatione, ſingulis quibuſq; diebꝰ,
vel vnum caput reuoluerint, ſi de prętcritis delictis doleãt, &
futura proſpiciant, Chriſtum crucifixum in corde gerent, &
charitatis igne ſuccenſi, compendio amoris diuini, celerrime
eam vitæ perfectionem acquiret, quã alioqui per alios autho
res, longo temporis ſpatio vix aſſequerentur.

Verbi Dei efficacia.

HABENT enim Chriſti verba vim quãdã efficaciſsimã,
non ſecus ac Dei docentis, prædicantiſq; vox viua. Vnde Pe- 3
trꝰ abire nõ poterat, nec ab ipſis Chriſti verbis amoueri, Quo
ibimus? inquit, quia verba vitæ habes. Erat enim docens, vt au
thor vitæ poteſtatem habens, (Mattheus ait) non ſicut Phari-
ſæi, & cæteri doctores legis. Vſq; adeò hominum corda, dum
modo ſua ipſorum culpa obdurata non eſſent, penetrabat, vt
Phariſęorum miniſtri, qui ad ipſum comprehendendum miſſi
fuerant, libere eò relicto, à diuina verborum ipſius virtute cõ
pulſi, reuerterentur clamantes: Nunq̃ ſic locutus eſt homo. Ex
perimur in Euangeliorum doctrina, neſcio quos igniculos,
quibꝰ ipſe amãs Deꝰ intꝰ iaculatur corda fideliũ, quę diuino il
lo igni, quaſi ſagittis ardẽtibꝰ, immiſſo accẽdũtur, inflãmãtur.
Quo ſe ardere ſenſit Auguſtinus cũ aiebat: Sagittaueras tu do
mine cor meum. Ad has voces ſponſi, præ amoris dulcedine
ſponſa tenereſcit, & dum exterius pio affectu auribus audit &
demulcetur, interius mens longum bibit amorem. Sauciantur
pectora, vulnerantur viſcera, carpitur cor, anima deliquiũ pa
titur, & corpus lãgueſcit amore. Vnde ait: Anima mea liquefa
cta eſt, vt dilectꝰ locutꝰ eſt: Renũciate illi quòd amore lãgueo.

Ioã. 6. 68. Matthę. 7. 29. Ioã. 7. 46. Cãtic. 5. 6

Exhortatio ab exẽ-[illegible]

PROFECTO ex quo euangelia propius perluſtrare 4
cæpi,



cæpi (abſit vlla iactantia dictis, vera namq; fateor) vbicunq;
Chriſti verbum, inter exponendum, orandum, aut legendum
occurrit, etſi gelu frigidior ego, tamen intus, non ſecus ac ani-
mæ meæ ſponſi longe amantiſsimi, vocem mihi amiciſsimam
audire videor, qua in me reuerſus, illam agnoſco, & ſuſpirans
cum ſponſa clamo: vox dilecti mei. Tum ſubortis illico lacri-
mis, incaleſcit cor, & recedente frigore pectus ardet, glacies li
queſit. Ita inſpirante Deo, aquarum fluenta decurrunt è Ly-
bano, vnde ſępe cum pſalmographo in vocem erumpo: Mit-
tis Domine cryſtallum tuam ſicut buccellas, ante faciem fri
goris tui quis ſuſtinebit? Emitte verbũ tuũ & liquefac ea, per
flet ſpiritus tuus & fluant aquæ. Quod ſi in rudi ſaxo, adaman
tinoq; corde hæc accidunt, in viris, quos Dominus ad perfe-
ctionem elegit, quid fiet? Plane Matthæus thelonarius, ſubito
relinquit nummos: Magdalena paccatrix abijcit ſine mora de
licias: Saulus perſecutor ſtatim deponit iras: Petrus negans,
ad ſolã verbi Chriſti recordationẽ erratũ agnoſcit. Ergo ſemp
habeamus Chriſti verba in ore noſtro, immo vero in corde,
vt inceſſanter diebus ac noctibus, aſsidua & profunda mentis
cogitatiõe, tãq̃ animalia mũda, ruminãtes meditemur in illis

pſ. 147. 17

## Caput. 2. Quod Deus ſit primus author ſcrip-*turarum: & cur Chriſtus manu propria non ſcripſerit Euangelia.*

Author ſcripturæ ſpiritus ſãctus.

1 IN Euãgelijs, & canonicis libris omnibꝰ Spiritꝰ ſanctꝰ
loqtur, & princeps author eſt. Nã quos ſibi ex homi
nibus aſſũpſit ad ſcribẽdũ, quaſi amanuẽſes tabellarij
ſũt, quibꝰ diuinus Spiritus ſcribẽda ſuggerebat, vt olim Domi
nus dixit: Paracletus Spiritus ſanctus, quẽ mittet pater in no-
mine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia
quæcunq; dixero vobis. Quapropter tametſi homines cæle-
ſtia miſteria docere opus ſit, ſanctiſsimę triadis indiuiſum &
peculiari ratione ſapientiæ, id eſt, filio attribuendum, tamen
Spiritui ſancto confertur, cum apoſtolos inſtruere (quod ad
Chriſti pręſentiam plura edoceri, naturæ eorum imbecillitas
non ferret ipſo docente: Multa habeo vobis dicere, ſed nõ po
teſtis portare modo, Spiritus ſanctus docebit vos omnia) tum

Ioã. 14. 92. Ioã. 16. 26.

 ſcripto-

ſcriptoribus canonicis ſcribenda ſuggerere, tum etiam Pontifici ſummo, concilijsq; rectè congregatis, ne in definiendis quę ad fidē, mores, & Eccleſiæ ſacramēta pertinent, errare poſsint, aſsiſtere. Pręſertim cum doctrinā ſuggerere opꝰ ſit charitatis, non ſecus ac mire ſplendeſcit maternus amor, dum pueris in ſinu receptis, à nutricibus vbera panduntur, & lac ſuggeritur. Hinc charitas ſimili typo depingitur. Magiſter ergo dum mētis concepta reſerat, & in diſcipulorū animos transfundit, maternum officium implet, & quaſi lacteum prębet poculum cū Apoſtolo dicente: Tanquam paruulis in Chriſto lac vobis potum dedi. Proinde Spiritui ſancto, cuius immenſi amoris eſt, & congregare diſcipulos, & eoſdem, quæ ad pacis vnionē, charitatiſq; vinculum ſpectant, edocere, id attributum Theologorum doctrina accommodatur. Hinc Chriſtꝰ Ioan. 16. aiebat: Spiritus verax docebit vos omnem veritatē. Hinc & Petrus in ſua canonica inquit: Spiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homines. Et in ſymbolo confitetur Eccleſia: Spiritum ſanctum per prophetas fuiſſe locutum.

1. Cor. 2. 3.

2. Petri. 1. 21.

Author ſcripturæ Pater, & filius.

2 Alioqui Euāgelicæ & canonicæ doctrinæ Pater eſt author dicēte Filio. Ioā. 7. Mea doctrina nō eſt mea, ſcilicet, hoīs tātū, ſed eius, qui miſit me. Et ibidem. 8. Quæ audiui à patre, hæc loquor vobis. Et rurſus. 15. Quæcunq; audiui à Patre meo, nota feci vobis. Quinimo cū patre & Spiritu ſancto Filius: ait enim propheta Baruch cap. 3. Hic eſt Deus noſter, & non æſtimabitur alius aduerſus eum: hic inuenit omnem viam diſciplinæ, & tradidit illū Iacob puero ſuo, & Iſrael dilecto ſuo. Poſthæc in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt. Et ipſe Dominus Moyſi deutero. 18. Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis ſuſcitabit dominus Deus tuus, ipſum audies, quę loquetur tibi. Et ipſe apud Math. cap. 11. Nemo nouit Filium niſi Pater, neq; Patrem quis nouit niſi Filius, & cui voluerit Filius reuelare: reuelat autem per Euangelij doctrinam. Vnde Paulus fatetur ſe accepiſſe, & didiciſſe Euangelium non ab hominibus neq; per hominē, ſed à Deo per reuelationem Ieſu Chriſti. Quinimo teſtimonium quod affertur à Ioāne cap. 12. Eſayæ reuelatum per Dei filium Ieſum Chriſtum quando vidit gloriam eius & locutus eſt de eo: idem Paulus actorum. 28. Attribuit Spiritui ſancto dicens: Bene Spiritus ſanctus locutus eſt per Eſayam: Aure audietis & non intelligetis.

Galat. 1. 12

Ioan. 12.

Iſay. 6. 9.

Quare



3 QVARE Deo ipſi abſq; perſonarum diſcretione, immo tribus pſonis ex æquo canonicam ſcripturam condere conuenit, & homines docere per eā, aſſumptis miniſtris velut inſtrumentis ad ſcribendum, quorum ore loquatur ipſe nobis, & doceatur ſponſa Eccleſia. Quod eleganti typo præfiguratum eſt quando populus dicebat: Non loquatur nobis Dominus, ſed loquatur tecum, vt referas nobis verba illiꝰ. Vnde Zacharias apud Lucam cap. 1. Locutus eſt, inquit, per os ſanctorum, qui à ſeculo ſunt prophetarū eius. Et per regium vatē ipſe quoq; Dei ſpiritus non obſcure pronunciauit dicens: Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis. Scripſit enim, & dictauit in ſanctorū virorū mētibꝰ, quos ad id munꝰ elegit, quæ ad noſtrā omnium ſalutem cōferunt diuinus author, qui tardare neſcit, velociſsimè. Inde velut è quodam mirabili ſacrario prophetæ, & apoſtoli nobis arcana Dei deducentes reſerarunt, & in libros canonicos, ſanctaq; volumina referentes tradiderunt.

Author primarius Deus. Secundarius homo.

Exodi. 20. 19.

Pſ. 44. 2.

4 NOLVIT autem ipſe Dei filius manu propria Euangelia conſcribere, qui quæ alios ſcribenda docuit, proq; muliercula ab adulterij pœna liberanda in terrā ſcripſit, facile potuit. Sed quia maieſtatē Dei per alios ſcribere decebat, ne in errorem paruifaciendi, minoriſq; ęſtimandi cętera prophetarum, & apoſtolorum ſcripta, laberemur. Curabatq; magis in mentibus hominum legem ſcribere, quàm olim in lapideis tabulis: quò Euangelicæ legis excellentiam commendauit. Ita adimpletum eſt Hieremiæ prophetæ vaticinium: In nouiſsimis diebus feriam pactum nouum cum domo Iuda, & Iſrael, non ſicut pepigi cum patribus eorum in die, qua eduxi eos de terra Aegipti, ſed hoc erit pactū meū: Dabo legem meā in viſceribus eorum, & in mentem eorum ſcribam eam. Hinc Paulus ſapienter (vt cætera) Euangelium miniſtrationem ſpiritus appellauit. 2. Cor. 3. Non atramento, ſed ſpiritu Dei viui, non in lapideis tabulis, ſed in corde. Pręſertim quòd ad authoritatē nil deeſt, nam vt Auguſtinus in libris de conſenſu Euangeliſtarum contendit, dicendum eſt, Dominum ſcripſiſſe, quando quidem membra eius literis exararunt, quod dictante capite cognouerunt. Quidquid enim de ſuis dictis, aut factis nos legere voluit, hoc ſcribendum illis tanquā ſuis manibus imperauit.

Cur nō ſcripſit Chriſtus manu propria. Ioan. 8. 6

Hierem. 31 32.



Caput. 3.

## Caput. 3. De ſanctæ ſcripturæ præ alijs ſcientijs excellentia, & maieſtate.

Excellẽtia ſcripturæ à materia.

1 INTER omnes humanas doctrinas, ea cæteris pręſtare cõperitur, quæ excellentiorẽ materiam habet circa quam verſetur. Vt enim aureum vas pretioſius eſt quã argenteum, aut luteum, quòd materiæ ſit multo nobilioris: ita in diſciplinis à materia earũ pręſtãtia ſumitur. Quare cæleſtis doctrina, & cęlitꝰ demiſſa Theologia merito cęteras antecellit, cuius ſubiecta materies Deus eſt. Sed cum huius diuinæ ſapiẽtiæ multæ ſint partes, ea pręcipua imprimis ęſtimanda eſt, quę Dei naturam, & conſilia nobis aperit, arcana recõdita reſerat, & abditiſsima miſteria reuelat. Nullibi autem ea hominibus traduntur apertius, quam in hiſtoria Euangelica, vbi Chriſtꝰ Dei filius verus Deus, & ſapiẽtia patris nobis loquitur ore proprio, ſuaq; ipſius miſteria tanquam amicis, nõ per ora prophetarum vt olim, ſed proprio ipſius ore docet: Vos inquit, dixi amicos, quia quæcunq; audiui â patre meo, nota feci vobis. Quare vt eſt omnium prima, ita primum omnium locum obtinere debet. Accedit quòd ibi ſe exerit virtus Dei, maięſtas, gloria, atq; ſublimitas. Vnde Paulus Rom. 1. Euangelium appellat virtutem Dei. Et. 1. Timoth. 1. Euangelium gloriæ Dei. Quare non abſq; ratione diuinus hortatur ſpiritus, vt volumẽ legis ab ore noſtro non recedat; ſed in eo potius per integros dies ac noctes, quibus hac vita mortali frui licebit, meditemur.

Hębræ. 1. 1
Ioã. 15. 15.

Ab effectu & varia rerum tractatione.

3 NVLLA enim diſciplina reddit hominem vndequaq; munitum, & vanis huius ſæculi curis, rebuſq; momentaneis auocatum, vt diuina lectio. Nec valet vlla hominum facultas, nedum gentium philoſophia, ſic hominem intra ſacrarium reconditæ ſapientiæ intromittere in regis cellariam, vbi Nectar & Ambroſia delibatur, ac ſacrorũ voluminũ meditatio. Splẽdẽt in illis monimẽta maiorũ, fulgẽt morũ pręcepta, veterũ reſeruantur hiſtoriæ, ſelectiſsimæ tradũtur ſentẽtiæ, quas Græci apothegmata: Hebræi parabolas appellitant. Docetur de rerum natura ſcientia, & quis eſſe debeat pręcipuus hominis ſcopus, Deum videlicet, timere, & mandata eius ſeruare. Poeſis ſelectiſsima à Dauide cum ſocijs, & cantoribus exercetur. Epithalamiũ elegantiſsimum, & diuinis amoribus plenum cecinit

Cãti. 1. 4.



nit Solomon, in quo ſuauiſsimæ ſanctiſsimæq; delitiæ, nuptiarum ſacramenta, arcanaq; reconduntur. Rerum autem pręteritarum memoria nullibi antiquior, verior, & exactior ab orbe ſcilicet condito, ad aſcenſum vſq; Chriſti in cælum, Euangelijq; promulgationem.

A rerum hiſtoriæ magnitudine.

3 TEXITVR clariſsimarum rerum, virorum, ac fœminarum hiſtoria, in qua elucent interim illuſtria geſta, pręclara facinora, frequentia bella. Quatuor centum vernaculis delet Abrahamus quatuor regum exercitum: Sangarus ſexcentos viros interficit vomere: Sanſon aſini mandibula mille: Vnus Ionathas cum armigero numeroſum fugat exercitum, percuſſit Dauid decem millia: & interfecit Goliath gigãte Philiſtęũ, & octingentos alios impetu vno. Laudant Romani Oratium quendam, qui aduerſariorum exercitum repreſsit in ponte, & tranſitum ademit. At Semma in medio campi Iſraelem fugiẽtem ab exercitu Philiſtinorum ſolus tutatus eſt, ac cæſis inimicis inuerſam fecit victoriam: Tres fortiſsimi viri per mediũ Philiſtinorum exercitum erumpentes, aquã de ciſterna Bethlehem reduxerunt: Abiſai haſta configit trecentos: Banaias duos leones, & Aegyptium gigantem interemit. De Iuda Machabęo quid dicam? Lyſiam Nichanorem, & Gorgiam cũ oriẽtalibus, & Aſſyrijs copijs fere quinquaginta millia militum, cũ tribus millibus proſtrauit. Deinde octingentis viris aduerſus Bachidem, & viginti duo millia, commiſſo pręlio â mane vſq; ad veſperam, maiorem eorum partem fugauit. Sed dum fugiẽtes inſequitur, à tergo vulneri locum prębuit. Itaq; glorioſam magis mortem elegit, quàm triumphum, ſi turpem acciperet fugam: Sic enim aiebat: Mori decet magis quàm fugere, ne crimen noſtræ relinquamus gloriæ. Quid de Ieſu Nabe? qui vno prælio quinq; reges, cum exercitibus deuicit: Deinde cum aduerſus Gabaonitas præliaretur, ne nox impediret victoriam, magnitudine mentis, & fidei clamauit: Sta ſol: & ſtetit, donec victoria conſummaretur. Quid de Gedeon, qui trecẽtis viris ingentem, & fortiſsimum hoſtium exercitum fugauit? Quid de altero Ionatha, Simone, Ioanne, & alijs, qui cum parua manu aduerſus grandes phalangas dimicantes glorioſos triumphos reportauerunt? Quid de plurimis alijs quorum præclare geſta longũ eſſet ſingula recenſere? Quid dicam de actuum Apoſtolorum narratione? quam admiranda opera; quàm cognitione dignißi-

Geñ. 14. 14
Iudic. 3. 31.
Ibid. 15. 16.
1. reg. 14. 13
1. reg. 18. 7
2. reg. 23. 8.
2. reg. 23. 12.
Ibidem. 16
Ibidem. 18 & 19.
1. Machab. 7. 12, & 46
2. Macha. 15. 27.
1. Macha. 9. 6. & 10.
Ioſue. 10. 9 & 13.
Iudic. 9. 19
1. Machab. 9. & ſequẽtibus.

digniſsima; quam ſtupenda miracula; quàm ſuauiſsimus rerũ
geſtarum diſcurſus?

A prophetæ doctrina.

FVTVRORVM vero præſcientię aut prænotionis,
quam Græci prophetiam vocant, Deum ingentem, quam lat⁹ 4
ac fertilis campus, tot prophetarum veterũ vaticinia, tot oracula Chriſti in Euangelio, Pauli, & aliorum in ſuis epiſtolis,
Ioannis in Apocalipſi: Nil eſt tandem quòd ad vitam humanam bene tranſigendam, rectèq; formandos mores, inſtituendam, illuſtrandamq; mentem conducat, quod non ſit hìc appoſitiſsimũ, vt tam in aduerſis quàm in proſperis cõſtans ſit
& firmus hominis animus. Deniq; hîc docentur homines, vt ſe
ſe rebus in omnibus gerere debeant. Sed mirum eſt, quàm ad
hæc frigemus omnes. Digladiamur interim in ventilandis ſtultis Philoſophorum, & ineruditis quæſtionibus, & in alijs genealogiarum, quas Apoſtolus reſpuendas monet, diſceptationibus: diuina vero ſtudia, ſacramq; lectionem, parum, aut nil
curamus, ſpernimus, contemnimus, ſtultas, inquam, & ineruditas quæſtiones reſpuimus, nam ad diſciplinam ſcholaſticã neceſſarias non tollimus, ſed probam⁹. Porphirium, Ammoniũ
Iamblicum, & huius farinæ homines immo verò & alios, quos
nominare pudet, Auerroem, Auicenam, Algazelum per integram vitæ periodum ſecuntur homines. Sectas maiorum vſq;
ad mortem tuentur, ſed diuinorum librorum meditationem
non eſt qui curet: magis libet prædictorum hominum deliramenta ſectari, quæ interim obſunt potius, q̃ proſunt moribus:
tametſi donemus ad acuenda iuuenum ingenia interim conducere. Sed in illis conſeneſcere quaſi gentilitium eſt.

Exhortatio ab vtilitatę.

ERGO diſcite mortales Theologica diſciplina imbui, ſa- 5
criſq; canonibus informari, diuinis literis erudiri, nã hinc moribus medicina petenda, hinc lux mentibus, hinc omnib⁹ manat ſapientia, & nullibi purior. Schematibus pulcherrimis, rhetorum floribus, plauſibilibus poematum rithmis, argutis dialecticæ diſputationibus, cognitis per philoſophiam rerum naturis, veritatis via argumentis Theologiæ efficacibus, decretis ſaluberrimis, vaticinijs, & oraculis diuinis docetur, integerrima veritas, & viuendi modus inſtituitur. Deniq; ſacra volumina ſuos amatores reddunt benignos, modeſtos, continentes, caſtos, manſuetos, & tandem omnibus numeris abſolutos.

Caput. 4.



## Caput. 4. De plurima vtilitate ex Euangelicæ *hiſtoriæ lectione.*

Fructus ex lectiõe Euangelica.

EVANGELICAE hiſtoriæ lectio non ſatis ex-
1 primi poteſt, quam plurimum vtilitatis ſit aſsidue legentibus allatura. Primum efficiet, vt Chriſti vita, & doctrina breuius, ac facilius addiſcatur, firmius, tenaciuſq; adhæreat, quod propemodum minime fieret, quantumuis ſingula ſeorſim pluries perlegantur. Deinde locorũ in ſpecie diuerſorum facilis habebitur concordia. Inſuper, tẽporis ratio perſpicua in rebus geſtis redditur, & notitia locorum, aliorumq; adiũctorum, quæ cognitione, tum digna, tum neceſſaria ſunt. Ad hæc res dubiæ ex adiectis ab alijs Euangeliſtis clareſcunt. Præterea dici nequit quantus ardor, & quàm magna vlterius legendi ac progrediendi cupiditas tenet animum, ne à perpetua continentis hiſtoriæ narratione diuelli poſsit, dum abſq; hyperbatis, cõciſsionib⁹, battologijs, quibus aliorum cõcordię ſcatent, ſed ſimplici, nitido ac puro ſtylo abſq; verborum inutili repetitione hiſtoriam Chriſti legendo percurrimus: quod ſolus hic labor noſter perſtare videtur.

Virtutes comparantur ex lectione euãgelica.

2 RVRSVS, virtutum omnium ſemina huius hiſtoriæ lectione, & frequenti meditatione, in fidelium cordibus facilius inſeruntur, & vberiores fructus reddũt. Nam fides illuſtratur, Ieſu dicente: Creditis in Deum, & in me credite: Et alibi: Qui crediderit & baptizatus fuerit ſaluus erit: Et iterum: Hæc eſt voluntas Patris mei, vt omnis qui videt, & credit in Filiũ non pereat, ſed habeat vitam æternam. Porro cum de fide in Chriſtum eſt ſermo, de viuaci & formata intelligere debes, iuxta Auguſtini diſtinctionem in libro de fide ad Petrum. Spes erigitur: Gaudete inquit & exultate, quoniã merces veſtra multa eſt in cælis. Et rurſus: Gaudete & exultate, quoniam nomina veſtra ſcripta ſunt in cælis. Et alibi: Qui ſequitur me, habebit lumen vitæ: Et inſuper: Ego vici mundum confidite. Quid tandem? Paralitico remittuntur peccata: domui Zacheæ fit ſalus: latroni promittitur paradiſus. Charitas inflãmatur erga Deum: Diliges, inquit, dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima, ex tota mente tua, & ex omnibus viribus tuis: hoc eſt primum & maximum mandatum in lege. Deinde

Fides. Ioã. 14. 1. Mar. 16. 16 Ioã. 6. 40.

Spes. Matth. 5. 12. Luc. 10. 20 Ioã. 8. 12. Et cap. 16. Matth. 9. 2 Luc. 19. 9. Et cap. 44 Charitas.

Matth. 22. 37.

erga proximum cum addit: ſecũdum ſimile huic: Diliges pro
ximum ſicut te ipſum. Rurſus: Hæc mando vobis, vt diligatis
inuicem ſicut dilexi vos. In hoc cognoſcunt quod eſtis diſcipu
li mei, ſi dilexeritis vos inuicem. Inſuper, erga inimicos. Ego
autem dico vobis: diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui
oderunt vos: orate ergo pro calũniantibus, & pſequẽtib⁹ vos.

Ioã.15.18.
Matthę.5.44.

HVMILITAS docetur ibi: Qui ſe humiliat exaltabi- 3
tur. Et: Cum inuitatus fueris, recũbe in nouiſsimo loco: Et ibi:
Diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde: Et: Niſi efficiami
ni ſicut paruulus iſte, nõ poteſtis ingredi in regnum Dei: Obe
dientia vero: Vos amici mei eſtis ſi feceritis quæ ego pręcipio
vobis. Ita: Omnis anima poteſtatib⁹ ſublimioribus ſubdita ſit.
Et: Tollite iugum meum ſuper vos. Et: Si diligitis me, manda-
ta mea ſeruate. Et: Sicut mandatum dedit mihi Pater ſic facio.
Et ipſe factus eſt obediens Patri vſq; ad mortem, mortem au-
tem crucis. Mãſuetudo: Beati mites, quoniam ipſi poſsidebũt
terram. Ita: Dirigit manſuetos in iudicio, & docet mites vias
ſuas. Et: Diligit manſuetos Dominus, & ipſe mitis, maledictis
laceſsitus non reſpõdet: alapa percuſſus, manſuete corrigit per
cutientem. Patientia: Beati qui perſecutionem patiuntur pro
pter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Et rur
ſus: In patientia veſtra poſsidebitis animas veſtras. Et: Si quis
te percuſſerit in maxillam vnam, prębe illi alteram. Et beati
eſtis cũ maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint,
& dixerint omne malum aduerſum vos, mentientes propter
me. Caſtitas etiam docetur, nam pręter illa: Quam pulchra eſt
caſta generatio cũ claritate. Et: Non eſt ponderatio digna con
tinentis animę. Ipſe caſtus docuit beatos fore, qui ſe caſtraue
runt propter regnum Dei. Matrem elegit ſibi virginem omni
no caſtam. Dilectus ſibi Ioannes caſtus, & virgo.

Virtutes morales.
Humilitas Matth.23.12.
Luc.14.10
Mathæ.11.29.&.c.18.
Obediẽtia Ioã.15.14.
Matth.11.29.
Ioã.14.15.&.c.31.14
Manſuetudo. Matth.5.4
Patientia Math.5.10
Luc.21.19.
Matthę.5.39.&.11.
Caſtitas. Sapien.4.1
Eccle6.15.
Matth.14.12.

PAVPERTAS: Beati pauperes ſpiritu, quoniam ip- 4
ſorum eſt regnum cælorum. Et: Vulpes foueas habent, & vo-
lucres cæli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput ſu
um reclinet. Naſcitur in pręſepi non ſuo, viuit abſq; proprio
ſine domo, moritur in cruce, ſepelitur in alieno ſepulchro. In
iuriarũ remiſsio: dum in cruce clamat: Pater ignoſce illis, quia
neſciunt quid faciunt. Docet orare: Dimitte nobis debita no-
ſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris: Et in conclu
ſione parabolæ: Sic pater meus cęleſtis faciet vobis, ſcilicet, tra
dens

Paupertas Matth.5.3.
Matth.8.20.
Remiſſio.
Luc.23.34.
Matthę.6.12.
Idẽ cap.1.35.



dens vos tortoribus cum ingrato debitore: Si non remiſeritis
vnuſquiſq; fratri ſuo de cordibus veſtris. Pœnitẽtia: Niſi pœ
nitentiam egeritis omnes ſimul peribitis. Et Ioannes initium
pręedicationis ſumpſit à pœnitentia: Pœnitẽtiam agite, appro
piquauit enim regnum cælorum. Chriſtus ad eũdem modum
exorſus eſt. Timor Dei: Nolite timere eos qui occidunt cor-
pus, ſed potius timete eum, qui poſtq̃ corpus occiderit, poteſt
& animam perdere, & in gehennam mittere. Et: Væ, qui nũc
ridetis, quoniam flebitis. Et accedite ad me, & illuminamini,
timorẽ domini docebo vos. Et: Initium ſapientiæ timor Do-
mini. Elemoſina: Date elemoſinam, & ecce omnia munda
ſunt vobis. Et: Sicut aqua ignem, ita elemoſina extinguit pec
catum. Et: Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem: in
die mala liberabit eum dominus. Dominus opem feret illi ſu-
per lectum doloris eius: vniuerſum ſtratum eius verſaſti in in
firmitate eius. Tandem laturus eſt ſententiam in eos, qui mi
ſericordiæ opera nõ pręſtiterint, cum poſſent. Ite maledicti in
ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius: quia
eſuriui, & non dediſtis mihi manducare, ſitiui, & non dediſtis
mihi bibere. Demum, quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi
feciſtis. Ecce fons ſcripturæ perenniter manans, Theſaurus ab
ſconditus, quem vbi vir prudẽs inuenit, celeriter cum gaudio
dat omnia ſua pro illo.

Pœnitẽtia Luc.13.3.
Matth.3.2
Ibid.4.17.
Timor dei Matt.10.28.
Luc.6.25.
pſ.33.6.
pſ.110.10.
Elemoſina.
Eccle.3.33.
pſ.34.10.
Matth.25.41.

## Caput. 5. De inconcuſſa Euangeliorum veritate: *& cur non ab vno tantum Euangeliſta conſcripta ſint Euangelia.*

1 CHRISTIANORVM mẽtibus immotum, & fi
xũ eſſe debet, in Euãgeliorũ verbis, ſicut nec in ſãcta
rum ſcripturarum, nullum ineſſe mendacium quãdo
quidem Spiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homi-
nes, qui ea ſcripſerunt, vt Petrus ait. At Spiritus ſanctus, Spi-
ritus veritatis eſt, nec vllius author mendacij eſſe poteſt. Eſt
quippe Deus verax, omnis autem homo mendax, referente
Paulo ex pſalmographo: immo vero veritas ipſe De⁹: Ego, in
quit, ſum via, veritas, & vita. Quare ſi quid primo aſpectu mẽ
dacium appareat: id per hyperbolem, aut tropum alium miſti
cẽ

Veritatis fundamẽtum ab authore Deo
2.Pet.1.12
Ioã.15.26.
pſ.115.11.
Rom.3.4.
Ioã.14.6.

3. Reg. 16. 27. Ioh. 21. 25.

cē dictum catholice iudica: Vt illud: Tanta fuit argenti copia in Hieruſalem, quanta & lapidum. Et illud: Multa alia fecit Ieſus, quæ ſi ſcriberentur per ſingula, nec ipſum arbitror mūdū capere poſſe eos, qui ſcribendi ſunt, libros: quibus in locis vt vtriuſq; rei abundantia commendaretur eleganti illa exaggeratione, quæ non eſt mendacium, vt libro ſecundo dicemus, opus fuit.

Veritas ex partiū diuiſione.

2 DEINDE, cum tres ſint euangelicæ doctrinæ pręcipuæ partes, vna hiſtoria rerum, ſcilicet, geſtarū, alia prædictiones futurorum, Tertia morum documenta: in duobus priorib9 apparet veritas, non ſolum noſtrorum teſtimonio, ſiquidem & Prophetæ eadem futura prædixerunt, nobis firmiſsimam fidē facientes. Vnde Petrus ait: Habemus firmiorem propheticum ſermonem, cui benefacitis attendentes tanquam lucernæ lucenti in caliginoſo loco: Quinimo & alienorum, nam & gentiū oracula, Sibillæ, hiſtoriographi, philoſophi, & poetæ, eadem quanuis inuiti, vi veritatis impulſi, quæ magna eſt, confeſſi ſunt: qua de re in poſterum dicturi ſumus. At morū doctrina adeò in ſe ipſa verax eſt, adeò veritatis lumen ſulget in ea: adeò lucis radios cōminus, & eminus emittit, vt de eius veritate, nemo quantūuis ſtupidus, vnquàm dubitare ſit auſus. Quis enim in dubium vertat colendum eſſe Deum, amandos parentes, benefaciendum omnibus etiam de nobis malemeritis? Nō veneri cedēdum, non irę: non aliarum rerum cupiditati? Nulli irrogandam iniuriam, omnibus condonandam, in pace viuēdum? A furtis, latrocinijs, interfectionibus, maledictis, falſo ferendis teſtimonijs prorſus abſtinendum? Ac tandem quod lumine naturæ docemur, ſic nos gerere debere erga omnes, quales in nos experiri cupimus?

2. Pet. 1. 19

Veritas à narratione ſine fuco.

3 INSVPER: eam ipſam pręſefert veritatē ſcripturæ ſimplicitas abſq; vllo orationis fuco, & lenocinio, quib9 in prophanis ſcriptoribus ſæpius inuoluitur mendacium, & falſa pro veris proponuntur. Simplex quippe & nuda veritas luculentior eſt, & per ſe ipſam ſatis ornata, neq; conquiſita forma indiget extrinſecus addita: Mendacium vero ſpecie placet aliena: Nō ſecus ac faciei turpitudinem fallacibus coloribus extrinſecus appoſitis celare ſolent mulierculæ, & ornatu aliunde quæſitò informes vultus polire.

Veritas oſtenditur

4 ACCEDIT ordo & rerum ab orbe condito connexio, conſonantia



conſonantia pręceptorum, puritas doctrinæ, prædicātium deniq; qualitas. Quomodo enim diuina homines, æterna mortales, excelſa viles, infacundi ſubtilia, niſi diuino repleti ſpiritu tradidiſſent? Tum euangelicæ pręcationis virtus, quæ tametſi à paucis & deſpectis prædicaretur: ſolo veritatis pondere obtinuit & mūdi philoſophos, reges ac ſapientes oppreſsit, donec ab omnibus ſuſciperetur. Tanta enim Euangelij lux eſt vt nemo poſsit eſſe tam cæc9, niſi ſuis peccatis prępedit9, qui non videat ingerentem ſe oculis diuinam claritatem. Huius rationis vim attigit Apoſtolus Corinthijs ſcribens: Videte vocationem veſtram fratres, quoniam non multi diuites, nō multi nobiles, non multi ſapientes, ſed contemptibilia mundi elegit Deus vt fortia quæq; confunderet: ſcriptum eſt enim: Perdam ſapientiam ſapientum, & prudentiam prudentum reprobabo. Quoniam enim non cognouit mundus per ſapientiam Deum, placuit Deo per ſtultitiam prædicationis ſaluos facere credentes.

ab effectu rerum.

3. Cor. 1. 26

Cur quatuor Euangeliſtæ.

5 TANDEM ea etiam cauſa eſt, cur non vnus Euangeliſta omnia ſcripſerit. Sed cū quatuor ab vno ore omnia loquātur, non ſecundum eadem tempora, neq; in eiſdem locis conuenientes, neq; ad inuicem colloquentes: maxima fit demonſtratio veritatis. Manet quippe firma diuinę mentis ſentētia: In ore duorū vel trium ſtat omne verbū. Et hoc ipſum quod in aliquibus modicis abſq; pugnantia diſſonare videntur, maximum ſignum veritatis eſt, & efficax argumentum illius. Si enim vnus omnia tradidiſſet, facile repelleretur ab inimicis: ſi quatuor per omnia conſonarent, ab impijs conſilio quodam humano conuenientes, fabulas arte compoſitas ſcripſiſſe putarentur. At licet verborum appareat diſcrimen, re tamen nec minimum differunt: ita vt non tā quatuor quàm vnū Euangelium edidiſſe videantur.

Deute. 19. 15.

## Caput. 6. De Euangeliſtarum conſenſu, & *abſq; contradictione concordia.*

Conſonātia ſcripturarum.

CONSENTIVNT vbiq; Euangeliſtæ, & nulla ratione ſibi, nec ſanctarum ſcripturarum oraculis aduerſantur, quantumuis diuerſa referant. Calami nāq;

ſunt;

ſunt & inſtrumēta, per quæ nobis ſcribit & loquitur princeps author Spiritus ſanctus, qui pugnātia ſibi dicere nequit, quippe qui vnus Deus eſt cum Patre & Filio & nil ignorat, omnia noſcit, omnia ſibi preſentia ſunt: nec decipi poteſt cum ſit ſumma ſapientia, nec decipere cum ſit ſumma bonitas. Porro contradictionis origo in humanis, authorum pluralitas eſt, ignorātia atq; malitia. Quare ſi oppoſitas ad verbum ſententias, & pugnantia proferre interim videantur, diuerſa ſignificatione dixiſſe intelligendum eſt.

## EX MATTHAEO.

Non pugnat Matthæus cum reliquis. Matth.1.1. &.18. Eſay.53. 8.

1 SICVT dum cap.1. Matthæus narrat Chriſti generationem dicens: Liber generationis Ieſu Chriſti, & infra: Chriſti generatio ſic erat: At Eſayæ.53. dicitur: Generationē eius quis enarrabit? quaſi id hominibus id impoſſibile reputans. Verum tamen propheta loquitur de generatione diuina: Euangeliſta narrat generationem humanam.

Matthę. 2. 22. ibidem 10.23.

2 SIC illud Matth.2. Ioſeph iuſtus cum audiret Archelaum regnare in Iudęa pro Herode patre ſuo timuit illo ire: non eſt contra illud domini: Nolite timere eos, qui occidunt corpus: nam hic ſermo eſt de timore cogente ad male operandum, ne videlicet præ timore hominum deficiamus à timore Dei. At Ioſeph ſponſus Virginis, cuſtos & nutritius pueri prudenter præcauit illorum ſaluti & incolumitati.

Matth. 4. 3. ibidē. 8.29

3 MATTHAEVS cap.4. Dęmonem inducit dubitantem: ſi filius Dei es: At cap.8. Quid nobis & tibi Ieſu filij Dei? Conciliatio eſt: Nunquam dęmonem ante Chriſti mortē eius diuinitatem apertè cognouiſſe, ſed ſuſpicabatur, principio minus, poſt magis, explorando. Nam in paſſione per viſum multa intulit vxori Pilati, quaſi nondum certus.

Matthæ.5. 34. Deut.6.14

4 MATTH.5. dicitur: Ne iuretis omnino: at Deutero.6. in nomine eius iurabis. Sed nō cogit iurare, immo prohibet in alterius Dei nomine id facere. Apud Matthæū verò quod perfectionis eſt, conſulit vt ſermones noſtri ſint: eſt, eſt: non, non: abſq; iuramentis.

Matthę.6. 1. Ibidē. 5.16

5 MATTHAEVS ait: cap.6. Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus: Non aduerſatur ei quod ipſe dixerat cap.5. Luceat lux veſtra coram hominibus, & videāt opera veſtra bona: Nam ex vtriuſq; ſentētiæ fine intellectus ambarum planus monſtratur. Docet nanq; ne operemur corā

hominibus



hominibus inanis gloriolæ gratia, proinde ſubnectit: Vt videamini ab eis. Hortatur contra nos operari corā eiſdem ad gloriam Dei: ſic enim adiunxit: Vt glorificent patrem veſtrum, qui in cælis eſt.

Matthę.6. 13. Iacob.1.12

6 INSVPER cum Dñs ibidē docet nos orare: Ne inducamur in tētationē: nō pugnat cū Iacobi capit.1. qui ait: Beatus vir, qui ſuffert tentationem: Nam Dñs loquebatur de tentatione, qua vincimur & ſuccumbimus: Iacobus de ea qua probamur, tamen vincimus. Sicut illud, Nemo cum tētatur dicat quoniam a Deo tentatur: Deus enim neminem tentat: Non aduerſatur ei quod dicitur Geñ.22. Tentauit Deus Abraham: Nam illud intelligitur de tentatione impiorum, qua ſuccumbunt, proinde ſubnectit: Deus enim intentator malorum eſt: At Abrahamꝰ per tētationem probatus eſt & inuētus iuſtus.

Iacobi.1.13 Geñ.22.1.

Matthę.7. 21. 1.cor.12. 4

7 DEINDE cum ait dominus Matth.7. Nō qui dicit Domine Domine ſaluus erit: non pugnat cum Paulo.1.Cor.12. dicente: Nemo poteſt dicere: Dominus Ieſus, niſi in Spiritu ſancto. Chriſtus enim loquitur de eis, qui ſono vocis, dominum Deum appellitant: Paulus vero de eis, qui corde puro, conſcientia bona, & fide non ficta, ſed viua, Chriſtum confitentur dominum ac Deum verum.

Matth.10. 9. Mar.6. 8.

8 NEQVE cum ait cap.10. Chriſtum prohibuiſſe apoſtolis ſacculum, virgam & calciamenta: pugnat cum Marco capi.6. qui ait Chriſtum vtraq; illis conceſſiſſe. Nam conceſſit quidē virgam qua inniterentur, ſed negauit qua ſe defenderent. Rurſus annuit ſimplicia calciamenta & veſtes, ſed abnuit duplicia mutatoria, quo expreſſit decētē ac expeditum euangelici prędicatoris habitum.

Matth.10. 23. Ioā.10. 11

9 AD eundem modum non repugnat quod Matth.10. dixit diſcipulis ſuis: Si perſecuti vos fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam: cum eo, quod Ioan.10. ait: Bonus paſtor ponit animam ſuam pro ouibus ſuis, mercenarius vero fugit. Nā cum ingruit neceſsitas, ouium ſaluti conſulendum eſt. Sin minus licet corporaliter fugere, & ad maius commodum Eccleſiæ ſe ſeruare, vt Paulus in ſporta demiſſus per murum. Et dominus cum in templo ſubtraxit ſe ab oculis eorum, qui ipſum lapidare volebant. Et iterum, è ſupercilio montis, nondum enim tempus paſsionis aduenerat.

Matth.10. 34.

10 MATTH.10. Non veni pacem mittere in terrā, ſed gladium.

Ioã.14.27. dium. At Ioan.14. ait: Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis. Et non cõtrariatur ſibi. Nam duplex eſt pax, vna Dei, quam nobis ipſe reliquit, & Paulus Philippenſibus capi.4. cõ- Philip.4.7 mendauit. Pax Dei quæ exuperat omnem ſenſum, cuſtodiat corda & corpora veſtra. Alia mundi, de qua ſaluator anectit: Non quomodo mundus dat eam, ego do vobis.

Ioã.14.27. Matth.16.6. Idẽ.23.2. ITA quod Matth. 16. Dominus ait: Cauete à fermento & doctrina Phariſæorum, non pugnat cum ſe ipſo cap.23. dicente: Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Pharſæi, quæcunq; dixerint vobis, facite: Nã hîc loquitur de bona doctrina recipienda, nõ de malo exẽplo imitando. Subnectit enim: Secundum opera eorum nolite facere. At dum monet cauendum a fermẽto eorum, intelligit de praua & corrupta doctrina & ſubdolis exemplis: proinde ſe exponit à fermento, quod eſt hyppocriſis. 11

Matth.18.20. Heb.1.14. ANGELI Matth.18. dicuntur ſemper videre faciem patris in cælis: At Paulus Hebræo.1. ait: Omnes eſſe miniſtros, qui in miniſterium mittuntur. Sed conſenſus eſt, quia ſiue in cælo aſsiſtant, ſiue exterius mittantur, ſemper vbiq; vident faciem Dei in beatitudine. 12

Matth.19.17. & Mar.10.18. Matth.12.35. & idem 25.21. APVD Matthæum cap.19. Chriſtus ait: Nemo bonus niſi Deus: at apud eundem cap.12. dixerat: Bonus homo profert de theſauro cordis ſui bona. Et.25. Euge ſerue bone. Nõ tamẽ ſunt pugnantia, nam ex ſe, & per ſuam eſſentiam ſolus Deus bonus eſt, & ipſe bonitas. At à Deo, homines iuſti, accepta bonitate, quæ illis inhæret, boni ſunt. 13

APVD eundem cap.23. Prohibet magiſtri nomẽ: Ne vocemini magiſtri. At apud Ioan.13. ait: Vos vocatis me magiſter, & benedicitis: Sed non recuſat magiſteriũ, qui addit: Vn⁹ eſt magiſter veſter, nempe ipſe Chriſtus. Nobis autem interdicit nõ ſemper, ſed cũ id illud vanitatis cauſa vſurpam⁹. Obid carpebat phariſæos, quod amarent primos accubit⁹, & primas cathedras, & vocari Rabbi, ideſt, magiſtros. Alioqui vt Paul⁹ ait: Deus ſuæ Eccleſiæ dedit quoſdam doctores, id eſt, magiſtros: alios paſtores. 14
Matth.23.8. Ioã.13.13. Ephe.4.11

Matth.23.9. Ioã.6.49. Ioan.8.56. PRAETEREA Matthæus ibidem ait: Patrem nolite vocare ſuper terram, vnus eſt pater veſter qui in cælis eſt. At Ioan.6. inquit: Patres veſtri manducauerunt manna. Et alibi: Abraham pater veſter: Neq; vlla eſt pugnantia: Nam ſolus Deus 15



Deus pater tãquam creator, & naturæ author, & redemptor, & miſerator. Sic enim Eſai. 63. Tu es enim pater noſter, nam Abraham non nouit nos, & Iſrael neſciuit nos. Alij vero patres dicuntur, vel natura, quia nos genuerunt per carnem: vel ſpiritu: quia regenerant per ſpiritum: vnde quidam patres carnales, quidam ſpirituales appellantur. Eſay.63.16

16 MATTH.26. Pauperes (inquit Chriſtus) habebitis ſemper vobiſcũ; me autẽ non ſemper. At.28. ait: Ecce ego vobiſcũ ſum vſq; ad conſummationem ſæculi. Veruntamen non contradicit ſibi: Nam præſentia corporali (niſi in Euchariſtiæ ſacramẽto) nõ erat ſemper cum eis futurus, ſed per mortem ab eis ſubtrahendus: ſpirituali vero, & diuina aſsiſtentia maieſtatis perpetuo erat eiſdem aſtaturus: vbiq; enim, & ſemper Deus præſens eſt per ſuam ipſius eſſentiam, potentiam, & maieſtatem. Hæc apud Matthæum. Matthę.11. Idem.28.20.

## EX MARCO.

1 SED circa Marcum cap.1. de Ioanne dicitur: Locuſtas & mel ſilueſtre edebat. At Chriſtus ait Matth.11. Venit Ioãnes non mãducans, neq; bibẽs: ſed per tropum, & hyperbolem veriſsime dictum eſt, quaſi parum edẽs: & id extra communem victum, quo homines vtuntur. Conſenſio Marcicum reliquis. Marc.1.6. Matthę.11.18.

2 RVRSVS: Marci.14. dicitur de diſcipulis: Erant oculi eorũ grauati præ triſtitia, vt Lucas addit: ſic quoq; Ioannes: Vos contriſtabimini, & triſtitia implebit cor veſtrum. At pſal. 68. dicitur: Suſtinui qui mecum contriſtaretur, & non fuit: Dicendum, de morte corporali Chriſti contriſtatos fuiſſe, & diſcipulos, & mulieres, quibus Chriſtus dixit Lucæ. 23. Nolite flere ſuper me: At non triſtitia de perditione hominũ, qua Chriſtus affictabatur: Niſi per tropum dictum ſit: Nullum fuiſſe qui contriſtaretur, quia pauci admodum, iiq; ex amicis, ex inimicis vero, nullus: Nam & principes, & populus, & prætereũtes blaſphemabant eum. Marc.14.20. Luc.22.45 Ioã.16.20. Ps.68.21.

3 INSVPER Marcus ait cap.16. quod Chriſt⁹ ſedet à dextris Dei. Stephanus actorum.7. Video, inquit, cælos apertos, & Ieſum ſtantem à dextris Dei. At dicitur ſedere, quaſi in maieſtate iudicis: ſtare vero, quia ad conferendum nobis auxilium, ſicut illic in ſuo agone martyrij Stephano, præſto eſt. Marci.16.19.

## EX LVCA.

1 IAM ex Luca cap.1. Erãt iuſti ambo ante Deum, ſcilicet, Zacha- Cõcordat

Lucas cum cæteris. Luc.1.6. ps.142.2.

Zacharias, & Eliſabeth: at pſalmus .142. Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens: Sed bene intellecta non pugnant: Nam Lucas ait, illos iuſtos coram piiſsimo Deo tanquam teſte, qui omnia nouit, & pro ſua miſericordia nos ad iuuat: pſalmus verò ait corā iudice in iuditio inexorabili, qui ſi vellet nobiſcum de rigore iuſtitiæ expoſtulare, cū ipſe ſumma iuſtitia ſit, nos ex noſtra natura imbeciles, & procliues, nō poſſumus comparatione illius iuſti apparere. Tametſi ex diuina gratia, & iuſti, & beatitudine digni ſumus, iuxta Paulū dicētem: Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ.

Luc.1.5. Luc.1.36.

RVRSVS, ibidem ait: Eliſabeth fuiſſe de filiabus Aarō, 2
ſcilicet, de tribu Leui, & paulo poſt, appellat eam cognatā virginis, quæ erat de tribu Iudæ. Non repugnat ſibi: fuit enim virgo Maria de vtraq; tribu, vt fuſius dixim⁹ in cōmētariis. Et libro. 8. harum inſtitutionum cap. 2.

Luc.1.32. ps.110.1.

PRAETEREA, ibidem Chriſtum Dauidis filiū appellat, & regnaturum in ſede Dauid patris ſui, cū pſalmo. 110. Dauid appellet eum Dominū, & non filium. At filius dicitur qua- 3
tenus homo: Sic apoſtolus dixit Rom. 1. Ex ſemine Dauid ſecundum carnem. Tamen quatenus Deus, dominus eius dicitur. Hanc verborum cōtradictionem oppoſuit Dominus phariſæis ad aſſerendam illis ſuam ipſius diuinitatem. Lucæ. 18. Si filius, inquit, Dauidis eſt, quomodo eum in ſpiritu loquens Dominum appellat dicens: Dixit dominus domino meo, ſede à dextris meis?

Luc.1.41. Ioā.7.39.

INSVPER, ibidem dicitur: Ioannes repletus Spiritu ſancto, & Zacharias, & Eliſabeth, & Simeon, cum Ioā- 4
nes capi. 7. dicat: Nondum erat ſpiritus datus, quia Ieſus non dum erat glorificatus. At omnes dicuntur repleri iuxta menſuram gratiæ, & donorum congruentium ſuis officiis, ſuperabundantia vero illa ſpiritus, quam Apoſtoli acceperunt per Spiritum ſanctum in linguis igneis in die Pentecoſtes, non fuit ante Chriſti glorificationem, & aſcenſionem in cælum. Sic enim Chriſtus dicebat: Niſi ego abiero: paracletus non veniet ad vos.

Matth.7.13. Luc.13.24 ps.118.96. Matth.11.30. ps.16.4.

AD hęc Luc.13. dicitur: Anguſta porta, & arcta via, quæ du- 5
cit ad vitā: idem Matth. 7. at ps. 118. Latum mādatū nimis. Ad eundē odū Matth. 11. dicitur: Iugum ſuaue, & onus leue. At ps. 16. Propter verba labiorum tuorum ego cuſtodiui vias duras.

ras.



ras. Veruntamen inchoātibus iuxta carnis fragilitatem, arcta eſt via, anguſta porta, & vię duræ. Viris autem perfectis, & ſpiritualibus valde ſpatioſa eſt via mandatorū, lata, & ampliſsima porta regni cæleſtis, ſuaues viæ, blandū iugum, & onus leue: oīa quippe quātūuis aſpera carni, Dei amore molleſcūt, & dulcia fiūt. Hinc apoſtoli actor. 5. Ibāt gaudētes à cōſpectu cōcilii: quoniā digni habiti ſunt pro nomine Ieſu cōtumeliā pati.

Luc.14.26 Luc.10.27 Exo.20.12

PRAETEREA Lucæ. 14. Dominus ait: Qui non odit
6 patrem, & matrem, & vxorem, non poteſt meus eſſe diſcipulus. At legis pręceptum eſt, exod. 20. & Luc. 10. honorare parentes, & diligere proximos. Et apoſtolus Epheſ. 5. Viri, diligite vxores veſtras. Verum hæc ita conſentiūt, vt qua ratione obſunt viæ Domini, & legis obſeruationi, odio habeamus.

Luc.14.26 ps.10.5.

SIC ibi Lucæ. 14. Qui non odit animā ſuam propter me,
7 non eſt me dignus. Et ps. 10. Qui diligit iniquitatem, odit animam ſuam. At illic odiſſe animā, eſt in hac vita non acquieſcere delitiis, & carnalibus deſideriis, cū eius voluptatibus reluctamur. Qui vero in his acquieſcit, vere odit æternam ſalutē animæ ſuæ, pro futura vita.

## EX IOANNIS.

Confeſſio Ioannis cū reliquis. Ioā.1.21. Matth.11.14.

TANDEM ad Ioan. in cap. 1. pręcurſor ait: Non ſum He-
1 lias: At Matth. 11. redemptor ait: Ipſe eſt Helias, ſed quod Ioānes negat de perſona, Chriſtus affirmat de officio, prædixerat quippe angelus eum venturum in ſpiritu, & virtute Heliæ. Sicut enim Ioannes præuenit primum Chriſti aduentum: ita Helias pręcedet ſecundum.

Ioā.1.21. Matth.11.10.

IBIDEM Ioannes ait. Non ſum propheta: Chriſtus ve-
2 rò appellat eum prophetā, & pluſquam prophetam. Sed Ioānes negabat ſe eſſe prophetam, illum nempe Meſsiam in lege promiſſum: Vel forte ob ſuam humilitatem ſe non reputabat eo nomine dignum. At Chriſtus dixit illū eſſe vere prophetā, cæteris prophetis ſanctiorem, & eo nomine digniorem, quod digito monſtrauerit pręſentē, quē abſentē illi prenūciauerūt.
3 Ibidē agnoſcēs Chriſtū demōſtrauit cæteris: dicēs: Ecce agn⁹ Dei. Et vidit Spūm ſanctū deſcēdētē ſup illū, & vocē patris audiuit. Et tamē Matth. 11. mittit è carcere diſcipulos dicens: Tu es qui venturus es, an alium expectamus?
4 AT HIC NON dubitat, nec interrogat, ſed potius rem confirmat, ac ſi dicat: Tu es ille profecto, & non alius.

4 IOAN.3. Chriſtus ait: Nemo aſcendit in cælum niſi filius hominis, qui deſcendit de cælo. At.4.lib.reg. dicitur: Heliam aſcendiſſe in cælum. Et Ioan.12. Volo vt vbi ego ſum, miniſtri mei ſint mecum. Sed tamen Helias per aerem raptus eſt in locum, quo Deus eum ſeruat: nam cælum ibi pro aere ſumitur. Noſtrum vero nullus aſcenderet, antequam Chriſtus per aſcenſionem ſuam ianuam aperiret, & ſecum deſerret. Quidam ſic interpretantur. nemo aſcendit in cælum, id eſt, nemo nouit res cæleſtes niſi per eum. Id enim ſignificat Ioã.cap. 3. vbi proxime ante ea verba, quę dñs dixit Nicodemo, ait, Si terrena dixi vobis, & non creditis, quomodo ſi dixero cæleſtia credetis?.

Ioan.3.13. 4.reg.2.11 Ioã.12.26 Ioã.3.12.

5 IOAN.5. pater meus vſq; modo operatur, non pugnat cũ illo Gen.2. Requieuit die ſeptimo ab oĩ opere: Nam requieuit à condendis denuo creaturis, verũ nõ ceſſauit ab opere gubernationis, quo regit, & adminiſtrat oĩa. Ibidem.

Ioã.5.17. Gen.2.

6 SI ego teſtimoniũ perhibeo de me ipſo, teſtimoniũ meũ nõ eſt verũ. Et Ioã.8. Et ſi teſtimoniũ perhibeam de me ipſo, teſtimoniũ meũ verum eſt: ad verbũ opparent oĩno pugnãtia, ſed reuera non ſunt: nã prius illud hũc habet ſenſum: Teſtimoniũ meũ apud vos non eſt verũ, qui non creditis mihi veritatẽ dicenti: phariſæi quippe aiebant: Tu de te ipſo teſtimoniũ perhibes: teſtimoniũ tuũ non eſt verũ; quod cũ nihil ſupra hominẽ ſuſpicarentur, teſtimoniũ propriũ ſuſpectũ habebãt. Poſteriꝰ verò intelligitur de veritate teſtimonij in ſe, quod cũ a ſumma veritate procederet, quãquã eſſet pro ſe ipſa, mendoſum eſſe non poterat.

Ioã.5.31. Ioan.8.14.

7 IOAN.6. Chriſtꝰ ait: Caro non prodeſt quicquam, Et ibidem: Caro mea eſt pro mundi vita. Non pugnãt hæc, nã caro noſtra nil prodeſt: Chriſti verò propter vnionẽ ad verbũ Dei, maxime. De illa dixit apoſtolus: Caro, & ſanguis regnũ Dei non poſſidebunt: & Chriſtus Petro: Caro, & ſanguis nõ reuelauit tibi. De hac vero: Niſi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitã in vobis.

Ioan.6.31. Ibid.6.52.

8 IOAN.7. Nondum erat ſpiritus datus: quia Ieſus nondũ erat glorificatus. Non pugnat cum Eſaia. 61. Spiritus Domini ſuper me: Quia licet antiqui patres non fuerint ſine gratia Spiritus ſancti, tamen illa abundantia ſpiritus non fuit data vſq; ad aduentum Spiritus ſancti in linguis igneis ſuper apoſtolos. Præſertim quod illud teſtimonium potius de ſe, quàm de Eſaia Chriſtus interpretatur Luc.4.

Ioan.7.39. Eſai.61.1.



9 IOAN.8. Chriſtus ait: Si quis ſermonem meum ſeruabit, mortem non videbit in æternum: at pſalmus. 88. Quis eſt homo, qui viuit, & non videbit mortem? Et Paulus Hebræ. 11. Statutum eſt omnibus hominibus ſemel mori. At Chriſtus loquebatur de morte ęterna, Dauid, & Paulus de temporali.

Ioã.8.51. Pſ.88.49.

10 IBIDEM Ait Chriſtus: Non quæro gloriam meam, eſt qui quærat, & iudicet, ſcilicet, pater, & Ioann.5. Pater non iudicat quemquam, ſed omne iuditium dedit filio. Non aduerſantur ſibi: Nam pater iuditio diſcretionis diſcernit gloriam filij à Phariſæorum inflatione, & tumore. Sic pſalmus. 42. Iudica me, & diſcerne cauſam meam de gente non ſancta. At iuditium damnationis extremo die futurum dedit filio, vt homo eſt. Ita Ioann.6. Poteſtatem dedit ei iuditium facere, quia filius hominis eſt. Sed de hoc poſtmodum.

Ioã.8.50. Ioã.5.22.

11 IOAN.9. In iuditium veni in mundum. Et Ioann.12 Non veni vt iudicem mundum. Illud de iuditio diſcretionis, quo videntes à cæcis diſcreuit, intelligendum eſt, nam ſubnectit: vt qui non vident, videant, & videntes cæci fiant, id eſt: humiles qui ſuam inſcitiam faſſi, medicum quæſierunt, videre meruerunt: ſuperbi, qui ſe videre putabant de ſua iuſtitia confidentes, cæci eſſe oſtenſi ſunt. Illud verô de iuditio extremo: non enim in primò aduentu ad id venit, ſed ad vocandos peccatores, & quærendas oues perditas, venturus in ſecundo ad iudicandum.

Ioã.9.39. Ioã.12.47.

12 IOAN.10. ait: Alias oues habeo, quas opotet me adducere. Et Matth.15. Non ſum miſſus niſi ad oues, quæ perierunt domus Iſrael. Conſenſio eſt ex eo quod Apoſtolus ait, Romanis ſcribens capit. 15. Dico Chriſtum Ieſum miniſtrum fuiſſe circunciſionis, propter confirmandas promiſſiones patrum, gentes autem ſuper miſericordiam honorare Deum. Itaq; ipſe ſuam præſentiam ſolum exhibuit Iudæis, propter promiſſiones illis factas. Gentes verò adducendas ait per apoſtolos, non ex promiſſionibus, ſed ex Dei magna miſericordia. Hæc ex Hieronymo, Auguſtino, Gregorio, Origene, & maiore ex parte ex Iuniolo, qui ex eis multa mutuauit. Qui plura deſiderat, legat Seraphinum Cumiranum, de conciliatione

Ioã.10.16. Matth.15.24. Rom.15.8.

tione locorum in ſpecie contrariorum.

## Caput. 7. De ſimillimis factis, varia, & permutata ordinis, & temporis narratione ab Euangeliſtis, & qua de cauſa.

SAEPE ſolent Euangeliſtæ eiuſdem hiſtoriæ varias partes narrare: quinimo & diuerſas omnino hiſtorias 1
Diuerſa narrãt euãgeliſtæ.
referre, dum vnus tacet, quod alius proponit. Ob eam rem ſolent ad alia tranſitionem facere, ac ſi nihil eſſet medio in tempore geſtum, cum tamen aliter intelligenda res ſit. Multa namq; per vnum diuinus ſpiritus ſilentio præteriuit, quę per alium explicauit. Marcus enim initium à Ioannis prædicatione ſumpſit, de infantia Chriſti nullum verbum. Matthæus vero, & Lucas diuerſa, de ortu, de adoratione, purificatione, fuga, & alijs inuicem ſuccedentibus retulerunt. In reſurrectione Domini, vnus refert duas mulieres, alius plures ſepulchrum adijſſe, alius Magdalenæ tãtū meminit, nec id veritati obeſt. Sicut nec in referendis Chriſti verbis, vnus enim hæc dixiſſe, alius alia tñ commemorat, & vtraq; dicta eſſe, intelligēdū eſt, Quod & humanis hiſtoriographis eſt frequētiſsimū, nec obid mentitos fuiſſe aſſerimus.

Multa repetũtur ab euãgeliſtis
AD hæc multa dixit Chriſtus, ac prædicauit quaſi iterando ſimilia, vt lamētationes, quibus ſcribas, & phariſæos deplorabat: & ſignum quod replicauit Ionæ, & doctrina de orando 2
Deum, de ferenda cruce, de morte ſua, de cōtemptu ſæculi, de negatione ſui, de proprio amore abijciendo, & alia id genus multa, quæ ob id ſæpius repetiuit, vt altius quaſi Chriſtianæ philoſophiæ cardines mētibus noſtris inſiderent. Vt ſolēt optimi præceptores, concionatoreſq; magis neceſſaria ſæpiꝰ iterare. Ad eundē modū fecit plura diuerſis tēporibꝰ, tamē ſimillima: vt, eiectiones vendētiū, vnã initio prædicationis, alterã prope mortē, quas propemodū, niſi ex diligenti temporis obſeruatione, nemo putaret eſſe diuerſas. Sic ferè eodē dictionis genere, eiſdē rebus adiacentibus, & circūſtãtijs exponūtur. Sic Ioã. 6. narratur miraculū, quo quinq; panibus, & duobus piſcibus ſaturati ſunt quinq; mille hoĩes, quod referunt Mat. h. c. 14. Marc. 6. Luc. 9. Eſt tamen lōge diuerſum ab eo quod refertur Matth. 15. Marc. 8. De vtroq; enim mētio eſt apud Marcū ibidē

Ioã. 16. 5.
Matth. 14. 13.
Marc. 6. 32
Luc. 9. 10.
Matth. 15. 34.
Marc. 8. 5.
Ibidē. 19.



ibidē paulo poſt etiam diuerſa narrat. Plura alia prætereo, ne breuitatis metam excedere videar. Nãq;.

*Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines,*
*Quos vltrà, citraque nequit conſiſtere rectum.*

Ordo dicēdorum permutatur.
3 Diuerſo etiã ordine narrant euangeliſtæ, interim præoccupãdo, interim recolendo, prout ab Spiritu ſancto ducti ſunt, qui ad noſtrã vtilitatē ſic eorū memorię ſuggerebat. Locus mihi ſe offert, iſq; aptiſsimus, in huius rei confirmationē, de occiſione Baptiſtę, quã per recordationē vbiq; poſitã legimꝰ. Cū primū ſe obtulit de Ioãne mentio multis diebus poſt mortē illius: lege apud euãgeliſtas interfectionē eius. Cur autē diuinus ſpiritus tēporis rationē ſeruari noluerit, ipſe ſolus nouit, qui fecit: dicit enim propheta: Nimis profundę factæ ſunt cogitationes tuæ, vir inſipiens non cognoſcet, & ſtultus non intelliget Pſ. 91. 6.
hæc. Fortaſſe vt per ea, quæ prima frōte apparēt cōtraria, multi exercerentur in diuinis, & laborandi in eis daretur occaſio, quo magis veritas eluceſceret. Vel certe, vt ſermonis pſpicuitas rerū altitudine, ſententiarū profunditate, ordinis, & tēporis pmutatione cōpenſaretur: vtq; impijs hæreticis, ac ſceleratis hominibꝰ ſuã ob culpã eſſet, iuxta Simeonis vaticiniū, Eſaiæ oraculū, & Pauli doctrinam, in ruinam, & petram ſcãdali. Ita in fide probatj, fideles, & pij manifeſti fiunt.

## Caput. 8. De euangeliſtarum ſtylo, lingua, & ſingulorum idiomate.

Cur facilis euãgeliſtarum ſtylus
1 QVANq̃ facili, ac perpicuo ſtylo ab omnibus euãgeliſtis conſcriptum eſt euangelium: vt in hiſtoriæ narratione omnibus eſſet obuiū, quod eſt pro ſalute omniū inſtitutū: Non caret tamē multis difficultatibꝰ, quæ obſcurã ſententiã reddūt, & ſanctorū expoſitione indigēt. Cū enim Dei filiꝰ i terrã ſub hominis forma deſcēderit, vt virtutes ſeminaret, extirparet radicitus vitia, & penitus aboleret, iuſtitiã doceret homines, morū pręceptis inſtrueret, doctrinis cæleſtibus imbueret, magiſterio fungeretur, quo lapſos in mortē reuocaret ad vitam: ſumme decens fuit, vt tanti Dei mira doctrina eſſet mortalibus quibuſlibet in cortice literæ quam planiſſima. Vt enim orationis virtꝰ eſt pſpicuitas: ita ſi ad eiꝰ intelligētiã quoad hiſtoriæ narrationē, & rerū decurſū diuinatione


ſit

ſit opus vitium erit obſcuritas. Verum quia in ſenſibus multa
difficilia occurrunt: ſubinde in Euangeliorum doctrina pa-
trum interpretationes ſunt quidem ſummopere neceſſariȩ: li-
cet ſimplicisſimus hiſtoriæ decurſus, & literæ cortex in Euan-
gelica narratione, & Apoſtolorum actis facilis ſit, apertus, &
planus, pluſquam in cæteris noui teſtamenti voluminibus.

Multa difficilia in euāgeliorū hiſtoria.

AD HAEC præter miſteriorum abyſſum, ſanctorum 3
fidei dogmatum traditionem, Deum immenſum, in ipſa quo-
q; litera quot difficultates emergunt? quot quæſtiones inſur-
gunt? quot ſenſus ſe offerunt? quot apparent contradictiones
Ps. 18.18. niſi multa cū prudentia legeris? Reuela, inquit regiꝰ vates, ocu
los meos, & cōſiderabo mirabilia de lege tua, non cȩlitꝰ dimiſ
ſum intelligendi lumen requiſiturꝰ, niſi opus eſſet pro arcanis
literis capeſſendis. Et in prouerbijs Solomon: tanquā argentū
Prouerb. 16.16 quȩre ſapientiā: & tanquam aurū perſcrutare. Ad quod dn̄s al
luſit, cum in Euāgelio dicebat: Scrutamini ſcripturas, quod nō
Ioā. 5.39. vtiq; dixiſſet ſi perfacile, & prima tantum lectione omnia quȩ
in eis traduntur, haberentur. Quod enim in promptu eſt ſcru-
tinio non indiget: ſed ſi latet. Proinde theſaurum in agro abſ-
conditum, ſcripturas appellauit, vt ad eorum inquiſitionem
tanti theſauri cupiditate ſegnitiem noſtram excuteret, & a-
nimos excitaret. Dum autem dixit, in campo abſconſum,
planitiem literæ nobis appoſuit, & facilem aditum indica-
uit. Erat Chriſtus lux vera, quæ in mundum venit illumi-
naturus omnes in orbe natos, & accenſurus in eis fidei, & do
ctrinæ lucernas, et eas ſuper mentium prudentum candela
bra poſiturus: quomodo ergo Euangelicam lucem ſub tene-
brarum, & obſcuritatum modio collocaret? Nequaquam.
Sed quemadmodum in epiſtolis Pauli paſsim occurrunt mul-
2. Pet. 3.16. ta difficilia, quæ perditi homines ad ſuam ipſorū perditionem
corrupunt, & deprauant, vt Petrus ait: ita quoque interim
non nulla in euangelijs ſe offerunt, quæ expoſitione opus ha
bent.

Singulorū euāgeliſtarum ſtilus.

ERGO BREVIBVS periodis, ijſq; facilimis ſuam
texunt hiſtoriam diuini hiſtoriographi: Matthæus quidem 4
hebraice, ſicut Paulus hȩbreis, teſte Hieronymo, qui ſe vidiſ-
ſe, ac legiſſe refert, quanquam de Euangelio Nazarenorum,
& Hebionitarum, quod Matthæi autenticum appellabant,
loqui videtur. Sed de hac re libro. 5. in vitam Matthæi latius
dicemus



dicemus. Græcum autem Matthæi Euangelium, aut ipſe ex
ſuo Hebræo trāſtulit, vt quibuſdam placet, aut certe Ioannes E
uangeliſta, ſi Theophilacto in præfatione ad Matthæum, &
ibidem Eraſmo credimus. Cæteri Euangeliſtæ proculdubio
Græce ſcripſerunt, quæ erat eo tempore communis, & vulga-
tiſsima lingua: vt ſicut Matthæus primum ſub Caligula in Iu-
dæa ſuis, qui ex iudaiſmo crediderant: ita poſt eum cæteri om
nibus orbis gentibus euangelicam doctrinam literis tradide-
runt. Marcus quidem Romæ ſub Nerone, paulo poſt eum
Lucas in Achaia. Tandem Ephiſi ſub Nerua Ioannes, poſt
à ſe conditam Apocalypſim, & aliorum trium perlecta euan-
gelia. Vnde temporis, & paſchatum ordinem, & geſta in
primo prædicationis anno, priuſquam præcurſor clauderetur
in carcere, ab alijs prætermiſſa curioſius appoſuit.

Euangeliſtarum veritas authoritas, & typus.

4 OMNIBVS EADEM communis veritas, & au-
thoritas: veruntamen pro cuiuſq; ingenio, varius dicendi
ſtylus, & cuiq; ſermonis proprietas. Non ſecus ac ſcriba di
uerſis calamis varia depingit elementa, eiuſdem tamen au-
thoritatis: Sic Spiritus ſanctus, pro dicentis natura, ſuum
cuiq; attemperauit ſermonem. Mattheo quidem ſermo fu-
ſior eſt, & moralis doctrinæ copioſior. Marco contractior,
& rerum geſtarum exquiſitior: Lucæ Grȩcanicæ literaturæ
proprior, purior, ac verborum ſelectior: rerum, & doctri-
næ medius incedit. Ioannes profunditate ſententiarum al-
tior, & explicandæ diuinitatis curioſior. Hinc apud Eze-
chielem Mattheo facies hominis, quod de humana Chriſti Ezech. 1.10
natura initio diſſerat: Marco Leonis, quod a voce clamàn-
tis in deſerto, quaſi Leonis in eremo rugientis, incipiat: Lu-
cæ vituli, quod à ſacrificio Zachariæ, & ſacerdotio, cuius mu
nus erat eiuſmodi animalia ſacrificare. Ioanni Aquilæ, quod
vt illa lumen ſolis intuetur: ita hic diuinitatis ſplendorem, &
lucem in principio æternitatis enarrat. Sic etiam in Apocaly Apoca. 4.7
pſi, eiſdem quatuor faciebus deſcribuntur. In Geneſi qua- Gen̄. 2.10.
tuor fluminum typo, quibus orbis terræ irriguus, & fæcundus
erat: Et in lege quatuor lignis, & annulis, quibus teſtamenti Exo. 25.26
area circunferebatur. Ergo Chriſti naturam humanā, prȩdica-
tionem, ſacrificium, & diuinitatem explicant, & inſtar qua-
tuor fluminum, qui à Dei ſapientiæ fonte decurrunt, diuina
pro-

propinantes pocula, mundi ſitim extingunt. In modum circũ
lorum vnde quaq; perfecti arcam Dei ferunt nobis fidelibus,
intus Chriſtum, illiuſq; doctrinam quaſi manna, legem & Dei,
virtutem mirabilia facientem, mira quadam ſuauitate dunun-
tiant. Ad hos fontes, ad hanc diuinitatis arcam (ſi famem & ſi
Ps. 33. 6. tim ſedere cupimus) accedamus. Clamat enim propheta: Acce
dite ad eum, & illuminamini. Et: Guſtate, & videte quam ſua-
uis eſt dominus: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua ſuper
mel ori meo. Dulciora plane ſuper mel, & fauum: Deſiderabi-
lia ſuper aurum, & lapidem pretioſum multum.

## Caput. 9. Quod hebraica lingua ominum pri *ma ſit: eadem vetus Caldæa, & aliarum mater.*

Quę lingua ãte turrim babylonis, & cur poſt ea dicta hebraica.

DIVVS Hieronymus comment. In primum Danie 1
lis, & in tertium Sophoniæ caput, linguam Hebræam
omnium aliarum eſſe matricem, atq; parentẽ conſtan
ter affirmat. Cui Auguſtinus ſubſcribit, lib. 16. de ciuitate Dei
caput. 11. magna quidem ratione ducti, vt decet grauiſsimos,
& ſapientiſsimos patres. Cum enim ante linguarum confuſ-
ſionem, quæ apud Babylonem facta eſt, vna eſſet omnium
gentium lingua, quam in plures fuiſſe multiplicatam, in ſu-
Geñ. 11. 7. perbi ędificij pœnam, ſcriptura commemorat: vt qui diui-
næ voluntatis placita reſpuerent, ſua ipſorum loquela con-
funderentur, ab inceptoq; deſiſterent, & ſe ipſos ignora-
rent, qui Deum intelligere noluerunt. Non defuerunt pij
inter impios, quos ſolet ſibi dominus, quaſi inter ſpinas li-
lia, ſeruare, qui in tantum nefas non inciderunt, quos ab il-
Geñ. 10. 25. lius pœna iure remanſiſſe liberos, non immerito credendum
eſt. Hic fuit Heber abnepos Sem primogeniti Noe, qui ad
huc viuebat cum ipſius filio Phaleg: hic ab ea linguarum diui
ſione ſortitus eſt nomen, in cuius poſteris, vſque ad Habra-
hamum, eadem integra, & in corrupta permanſit. Ab He
ber appellata eſt Hebræa, quod in domo illius remaneret ad
aliarum diſtinctionem: nam primitus humana lingua, ſine a-
lio peculiari nomine appellabatur. Ergo cum mutatione
linguarum aliæ gentes plecterentur, ad domum Heber non
peruenit tale ſupplitium.

Accedit



ACCEDIT PHILONIS Iudæi authoritas, qui
2 Hebræorum linguam arbitratur eſſe veterem primã Chal- Hebraica & chaldaica vetus eadem.
daicam, eoquod Abrahamus, à quo in poſteros transfuſſa
eſt, à Chaldæa primum egreſſus ex parentibus, acceptam lo-
quelam in Paleſtinam aduexerit. Fuerunt enim Heber, Phe-
leg, & alij Abrahæ progenitores in Chaldæa, donec ipſe
Dei iuſſu in terram Chananęorum deſcendit, vt legi-
mus Geneſ. 12. Sed vt fieri ſolet, vicinarum gentium com-
mercio, & vulgi barbarie apud Chaldæos corrupta, in ſolis Geñ. 11. 31.
Patriarchis, eorumq; ſucceſſoribus vſq; ad Moſem, qui li- Geñ. 12. 1.
bros legis literis exarauit, integra, ac pura, non ſine Dei
ſumma prouidentia, vt in ea nobis arcana fidei miſteria, &
prophetarum oracula reconderentur, ſeruata eſt, & vſq; ad
captiuitatem Babylonicam permanſit Iudæorũ etiam in ple
be: ſed Chaldęorum communione in linguæ eorum corrup-
tionem degenerauit. Vnde poſt reditum è captiuitate ſemi
Chaldaice loquebantur Hebręi, vt apparet ex peculiari-
bꝰ vocibꝰ Golgotha, Gabbatha, Acheldemach, & alijs, quas E-
uangeliſtę reliquerunt. Igitur Eſdras libros ſacros à Chaldęis
fere cõbuſtos, Hebraicæ linguę primeuę ſtylo cõſcripſit, & cha Eſdras.
racteribus forte diuerſis reſtituit: vt Hieronymus ait, quos pro
diuina ſcriptura veneramur, vt par eſt. Hinc vt veteris, & Iudæi.
iam abolitæ legis teſtimonio nobis ſint, inter Iudæos eiuſdem
tenaciſsimos permanent, qui nobis, vel inuiti, ſcripturarum
oracula ſeruant, ipſis pereuntibus ad noſtram fidelium ſalutẽ.
Non ſecus ac lucerna, in qua ignis eſt, quæ dum alijs lucet, ſe ip
ſam conſummit, & exterminat.

AB ORBE igitur condito, linguam hanc in vſu fuiſſe,
3 & multo ante Moſem ſuos Characteres habuiſſe, teſtatur Au- Lingua hebraica ab orbe condito.
guſtinus lib. 18. de ciuitate Dei cap. 39. tametſi (vt diximus)
in certum ſit, fuerint ne hi, quibus nunc vtimur, an alij, quos
amiſſos non nulli arbitrantur, aut fortè in vſu Syris: hos ve-
ro, quos habemus ab Eſdra repertos, conſonantium ſcili-
cet abſque vocalibus; quarum loco poſt Chriſti ortum plu-
ribus annis, Rabbini puncta ſuppoſuerunt. Ergo non glo
rientur AEgiptij de ſua vetuſtiſsima antiquitate, & Philo-
ſophia, cum poſt aduentum Iſraelis in AEgiptum, literas, Ægiptij.
& doctrinam habere cæperint, Aſtrologiam primum, dein-
de Philoſophiam; quarum primus apud eos inuentor, vt ab

Hebræis

vt ab Hebræis didicerat, Iſis fuit. Poſt quem magnus aſtrologus Athlas, tempore Moſis, qui fuit maternus auus Mercurij maioris, cuius nepos fuit Mercurius alter, cognomento Triſmegiſtus. De qua re Auguſtinus Eugubinus, & Sancteſpaninus copioſe diſſeruerunt. Ante Chriſti vero aduentum in carnem pluribus quidem annis ſcripſit ſimpliciſsimam paraphraſin Rabbi Ionathas, quam targum appellauit, literis, & verbis Chaldaicis vulgaribus, quæ ad noſtræ fidei miſteria confirmanda, plurimùm valent. Verum de antiquitate Hebraicæ, & Chaldaicæ linguæ hæc ſatis ſint. An vero ſit illius cognitio neceſſaria, ſeu vtilis ad ſacrarum literarum intelligẽtiam, iam nunc dicendum eſt.

## Caput. 10. An ſit neceſſaria linguarum Hebraicæ, *Chaldaicæ, & Græcæ cognitio ad exactam ſcripturæ intelligentiam.*

Prima vtilitas ex linguarũ vſu

SEnſus catholicus à vulgata latina editione recte exprimitur, in qua propria nomina ad cõſuetudinem latini ſermonis accõmodantur. Ad illius tamen explicationem, & alias latinas interpretationes, quas eccleſia probat, trium linguarum notitiam quandam habere pro exactiſsima ſcripturarum intelligentia, & ſignificationis dictionum origine, quàm ſit, non dico prorſus neceſſarium, at vtile, & cõmodũ vel eo maximè conſtat, quod in eis primum conſcriptæ per varios interpretes, in alias linguas transfuſæ ſunt. Interpretum autem verba non plenè ſenſus omnes originis euacuant. Cum enim verba Hebraica, ob penuriam eorum, multiplices habeant ſignificationes, quarum vnam tantum poteſt verſio transferre: conſequens eſt vt ignorantibus eam linguam, cætera ſignificata neſcire ſit neceſſe, Exempli gratia: Initio

Gen.1.

ſanctæ ſcripturæ, primum verbum occurrit, Bereſith: quod duplicem habet ſignificationem: in principio, & , in capite. Iuxta primam, ſenſus eſt, initio temporis creatum eſſe cælum, & terram. Iuxta ſecundam, longè diuerſus, quaſi recapitulando: in ſumma, inquit, creauit cælum, & terram, id eſt, omnia. Hilarius tertiam addit, nẽpe, in filio: qui eſt principium, iuxta illud Ioannis: Principium quod loquor vobis.

vt



vt per filium crearet deus pater omnia, iuxta Paulum, per quẽ fecit & ſæcula. Sed hæc potius ſententiæ interpretatio, quam verbi ſignificatio eſt, Porrò qui ignorauerit geminam ſignificationem dictionis. Ros, vnico illo priori ſenſu contentus erit, aliũ non rimabitur. Quinimo decipi poterit, vt Hieronymus annotauit in quæſtionibus Hebraicis, exiſtimans tertium Hilarij ſenſum eſſe literalem. Ita quoq; Ambroſius in Pſalmum ſecũdum. Alterum exemplum eſt pſal. 2. vbi Hebraicè legimus.

Pſal.1.

Arſe is. Beatitudines viri: & quoniam carent Hebræi adiectiuis, ex eorum phraſi tantundem eſt, ac beatus vir. Non dixit autem: beatitudo viri, ſed beatitudines in plurali, tum ex linguæ conſuetudine, vt latinis diuitiæ, tenebrę, tum vt cumulus virtutum, quib⁹ fęlicitas comparatur, & præmiorum, quibus fruitur, explicaretur. Atq; hunc ſenſum veriſsime exprimit editio vulgata. Alius eſſe poteſt, vt quaſi in ſumma, & per compendium proponatur in hoc primo pſalmo aliorum omnium ſcopus, ſcilicet, beatitudines viri iuſti, virtutes, & merita huius vitæ, & æternæ fælicitatis præmia. Tertium exemplum ſit ex pſ. 2. vbi nos legimus: Apprehendite diſciplinam, hebraice eſt. Naſqueſu: quod eſt, adorare, oſculari, & capere, ſeu deſiderare, &, Bar: quod & filium, & pure, ſeu purum ſignificat. Hinc triplex ſenſus, primus, oſculamini filium, ſeu adorate, idem enim eſt: nam oſculo manuum, aut pedum adoratio fit. Vnde Iob. 31. Si vidi ſolem cum fulgeret, & lunam incedentem clare, & oſculatus ſum manum meam. i. adoraui, vt ſenſus ſit, adorate, ſeu recipite Meſsiam Chriſtũ domini, de quo Paulo ante dixerat: Filius meus es tu ego hodie genui te. Quinimo & de Dauide etiam intelligi poteſt, vt in principem ſuſciperẽt quem tanquam filium, in regem vnctum Deus elegerat ſuper Sion, & Hieruſalem, vt ibidem pręmiſerat. Alter ſenſus eſt: adorate pure: ideſt, ſuſcipite, & veneramini illum puro, & ſincero corde, ſine fuco, ſimulatione, & hypocriſi. Ad quod alluſiſſe videtur Dominus per Eſaiam dicens: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe eſt à me. Vtrumq; ſenſum ſecutus eſt Hieronymus ad literam. Tertius eſt, vt verſiculi pręcedentis: Erudimini, qui iudicatis terram, repetitio ſit. Apprehendite purum, ideſt, diſciplinam, eſt namque eruditio, & diſciplina quædam animi puritas, & mundities ab erroribus. Ita Chaldæus interpres, quem ſecuti ſunt ſeptuaginta, & noſtra

Iob.31.27.

Eſay.29.13

ſtra editio vulgata latina. Verum qui Hebraice, Chaldaiceq; non nouerit, duos priores ſenſus ignorabit. At dices indicauit Hieronymus, fateor, quod ſi Hieronymus, aut prior alius linguarum peritiam non haberet, ſenſus hos non eſſet aſſecutus, nec nos vtique doceret illos. Ergo ſi non peritia, quam ille habuit, ſaltem qualis qualis notitia in nobis requirenda eſt. Quem locum tractans ipſe Hieronymus lib. 1. apologiæ aduerſus Rufinum ait: niſi prolixum eſſet, & gloriolam redoleret, iam nunc tibi oſtenderem, quid vtilitatis habeat magiſtrorum limina terere, & artem ab artificibus diſcere, & videres, quanta ſilua ſit apud Hebræos ambiguorum nominum, atq; verborum. Quæ res diuerſæ interpretationi materiam præbuit, dum vnuſquiſque inter dubia, quod ſibi cõſequẽtius videtur hoc trãsfert. atq; hæc de pluribus eiuſdem vocis ſignificationibus.

Secunda vtilitas linguarum. Iſay.5.7.

DEINDE VERBORVM alluſiones non ſatis habentur ſine aliqua linguæ cognitione. 2 Eſai.5. legimus. Expectaui vt faceret iuditium, & ecce iniquitas, iuſtitam, & ecce clomor. Cum Hebraicæ voces habeant elegantiſsimam colluſionem, ac ſi nos diceremus, pro æquitate iniquitatem reddiderunt, pro iuſtitia iniuſtitiam. Sic quoq; Hieremi. 1. vbi rogatus Propheta à Domino, quid videret: virgam ſoqued, ideſt amigdalinam, reſpondit. Sed quia eadem vox Hebraice ſignificat etiam vigilantem, verbi alluſione vſus eſt dominus, ſubdens: Bene vidiſti, quia vigilabo ego. Quod ſi interpres trãſtuliſſet, virgàm amigdalinam, vt ſeptuaginta effecerunt, non remaneret alluſio verborum. Quod Hieronymus annotauit comment. in hunc locum: & Hierem. 21. & in 12. Eccleſiaſtes.

Hiere.1.11.

Tertia vtilitas linguarum.

INSVPER MVLTOTIES accidit plures ſenſus venari, immo vero & conciliationem locorum in ſpecie contrariorum ex varia punctatione. 3 Nam Hebraicæ literæ ex ſua prima inſtitutione conſonantes dumtaxat ſunt ſine vocalibus: verum Rabbini Babylonici pluribus annis poſt Chriſti ortum puncta, ſeu motiones pro vocalibus ſupoſuerunt: vnde fit vt eadem dictio cum poſsit plures punctationes recipere, plura habuerit ſignificata ante punctationem, quam poſtea. Per puncta quippe addita, contracta eſt vel ad vnam, vel aut pauciores. Verbi gratia: In pſalmi quar-

epigraphe



epigraphe, & in pluribus pſalmorum titulis occurrant quædam vnius dictionis conſonantes, quas editio vulgata ibi vertit, in finem, cum alias vertat, victori, rationem ignorabis, niſi tantillum Hebraicæ literaturę intelligas. Ergo non quod illa dictio vtrunq; ſignificat Hebræis poſt punctationem, ſed quod ante illam potuit diuerſas motiones recipere, iuxta vnam ſonat lamnazeah, ideſt, ad victoriam, ſeu victori. Sic Hieronymus ibi ad veritatem Hebraicam iuxta aliam lenezah, ex puncto.m. hoc eſt in æternum, ſeu in finem: Sic ſeptuaginta, & ipſemet Hieronymus in editione vulgata. Vnde apparet liquido, quam ſit fœcunda in ſenſibus Hebraica lingua, ac ſubinde ſacra ſcriptura, cum per eam nobis tradita ſit: quamque ſit vtile, ad exactam ſenſuum notitiam habendam, vel tantillum illius deguſtare. Sic etiam in latinis editionibus ex varia punctatione varius ſenſus, immo interim hæreticus oritur, vt Ioannis. 1. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, hoc erat in principio apud Deum. Arriani negantes verbi diuinitatem ſic diſtinguebant. Deus erat, illic colon: deinde, verbum hoc erat apud Deum: Sed Auguſtinus deprehendit hæreticam diſtinctionem. Sic Item paulo poſt: Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil: vt communis habetur punctatio in editione noſtra. At Græcis ſecus: Sine ipſo factum eſt nihil quod factum eſt, illic periodus. Sequitur: In ipſo vita erat, ſed vtraque catholica diſtinctio. Et tandem vbicunque verbum ad pręcedentia, & ad ſequentia referri poteſt, niſi ex ipſis originibus quis germanus literæ ſenſus ſit, ęgre dignoſcitur.

4 PRAETEREA PLVRES dictiones ſunt, quæ emphaſim habent, aut aliquam innatam proprietatem apud Hebræos, Chaldæos, & Græcos, quos latinus ſermo abſq; ambagibꝰ exprimere non põt, quas plures animaduertit Hieronymꝰ in quęſtionibꝰ Hebraicis, & lib. 1. aduerſus Iouinianũ & paſsim in cõmentarijs. Hilariꝰ etiã in expoſitione pſalmorũ, Ambroſius cõmentarijs in pſalmum. 118. Quod latinus ſermo Hebraici, aut Græci vim, & proprietatem in omnibus reddere non valeat: quia maior in illis vis eſt, aut pompa ſermonis. Sic pſalmo primo vbi nos legimus: Non ſic impij, ſed tanquã puluis: Verbum Hebraicum: Camoz: quod Hiſpani corrupta

Quarta ge litas linguarum.

Ps.1.4.

voce

voce appellant, Zamo: non quemuis puluerem, vt terræ, are
næuè ſignificat: ſed illum, qui ex folliculis, & in tegumẽto gra-
norum tritici, dum atteritur, reſultat, qui omnium leuiſsimus
eſt: quò magis impiorum leuitatem, & animi inconſtantiã no-
Marc. 6. 46.
tat. Sic Marci, 6. vbi nos legimus: Cum dimiſiſſet eos: Græcis
eſt, benigne, & gratioſè dimittere, vt fieri ſolet poſt conuiuiũ,
cum amicis vale dicimus. Sic illud Pauli ad Epheſios. 1. a con-
Ephe. 1. 4.
ſtitutione mundi: verbum Græcum deſignat, videlicet, exor-
dium fundamenti, cum deorſum iacitur, quod vno verbo red
di nõ potuit. De quo latius ibidem in cõmẽtarijs Hieronym⁹.

Quinta vtilitas linguarum.
AMPLIVS quamplurima ſunt eloquia, quaſi ſententię 5
vulgares, & prouerbia linguarum originalium, ita propria, vt
in alias tranſire non poſsint, quæ plenè aſſequi non valebis, ni
2. reg. 25. 22
ſi in origine agnoueris. Sic illud. 2. reg. 25. Non relinquam vſq;
mane mingentem ad parietem, id eſt, homines robuſtioris ęta
Hen. 19. 17
tis. Et illud Geneſis. 19. Ne reſpicias poſt tergum. Et illud. 4.
reg. Lucæ. 10. repetitum. Neminem ſalutaueritis per viam: qui
4. reg. 4. 29.
bus maxima celeritas abſq; mora prouerbialiter ſignificatur.
Luc. 10. 4.
Vnde Hiſpanè: No ſeas oydo ni viſto. Item illud: habenti dabi
Matthę. 13. 12.
tur: ab eo autẽ, qui non habet, & quod habet, auferetur ab eo.
Vnde Hiſpanè: Al rico todos le dan, al pobre aun lo que tie-
Ecclesi. 37. 9.
ne le quitan. Et apud Eccleſiaſticum de conſiliario infido, &
traditore dicitur. A conſiliario ſerua animam tuam, ne forte
mittat ſudem in terra, & dicat: bona eſt via tua. Vnde Hiſpa-
nè. Habla os bien, y coge piedras: enlazaros quiere. Et innume
ra alia, quę videre licet in prouerbijs Solomonis, de quibus
Hieronymus in capite vltim. Eccleſiaſtes. Prouerbiorum (in
quit) liber non vt quidam arbitrantur, patentia habet præcep
ta, ſed quaſi in terra aurum, in nuce nucleus, in hirſutis caſta-
nearum operculis abſconditus fructus inquiritur, ita in eis di-
uinum ſenſum altius perſcrutandum.

Sexta vtilitas linguarum.
RVRSVS, Multa verba non interpretata, tum He- 6
braica, tum Chaldaica, tum etiam Græca in ſacris libris inue-
nimus, vt, Amen, alleluya, racha, oſiahna, ſiue oſanna, mãmo-
na, ſicera, Cephas, Bariona, acheldemach, golgotha, gabbatha,
manaratha, ſelah, rabbi, rabboni, corban, Bethſaida, Geneſa-
ret, boanerges, ephpheta, eli, eloi: Tum etiam Græca, vt, ana
thema, peripſema, ſcandala, qujnimo, & ipſum Euangelij no-
men, & innumera alia, quæ vel propter ſanctiorem vetuſta-
tem,



tem, vel quia congrue in aliam linguam tranſire nõ potuerũt,
abſq; tranſlatione ſeruata ſunt. Ad quorum perfectum intel-
lectum, linguarum Hebraicæ, Chaldaicæ, & Grecæ, vel mini-
ma cognitio, niſi ab alijs mendicare velis, eſt quàm vtilis, & cõ
moda. At dices: Docuerunt nos hæc omnia veteres. Non infi-
cior: verum niſi & priores nouiſſent horum, & ſimilium ver-
borum ſignificatus ex natiua linguarum proprietate, quas cal
lebant: nec illi nos docere, nec nos ab eis diſcere poſſemus.
Modo vt ab ipſis edocti ſumus, nõ tam integra, ſed quædã te-
nus, ſaltim imperfecta, requirenda eſt, ne in minimis turpis ſit
lapſus, qui ſolet obſcurare maiora. Hanc rationẽ longius perſe
cutus eſt Hieronymus in epiſtola ad Marcellam, & in alia ad
Damaſum, in qua notat Hilarium, ꝙ ob Hebraicæ linguæ im-
peritiam, male ſit interpretatus verbum, Oſanna. Et Auguſti-
nus lib. 18. de ciuitate Dei cap. 11.

Septima vtilitas linguarum.
ITEM multoties amphibolus ſermo, vt in omnibus lin-
7 guis, ita in noſtris editionibus occurrit: cuius liquidus intelle-
ctus, ex linguarũ præſertim originaliũ cognitione clareſcit,
Matth. 11. 6.
Auguſtino item teſte libro. 18. de ciuitate Dei cap. 11. Sic illud
Matthæ. 11. Pauperes euangelizantur: cuius duplex ſenſus eſt:
Primus quòd apoſtoli pauperes bonũ nũtium mũdo afferrẽt,
ſcilicet, diuitibus, & legis doctoribus, contra q̃ accidit in mun
di principatibus, vbi diuites ſunt, qui primo cognoſcunt ſecre
ta regum, & bona nuntia, & per eos ad pauperes deriuantur.
At in regno Chriſti non ita, ſed contemptibilia mundi elegit
Deus, qui euangelium ſuum deferrent coram regibus, & prin
cipibus terræ. Aliter pauperes accipiunt bonum nuntium, ſeu
pauperibus euangelizatur, ideſt, affertur bonum nuntium,
Ad Titũ. 3. 10.
iuxta illud: Euangelizare pauperibus miſit me. Sic per amphi-
bologiam ſermonis apoſtolus ait: Hæreticum hominem deui
ta, quibus verbis vitandum eſſe ait. Quidam exponit, deui-
Matth. 16. 14.
ta tollendum, quod tametſi monet ſalubriter & veriſsime,
non ad verbi expoſitionem. Sic filius hominis exponitur à
pluribus: filius virginis, quòd verbum homo apud latinos
communis generis ſit. At Græcis articulus additus gignen-
di caſui amphibologiam tollit, vt filius viri, ideſt, Adam in-
telligatur, ſcilicet, verus homo factus pro nobis. Tametſi in-
terdum filius hominis abiectum ſignificat, & contemptibi-
lem, pręſertim cum opponitur filijs viri: vt in pſalm. 48. hæ



braicę:

braicæ: Audite omnes gentes: tam filij hominum, quam fi-
lij viri, ſequitur explanatio: ſimul in vnum diues, & pau-
per. Et in pſalm. 10. Oculi eius in pauperem reſpiciunt: & ſe-
Pſ.10.4. quitur eiuſdem repetitio: & palpebræ eius interrogant filios
Luc.21.41. hominum. Sic etiam Lucæ. 11. Quod ſupereſt date eleemo-
ſynam, poteſt latinè plures intellectus habere, ſcilicet, quod
reſtat faciendum, vel quod ſuperfluit. Ita Beda commen-
tarijs in hunc locum, & Gregorius in epiſtola ad Auguſti-
num Anglorum Epiſcopum, & refertur. 12. queſt. cap. Quia
tua: quos ſequitur diuus Thomas. At Græcè habetur, ex his
quæ ſunt vobis date eleemoſinam, vt ex alienis dare non
approbet. Ita Theophilactus commentarijs in hunc locum.
Cyrillus, ſeu magis Origenes, libro ſecũdo in Leuiticum. Au
guſtinus in pſalmum. 125. & Chriſoſtomus homil. 33. ad po-
pulum Anthiochenum, & homilia. 9. in epiſtolã ad Hebræos.

PRAETEREA Hebræorum propria nomina,
quorum ſignificatio ſummopere iuuat, tum ad literam, tum 8
Octauo vtilitas linguarũ. ad miſticos ſcripturæ ſenſus, vt Auguſtinus ait libro ſecun-
do de doctrina Chriſtiana cap. 26. ſine huius linguæ cognitio-
ne intelligi non poſſunt: vt Abram primo apellatus, ideſt,
Gen.17.5. pater excelſus, quod vel ipſius perfectionem, vel locum no-
tat originis: at vbi promiſit illi Deus poſteritatem mul-
tam, immutauit illi nomen Abraham, quod eſt, pater gen-
tium. Sic Deus olim excelſus Dominus reſpiciebat humi-
lia: at vbi cæpit per Euangelium, & mortem filios regene-
rare, pater multarum gentium dictus eſt: illas ergo pro-
prias voces Græci, ac Latini æque tranſcribere non poſ-
ſunt, quôd interdum illis defficiant aſpirationes, & alia He-
bræorũ elementa: vnde & ſignificationes variari neceſſe eſt.
Quinimo ſi aliqua ſemel bene trãſlata fuerunt, tamen ſcriben
tium vitio contigit olim deprauari, & ob nimiam vetuſta-
tem corrumpi, vt Hieronymus atteſtatur commentario in
quadrageſimum Ezechielis caput, quæ & ipſe reſtituit.

DENIQVE cum maiore ex parte typorum excu-
nona vtilitas linguarum. ſores imperiti ſint, eorum imperitia, aut Calchographorum
incuria fit, vt innumera menda codicibus quotidie obre- 9
pant. Ad quorum emendationem plurimum iuuabit lingua-
rum cognitio.

Præterea ad iudicandum, & dignoſcendum varias codicũ 10
lectio-



lectiones quæ paſsim plures occurrunt: vt in Geneſi de Cor- Decima vtilitas linguarum.
uo Hebraice legimus: egrediebatur, & reuertebatur: in noſtra
editione: Egrediebatur, & nõ reuertebatur. Vbi illis deeſt, nõ: Gen.8.7.
quod in noſtris codicibus habetur. Deinde Ioſue. 11. Non fuit
ciuitas, quę ſe non traderet: ſecunda negatio eſt in latinis, & ta
men deeſt Hebręis, & Gręcis, quod ex conſequẽtib9 apparet,
niſi loquatur de ciuitatibus, ad quas Ioſue peruenerat, vt expo
nit Auguſtinus. Item in pſalm. 26. Vt videam voluntatẽ Do- Ioſu.11.19.
mini: pro quo habent Gręci: voluptatẽ, Ad hęc in titulo pſal
mi. 62. Idumea: pro quo Gręci codices, atq; Hebręi habent, Iu
deæ. Præterea in pſal. 65. Exultaui ſub lingua mea: pro quo He Pſ.26.4.
bræi, & Græci: exaltaui. Inſuper pſ. 106. Effuſa eſt intentio ſu-
per principes: vbi Græcis eſt, contemptio: locus deſumptus ex Pſ.62.1.
libro. 12. Effudit, inquit, deſpectionem ſuper principes. Ean- Pſ.1165.17.
dem vocem in pſalm. 122. Vertit interpres, in deſpectionem.
Et Rufinus libro. 8. hiſto. Eccleſiaſ. capit. 1. tranſfert: Effuſa eſt Pſ.106.4.
contumelia, Rurſus pſalm. 197. Interfecta eſt terra à ſanguini- Iob 12. 21.
bus: pro quo Hebræi, & Græci: infecta. In Hebraicis quoque,
& Græcis codicibus ſimilis varietas occurrit. Vt. 2. reg. 21. vox Pſ.122.3.
Michòl: pro, Merob: eſt ſubſtituta à typogrophis Hebræis, vt
apparet liquido ex lib. 1. reg. c. 18. vbi legimus, Merob ex Ha- Pſ 107.39.
driela generaſſe liberos. Et ex. 2. reg. 6. vbi dicitur: Michol nõ
genuiſſe. Deniq; pſ. 131. in quibuſdã Græcis codicibus eſt: Chi- 2.reg.21.8
ra, ideſt, vidua: & ob vocũ affinitatẽ in quibuſdã eſt: thira, ideſt 1 reg.18.19
venatio: vt ait Hierony. in epiſt. ad Sũniã. Et plurima alia quę 2.reg.6.23
ex diuo Hierony. Euſebio, Valla, Eraſmo collegit Cano lib. 2.
de locis. Verũ hæc oĩa ſeruãda ſunt, vt in editione vulgata le- Pſ.131.15.
gũtur: niſi typographorum manifeſtus error appareat. Cętera
diſcutienda ad vetuſtatis, & variæ lectionis intelligentiam.
11 Tãdẽ multa ſũt obſcure reddita, quę linguarũ pſidio clareſcũt: Vndecima vtilitas linguarum.
vt apud Matth. Regnũ cęlorũ vim patitur, & violẽti rapiunt Luc.16.8.
illud: p, vigoroſi & animoſi aſſecũtur illud, Itẽ filij huius ſęculi
prudentiores ſunt filijs lucis: p hebraiſmum poſitum eſt, pru-
dentiores pro aſtutioribus. Nam in prauis non eſt pruden-
tia virtus ſimpliciter; ſed aſtutia. Amplius Ioannis. 4. Erat Ioã.4.46.
quidam Regulus: Græcis eſt baſilicos, ideſt, Regius, ſeu de Ioã.1.27.
de aula Regia. Sic Hieronymus in Eſaiæ caput. 65. Itaque
Regulus, pro: Regalis: Aut interpres legit Baſiliſcos.
Rurſus Ioannis primo. Qui poſt me venturus eſt,

 ante

Acto.27.9 — Ro.12.19. — Apocalyp.1.8.

ante me factus eſt: pro, mihi prælatus eſt. Sic Auguſtinus in Ioannem homil.3.& quæſtio. 51. ſuper numeros. Inſuper Actorum. 27. Non erat tuta nauigatio, eo quod ieiunium iam præterijſſet, pro eo quod vltra tempus ſuſtinuiſſent inediam. Præterea ad Roma.12. Non vos metipſos defendentes, pro: vlciſcentes: ſequitur enim: Mihi vindictam: alioquidefenſio inculpata eſſe poteſt. Deniq; illud Apocalip.1. Ego ſum alpha, & omega, pro eo, quod ſequitur, principium, & finis: quia alpha primum elementum eſt in alphabeto Græcorum, ſicut omega vltimum.

Duodecima linguarum vtilitas.

ATQVE hæc ſatis ſunt ad monſtrandum quam multum iuuabit linguarũ, non ſolũ Hebraicæ, ſed etiam Chaldaicę exacta cognitio: pręſertim ad intelligẽdũ præclariſsimũ illud opꝰ, quod quidem trecentũ annis ante Saluatoris aduentum rabbi Ionathas, tanquam diuino afflatus ſpiritu compoſuit. Vbi ad noſtræ fidei confirmationem in Chaldaicam linguam omnia diuinarum ſcripturarum volumina tranſtulit, quæ interpretatio Ionathæ, Targum appellatur: cuius tanta authoritas eſt, vt quaſi in eo prophetarum ſpiritus fuiſſe recipiatur. 12

Tertia utilitas linguarum.

ADDE quod plures voces Chaldeę frequenter occurrũt in euangelijs: vt erat illis temporibus poſt reditum è Chaldæa Hebraica lingua ſemicorrupta, vt pro: gulgoleth, golgotha: pro, oſiahna, oſanna: pro, eli, eloi: & pro, rabbi, rabboni: pro, betheſda, bethſaida: pro, Cynereth, Geneſareth. 13

Quęſtio de recurſu ad codices.

HINC ſi quam dubitationem circa prædicta attulerat græcorum, aut Latinorum interpretum infinita varietas, ad originem Hæbraicæ veritatis, vbi fuiſſet incorrupta, recurrendum eſſe Hieronymus vbique contendebat, pręſertim in epiſtola ad Sunniam, & Fratellam. Verum quia ea lingua abditiſsima eſt, & difficiles aditus habet, & per quam raro niſi apud pauciſsimos Rabbinorum, à quibus ſummo Iudaicæ perfidiæ labore exactiſsimè comparatur, qui vt ſunt noſtræ religionis infeſtiſsimi hoſtes, & ſuæ perfidiæ tenaciſsimi, poterant deinceps aliqua peruertere, & immutare, ſicut & noſtris hiſce temporibus hæretici in ſuorum errorum patrocinium effecerunt: Proinde iam nunc à patribus Tridentinæ Synodi Sanctiſsime decretum eſt, vt vulgata Latina editio pro authentica habeatur, ita vt ſi Hebræorum, Chaldeorum, aut Græcorum codices impoſterum illi contradicant, 14

Ad editionem vulgatam recurrendũ poſt concilium



cant, id inueteratæ Iudæorum, & hæreticorum perfidię tribuendum, deprauatos, ac falſatos eſſe liquido cognoſcamus. De qua re infra in cap.15. Et in libro de editionum differentia, & in conſenſione diſſeruimus. Vbi ſimul oſtendimus teſtimonia, quæ Chriſtus, & Apoſtoli è veteri teſtamento deſumpta, quaſi noſtræ religionis cardines retulerunt, in Hebræis nunc codicibus ſic haberi, vt ab ipſis relata ſunt. Quam ſententiã, & rationẽ afferunt Origenes, & Hierony. cõmentariis in ſextũ Eſaiæ caput, explanantes illud: Excæca cor populi huius. Quare iam ad abſolutam veritatis confirmationem, ſatis erit ad vulgatam incorruptam editionem recurrere.

Epilogus & 14. vtilitas linguarum.

15 VERVM ad meliorem illius intelligentiam, & perſpicatius dignoſcendos codices incorruptos, diuerſitates interpretũ iudicandas, plures ſenſus rimandos, amphibologiam vitandã, propriorum nominum ethimologiam habendam, & derelictarum nobis vocum interpretationem, & orthographiam aſſequendam: plurimum iuuabit linguarum originalium exacta cognitio. Hinc ab Eccleſia decretum eſt in Clementina .1. de magiſtris, linguas in ſcholis perdiſcendas eſſe, quæ ſola authoritas pro linguarum patrocinio ſatis erat. Maxime quod Hebraicæ linguæ, ſicut & Græcæ paſsim occurrunt idiomata in codicibus noſtris, quæ ſine earum adminiculo facile intelligi non poſſunt. Nam Euangeliſtæ cum eſſent Hebræi, tametſi Gręcę ſcripſerint, Spiritu ſancto ſuauiter diſponente, nec alio cogente, natiuæ linguæ proprietates non exuerunt. Quod in ſequenti capite fit manifeſtum.

## Caput. II. De idiomatibus, ſeu Hebraiſmis, *quæ in quatuor Euangeliſtis paſſim occurrunt.*

Vulgata editio defenditur, & explanatur.

1 NEMO PVTET me vulgatæ editionis interpreti velle ſuggillare, vt quidam hoc tempore petulanter, ac perperam efficere conati ſunt. Non eſt quippe is meus animus, ſed prorſus defendere, & quæ ille ſumma fide, & verborum Chriſti, & Apoſtolorum religione vera-

veraciter ad verbum tranſtulit, vt illi Hebręorum phraſi locuti ſunt, nos eandem veritatem ex eiuſdem linguæ proprietate, apertioribus verbis explanare cupimus. Verbi gratia: filius hominis dixit: pro homine: de quo paſsim in Euangelio, & filius orientis, pro orientali: & filiæ Hieruſalem, pro Hieroſolimitanis, de quibus frequenter in prophetis: & filij excuſſorum, pro robuſtis, & expeditis. pſalm. 126. de quo Hieronymus ad Marcellam. Et filiæ carminis, pro auribus,
ps.126.4. Eccleſiaſtes. 12. Sic filius vnius anni, pro innocenti. 1. Regum
Eccle.12.4 de Saule. Sic robuſtus venator coram Domino, pro: robuſtiſsimus omnium qui ſub cælo. De Nemrot in Geneſi, & de
1.reg.13.1. Ioanne Lucæ. 1. Erit magnus coram Domino, pro, maxi-
Gen.10.9. mus omnium, qui ſub cælo. Sic filius prodigus apud Lucam, ait ad patrem: Peccaui in cælum, & coram te, pro,
Luc.1.15. præ cæteris mortalibus, qui ſub cælo ſunt, & cõtra diuina præcepta egerunt. Sic pluuiſſe Dominum à Domino, pro, deſuper. Et huiuſmodi innumera alia, quę in vtroque teſtamento paſsim occurrunt, ſed quæ ex quatuor Euangeliſtis educere potui, hæc ſunt, quæ ſequuntur.

## EX MATTHAEO.

Hebraicæ phraſes matthęi explanantur.

QVIA Hebræorum conſuetudine filius alicuius appellatur, qui genus ducit ab illo, vt in libris regum paſsim legimus, poſteros Reges ſepultos in ſepulchro patris ſui Dauid, proinde Matthæus ſuæ linguæ morem ſequens Chriſtum filium (Math.1.1.) Dauidis, & Abrahami appellat capit. 1. Quaſi genus ducens ab eis, quod alijs Euangeliſtis eſt frequentiſsimum. Sic in- (Matth.3.8) fra capit. 3. Filios ſuſcitandos Abrahamo dixit, pro, ſobolem illi ſpiritualem futuram. Eodem capite primo Mat- (math.5.18) thæi, Maria dicitur in vtero habere, ex Eſaiæ capit 7. Pro: grauidam, ſeu pregnantem eſſe. Matthæi. 3. Ex Eſaia capi- (Matth.3.8) te quadrageſimo, Vox clamantis in deſerto dicit Ioannis, pro, voce clamatura, quaſi diceret: vox clamabit. Et ibi- (Math.3.11) dem. Baptizare in Spiritu ſancto, & igni, pro, abluere à peccatis, dato Spiritu ſancto, igne purgante, & inflammante. (Matth.3.15) Et ibi reſpondere, pro, ſimpliciter loqui, aut ſermonem ordi- (math.11.25) ri. Sicut Matthæ. 11. In illo tempore, reſpondens Ieſus, dixit, Confiteor tibi pater: quia nulla præceſſerat interrogatio: ſen- (Math. 4.4) ſus eſt, tunc cæpit verba facere. Sic apud alios paſsim. Matth.

4.



4. Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod pro- (Matth.4. 16.) cedit de ore Dei: id eſt, omni alia re, qua Deus volet illum ali. Ibidem, in regione vmbræ mortis: pro regione tenebrarum exitialium, vmbram quippe mortis appellant, pro eo quod ꝓ- (Matth.5. 17.) xime affert mortem. Sic vulgo: fulano trae conſigo ſombra de muerte. Matthæi. 5. Amen quippe dico vobis: Hebræorum affirmatio de qua nos in commentarijs fuſius. Verum huius loci ſenſus eſt: Veritatem dico, ſiue quod res habet: Rurſus ibidem: Donec tranſeat cælum, & terra, pro: nunquam Itẽ ibidẽ: Vnũ iota aut vnus apex non præteribit: pro, nec minimum deerit, quin impleatur. Nam iod Hebræis minima litera, apex punctus eſt, ſicut & Græcis. Ibidem: (Matth.5. 22.) Qui iraſcitur fratri ſuo: fratrem pro quouis homine poſuit, more Hebræorum: racà, vox eſt Chaldaica pro homine nequam, & nullius frugis: quanquam & indignantis interiectionem eſſe alij dicunt, de qua re latius in commentarijs diximus. (Matt.6.2.)

AMPLIVS Matthæi capite ſexto dicitur: Cum facis eleemoſynam, noli tuba canere ſicut hyppocritæ faciunt in Synagogis. Duplex Hebraiſmus: prior, tuba canere, eſt quaſi per præconem publicare, quod præcones ſoleant buccina concrepare, priuſquam rem voce euulgent: poſterior, in Synagogis dixit pro conuenticulis, ſeu populi congregationibus in foro, & in vicis. Ibidem: Mammona, (Matth.6. 24.) vox Chaldæa ſignificat opes, & diuitias. Matthæi ſepti- (Matth.7. 22.) mo. In nomine tuo prophetauimus, & Demonia eiecicimus: nomen pro facultate, & virtute, quaſi diceret: facultate à te accepta euangelizauimus, & tua virtute miracula edidimus.

Matthæi nono. Per Hebraiſmum dixit: filij ſponſi, pro (Matth.9. 15.) hominibus qui ſponſalibus, aut nuptijs interſunt, hi ſolent filij thalami nuptialis appellari. Sic filius mortis, ideſt, dignus morte: filius orientis, ideſt, orientalis, filius exercitus, ideſt, miles. Sic Lucæ decimo. Filius pacis, ideſt, pacificus. Matthæi decimo. Quod in aure auditis, prædicate (Matth.10. 27.) ſuper tecta: Hebræis loqui in aure, eſt ſecreto ad vnum audiẽtem loqui. Sic Exod. 10. Super tecta verò, publicè corã oĩbus, quaſi è locis editis, vt à pluribus audiatur. Ibidem. Qui non accipit crucem, & ſequitur me: ideſt, qui non fert æquo

 animo

animo aſſlictiones propter me, non eſt me dignus. Mat-
Math10.13 th.10. Qui inuenit animam ſuam, perdet illam: & qui perdi-
derit, inueniet. Hebræi inuenire animam dicunt pro: ama-
Math11.25 re vitam. Ioan. 12. Qui amat animam ſuam, perdet eam
& qui odit eam in hoc mundo in vitam æternam cuſtodit e-
am. Ad eundem modum Matth. 11. dicitur mitis, & humilis
corde Chriſtus, ideſt, animo miti, ſuaui, minime elato. Mat
Math.12.7 thæ.12. Miſericordiam volo, & non ſacrificium Hebraico
more, pro: ante pono illam ſacrifitijs, & præfero, tanquam
magis gratum ſacrificium, nondum enim eo tempore abho-
rebat legis veteris ſacrificia, ſed eis prætulit miſericordiam
quaſi animi gratiſsimam hoſtiam. Ibidem. Quomodo quis
Matth.12. 29. poteſt intrare in domum fortis, & vaſa eius diripere, niſi pri-
us alligauerit eum? Tunc domum illius diripiet. Hebraico
more poſuit vaſa pro inſtrumentis bellicis, & domum, pro
Math.13.11 arce. Rurſus cap. 13. Regnum cælorum, pro regno cæleſti,
quia carent Hebrei adiectitijs nominibus, & ſubſtantiuis in
gignendi caſu vtuntur pro eis. Porrò regnum cæleſte dixit
illud cui rex cæleſtis præficitur: vnde & Eccleſia militans ſub
Chriſto & triumphans cum eo, apprime dicitur regnum cæ-
lorum. Ibidem, ideo: Omnis ſcriba doctus, Hebraico more
Math13.52 conciſus ſermo, colon conſtituendum eſt, poſt verbum, ideo:
non enim ſubſequentium rationem reddit, ſed præceden-
tium: quaſi dicat: ideo, ſupple dixit vobis hæc, & interro-
gaui an intellexeritis? ſeu: hæc dixerim, quod deceat ſcribas
doctos regni cæleſtis, ideſt. doctores euãgelij, quales vos eſtis
futuri, noua & vetera intelligere. Per ſcribam ſignificauit
prædicatorem, aut doctorem euangelij: per theſaurum, pena-
rium, per noua & vetera, legem veterem & Euangelicam.
Math.13.55 Ibidem: fratres Chriſti appellantur Hebræorum more co-
gnati illius, ſcilicet conſobrini virginis, & Ioſephi ex Alpheo
fratre Ioſephi, & Maria Salome ſorore Virginis, lege cap. 2. li
Math.15.4 bri octaui. Matth. 5. Qui maledixerit patri, vel matri, morte
moriatur, ideſt, vere morte intereat ita vt non amplius viuat
ea quippe geminatione mors certiſsima ſignificatur. Ibidem.
Qui dixerit patri, vel matri, Munus quodcumq; eſt ex me,
Ibidem.5. tibi proderit, & non honorificauit patrem ſuum, aut matrem
ſuam. Vbi apud Marcum relicta eſt vox corban, ideſt, mu
nus



nus tanquam initium traditionis phariſaicæ: locus eſt in ex-
tricabilis, niſi linguarũ cognitione iuueris, aut ab expoſitoribꝰ
in eis peritis interpretationem petas: Senſus eſt. Deus pręcipit
Exo. 20. honorare parentes, ac ſubinde neceſſaria ſubſidia illis
impendere: vos autem ob nimiam auaritiam veſtram, ſub ſpe-
cie oblationis in templo retrahitis filios ab opitulatione paren
tum, vt vobis offerant, quę in parentum neceſsitatem erant ero
gaturi, ac docetis filios, vt parentibus opem poſtulantibus reſ-
pondeant: Dono, quod à me profecturum eſt in templum, iu-
uaberis, ideſt, quidquid doni in templum dicaturus ſum, in tu-
um vertetur commodum. Et ſequitur: ob hanc cauſam filius
non honorificabit patrem ſuum, & fit irritum Dei mandatum
de alendis parentibus Exod. 21. Leuit. 20. prouerb. 20. itaque Math16.14
taxat oblationes, quæ inprudenter fiebant contra præce-
ptum Dei de parentibus alendis. Matth16. Quem dicunt
homines eſſe filium hominis? ideſt, quem ſolum hominem
putant. Vel melius: quem vulgarem, & plebeium, parum-
que nobilem reputant? lege. cap. 10. huius libri ſubſeptima vtili ibedem.17
tate linguarum. Ibidem: Bar, Iona, ideſt filius Ioannis, ponitur
nomen patris vice agnominis, quo carent Hebræi. Ibi- ibidem.28
dem,. Non guſtabunt mortem pro, non morientur, He-
brei dicunt: ſumpta methaphora ab eis qui venenum epo-
tant, vt Socrates cicutam, tunc enim guſtu mortem ſum- Matth.18. 15.
munt. Matthæ. 18. Si peccauerit in te frater tuus, ideſt, co
ram te, ſeu te præſente, & vidente, aliquod ſcelus admiſſe-
rit in iniuriam Dei, & ſic te offenderit. Ibidem: ſi te audierit Ibidem.
ideſt, ſi obedierit: ſicut illud Domini: Quoniam audiſti vo-
cem meam, ideſt, quoniam obidiſti mihi. Matth. 19. duo in Math.19.5.
carne vna Hebraico more, quaſi vnus homo cenſebuntur:
Nam ſequitur: Itaque iam non ſunt duo, ſed vna caro. Sic
illud Geneſis. 2. caro de carne mea ideſt, mihi coniunctiſsima, MEth21.9
vt vna caro ſunt vir & vxor. Matthæ. 21. Hoſan--na fi-
lio Dauid: vox poſt reditũ â captiuitate vulgo corrupta pro
Hoſiah--na, ideſt, ſaluum fac obſecro, conſtuuntur cum datiuo
ac ſi dicat: fer opem filio Dauidis, regnum patris ineunti, & in-
ſtauranti, fer opem de excelſis. Verſiculus eſt ex Pſal. 117.
Matthæ. 22. Diliges dominum, & diliges proximum. dili- Math.22. 37.
ges, pro dilige, futurum pro imperatiuo: & proximum, pro
quauis

quouis homine. Matthæ.23. ſuper cathedram Moiſi ſederunt
Math.23.2 ſcribę: ſcribas vocat Sacerdotes legis peritiſsimos, quibus
commiſſa erat cura enarrandi libros ſacros: hi enim in cathe
Math.24.15. dris conſidentes legebant, & interpretabantur eos. Mat-
thæ. 24. Abominationem deſolationis dixit pro: abomi-
nandam deſolationem ſtantem in loco ſancto, ſcilicet, illam
templi, & ſacrorum, & ciuitatis ſanctæ, quæ facta eſt à Ve-
Ibidem.22 ſpaſiano, & prædicta à Daniele, cum ingreſſæ fuerunt gen-
tes ſanctuarium, de quibus præceptum erat: ne illuc ingre-
derentur, vt vaticinatum fuerat à Hieremia in Threnis. I-
bidem. Niſi breuiati fuiſſent dies illi, non fieret ſalua om-
nis caro, ideſt: Si tribulatio illa diu duraret, ne vnus quidem
è Iudæorum natione, qui Hieroſolimis collecti erant, ſuper-
Math25.12 ſtes eſſet. Matthæ.25. Neſcio vos: aut non noui vos, ideſt,
non eſtis mihi gratæ. contra vero de iuſtis dicitur illud Pauli:
Nouit dominus qui ſunt ſui. Et pſal.1. Nouit dominus viam
iuſtorum pro: grati ſunt illi. Matthæ.28. prima Sabbati, pro
Math.28.1 prima die hebdomodæ, nam Sabbatum pro hebdomada e-
tiam vſurpant Hebręi. Seu quod poſt ſeptimum diem, & vl-
timum hebdomadæ præcedentis, hic eſſet dies primus, qua
ſi diceret, poſtridie feſti: lege de hac re cap.1. lib.7. harum in-
ſtitutionum.

## EX MARCO.

Hebraicæ phraſes Marci explanantur. MARCI.1. Homo in ſpiritu immundo: pro, habens
Marci.1.23 ſpiritum immundum. Marci. 3. animam perdere, an ſal-
Marci.3.4. uam facere, pro, vitam, aut hominem in vita ſeruare, an per- 3
dere. Et Capit. 4. Dicebat illis in doctrina ſua, pro docen-
do dicebat illis, vel iuxta ſuum docendi genus concionaba-
Marci.4.2 tur ad eos. Ibidem. Hi ſunt qui circa viam, vbi ſeminatur
verbum: pro ſemina iactata ſecus viam, allegorice ſunt hi,
Ibidem.15 quibus ſeminatur verbum. Et cum audierint confeſtim ve-
nit ſathanas, & aufert verbum de cordibus eorum. Sic & hi,
qui ſuper petroſa, pro ſemina quæ ceciderunt ſuper petroſa,
ſunt hi qui cum audierint, cum gaudio ſuſcipiũt verbum, ſed
non habentes radicem orta tribulatione ſcandalizantur. Si
qui in ſpinis, pro ſemina quæ ſeminatur inter ſpinas hi ſunt,
qui verbum audiunt, ſed ærumnę, ideſt, curæ, & ſollicitudines
huius ſeculi, & deceptio diuitiarũ, ideſt, diuitię deceptrices, &
circa



circa reliqua concupiſcientiæ, ideſt, cæterarũ rerum cupidita
tes ſuffocant verbum. Cap.6. Non poterat ibi virtutem vllam Marc. 9.5.
facere: pro non ferebat animus eius, aut nolebat ob infideli-
tatem eorum ibi multa miracula operari. Non quidem deſ-
ficiebat poteſtas, & virtus faciendi, ſed fides, quam dominus
exigebat in eis, quorum gratia facienda erant. Alioqui quo
modo ſubnectitur, niſi paucos infirmos curauit: Ibidem:
Cum iam hora multa fieret, more Hebræorum locutus, pro, Ibidem.35
cum iam multum diei præterijſſet. Cap. 7. Ephpheta, im
peratiuus eſt Chaldaicus, ideſt, apertus eſto, hoc eſt, aper- Marc.7.35
tas, & audientes habeto aures. Nam per interpretationem
additur: quod eſt, adaperire. Cap. 8. Amen dico vobis, ſi Marc.8.12
dabitur generationi iſti ſignum: Hebraice, pro, non dabi-
tur: ſic Pſal. 94. Iuraui in ira mea ſi introibunt in requi-
em meam. Matthæus quippe Cap. 16. referens hęc verba ait
Chriſtum dixiſſe, ſignum non dabitur ei. Sic Pſal.88. ſi Da
uid mentiar, ſemen eius in æternum manebit, ideſt non men
tiar illi, ſed ſtabo promiſsis. Porrô generationi dixit, pro huic
hominũ generi. Capit.9. Bonum eſt tibi debilem introire in
vitam, quam duas manus habentem mitti in Gehennam: Math.9.34
vbi vermis eorum non moritur. Hebraiſmus, ideſt, bo-
num pro, melius: carent enim Hebræi comparatiuis. Sic
Pſal. Bonum ſperare in Domino, quam in homine, ideſt,
melius. Deinde Gehenna, vallis Ennon, vbi per ignem fi- ps.117.8.
lios trasferebant in honorem Idoli Meloch: inde pro infer-
no, vbi eſt ignis inextinguibilis. Et vermis, ideſt, pœna, &
cruciatus non ceſſat, ſumpta metaphora à lignis tinca, &
verimibus corroſis, quod pręſenſerunt Ethnici mendatium
fabularum inuolucris: nempe Titij, cuius cor ſemper à Marc9.49
vulture dilaceratur. Ibidem: Omnis enim igne ſalietur, &
omnis victima ſale ſalietur, pro: Omnis homo ſalietur igne
tribulationis, & prudentiæ, vt Deo ſit gratus: Et pro, ſi- Marc11.10
cut omnis victima in lege cum ſale erat offerenda, alioqui
non erat Deo grata. Caput. 11. BENEDICTVM
quod venit regnum patris noſtri Dauid: ideſt, fælix & fau-
ſtum regnum illud Dauidi promiſſum, quod inſtauratur, &
innouatur in filio ſuo Ieſu Chriſto. Sicut in Pſal. dicitur: De
fructu vetris tui ponam ſuper ſedem tuam. Quod non ſolũ de pſ.131.11.
Solomone

Solomone, ſed de Meſsia intelligitur. Et rurſus ibidem: Si
cuſtodierint filij tui teſtamentum meum, filij eorum vſque
in ſæculum ſedebunt ſuper ſedem tuam. Sic angelus: Dabit
illi Dominus ſedem Dauid patris eius, & regnabit. Capit.13.
Luc.1.32. marc.13.18 Erunt dies illi tribulationis tales: pro, in illis diebus erit tri-
bulatio talis, qualis non fuit â primordio rerum condita-
Marci.14.35. rum, vſque ad finem earum. Capit.14. Tranſiret ab eo hora,
& transfer calicem: orabat vt liberaretur à ſupplitio, quod
paulo poſt erat ſubiturus, & ab acerba morte ſibi imminen-
ti. Ibidem: Dormite iam, requieſcite: imperatiui, more
Hebræorum profuturis, quaſi diceret: Dormietis poſthac,
& requieſcetis: nunc vero ſufficit. Similis locutio apud Ioan-
nem: Soluite templum hoc: ideſt, ſoluetis, & poſt tridu-
Marc.16.2 um reædificabo. Aliter vulgaris eſt phraſis, lege ibi annota-
tionem noſtram. Capit.16. Vna Sabbathorū, pro prima die
hebdomadæ, Hebræi namque vnum dicunt, pro primo, ſi-
cut Gen.1. Factum eſt veſpere, & mane dies vnus, ideſt, pri-
mus.:.

## EX LVCA.

Hebraicæ phraſes Iu cęexplanā tur. Luc.1.5. CAPIT. 1. de vice Abia, id eſt, qui fungebatur of-
ficio Sacerdotis in ordine familiæ poſterorum Abiæ, vide-
licet, in ſua hebdomada, vt ſorte olim obtigit illi.1. Paralip-
pom.24. Ibidem: Sicera, vox Hebraica ſignificatione, at
formatione, & fine Chaldæa, ſignificat quidquid epotum
inebriat, quod Ioannes non potauit. Ibidem: Benedicta
tu in mulieribus, ideſt, fœlicisſima mulierum, quæ donis
es nobilitata præ cæteris. Ibidem, Inueniſti gratiam: pro,
Deo gratisſima es, & accepta. Sic.1, Regum.16. Si in-
ueni gratiam in oculis tuis: pro, ſi tibi gratus ſum.
Ibidem. Regnabit in domo Iacob in æternum, ideſt, ſu-
per domum, & familiam Iacob, videlicet, ſuper popu-
lum fidelem, vſque ad conſummationem ſæculi in Eccle-
ſia militanti: poſt in triumphanti in æternum, & vltra.
Ibidem. Magnificauit Dominus miſericordiam cum illa,
Luc.2.19. ideſt, vſus eſt ſingulari miſericordia erga eam. Ibidem:
Poſuerunt omnes in corde ſuo: pro, cogitauerunt apud ſe,
Cap.2. Maria conſeruabat omnia verba hæc conferens in cor
de ſuo, ideſt: hæc omnia memoriæ mādabat, conferens apud ſe
alia



alia cum alijs. Ibidem Maſculinum aperiens vuluam, ſanctum
domino vocabitur: ideſt, primogenitum domino dedicabitur,
& conſecrabitur. Cap.3. poteſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcita Luc.3.8.
re filios Abrahæ, ideſt, vobis funditus ad vnum deletis inſtau
rare poſteritatē Abrahamo. ibidem: Baptizabit vos in Spiri
tu ſancto & igni, ideſt: purgauit vos per Spiritū ſanctū vēturū
in linguis igneis, vel int⁹ inflāmātem, quaſi ignis vel q ignis eſt:
Deus nāq; noſter ignis conſummens, vt ait propheta. Cap.4.
in poteſtate erat ſermo eius, ideſt: magna autoritate verba ad Luc.4.23.
eos faciebat. Ibidem. Non ſinebat ea loqui, quia ſciebant ip-
ſum eſſe Chriſtum, ideſt, quia dicebant quod ſciebant, ipſum
eſſe Chriſtum, niſi ſcire dicebantur, quia vehementi quadam
ſuſpitione id ſuſpicabantur, & diuulgabant, ac ſi ſcirēt, liquido
quippe non cognouerunt, donec ipſe deſcendit ad inferos ſpo-
liarurus eos. Cap.5. ſtagnum Geneſareth: vox Chaldea: Hebrai
ce dicitur: mare Cinereth. Cap.6. in Sabbatho ſecundo primo,
ideſt: in die ſeptimo à paſchate, qui adeo erat venerabilis, vt pri Luc.6.1.6 Exod.12.10
mus, Exo.12. Cap.7. Iuſtificauerunt Deum, ideſt, ingenue faſsi Leuit.23.7
ſunt Deum eſſe iuſtum, approbantes diuinum conſilium. Cap. Luc.7.29.
14. Exi in vias, & ſepes, & compelle intrare: ideſt, in loca ſepi- Luc.14.23.
bus cincta, hoc eſt, in pagos, & domos ruſticas. Cap.16. A tem
pore Ioannis regnum Dei euangelizatur, & omnis in illud vim Luc.16.16
facit, pro: quiuis ad illud auidisſime rapitur, & omni vi, & co-
natu ſuo tendit in illud. Cap.22. Non mādu cabo paſcha donec
impleatur in regno Dei, ideſt: iam non amplius mādu cabo paſ Luc.22.16
cha ante mortem meam, & reſurectionem, per quam acceptu-
rus ſum regnum â Deo: Poſt vero tanquam abolitum nō erat Mat.26.2.
manducaturus impleta iam figura: niſi anagogice in beatitudi- Luc.23.46
ne: iuxta illud: non bibam de hoc genimine vitis donec illud bi
bam nouum in regno patris mei. Cap.23. Neq; tu times Deum
qui in eadem damnatione es? ideſt: Cum ſis ſimili genere ſup-
plicij damnatus, oſtendis tamen te Deum non timere, cum ſu-
plitij ſocio detrahis? Cap.24. Vna ſabbathi, pro prima die heb- Luc.24.1.
domodæ: vel primo die, qui poſt feſtum ſequebatur. Ibidem: Hebraicæ
Coram Deo, & omni populo, ideſt approbāte Deo tā mira il phraſes Io
lius opera, & etiā populo: vel teſte Deo & omni populo. annis explanantur Ioan.1.13

## EX IOANNE.

Cap.1. Qui non ex ſanguinibus, neq; ex voluntate carnis,
neq; ex voluntate viri, ſed ex deo nati ſunt, pro: non ex com-
mertio ſeminum tam muliebris, quam virilis: vbi carnem pro
muliere

mulier poſuit. Ac ſi diceret: qui non carnaliter ex homini-
bus, ſed ſpiritualiter ex Deo naſcuntur. Ibidem: verbum ca-
ro factũ eſt, id eſt, homo, caro pro homine per ſinecdochẽ. Sic
illud ad te omnis caro veniet. Et illud: non fieret ſalua omnis
caro. Ibidem Chepas: vox Chaldęa eſt, quæ rupem ſignificat.
Capt. 2. Soluite templum hoc: more Hebræorum, imperati
Ioã. 2. 19. uum pro futuro, ſoluetis templum hoc corporis mei, id eſt: Se
parabitis hoc corpus ab anima, & tũc poſt tres dies reſtituam
ego illud vitę. Alioqui quomodo poſſet interfectionem ſuam
imperare? Caput. 3. Nemo aſcendit in cælum, niſi qui deſcen
Ioã. 3. 13. dit de cælo, id eſt: Nemo nouit res cæleſtes præter me. Itaq;
aſcendere in cælum eſt per intellectum capere, & optime noſ-
ſe res diuinas. Ad eandem phraſim pertinet & illud: Deſ-
cendant in infernum viuentes id eſt, conſideratione intelli-
Ioã. 5. 2. gant, quę illic geruntur. Capt. 5. Beth. Saida ſeu Bet. Zeda.
ſignificat effuſionis domum, videlicet, lacum in quem refun-
debatur aqua pluuialis, piſcinam appellabant per cathacre
ſim, quod nullos haberet piſces. Ibidem: Iam multum tem-
pus haberet: ſicut paulo ante: Triginta octo annos habens
in infirmitate: pro, iam multum tempus morbo detinebatur.
Ibidem: Procedent qui bona fecerũt in reſurrectionẽ vitę, qui
vero mala in reſurrectionem iuditij, pro: alij excitabuntur, vt
Ioã. 7. 8. viuant, alij vt damnati pereant. Cap. 7. Non aſcendam ad diẽ
Ioã. 8. 58. feſtum, pro: nondum aſcendo, ſeu aſcenſurus ſum, alioqui fe-
ſto mediante aſcendit, Cap. 8. Amen, amen: pro, quam veriſ
ſime, hebræi enim ſuperlatiuum faciũt tàm in aduerbijs, quàm
in nominibus, eiuſdem vocis gemitatione. Cap. 9. Dixe-
Ioã. 9. 24. runt Phariſæi: Da gloriam Deo: ſub intelligendum potiꝰ quam
Chriſto. Tribue hoc beneficium Deo potius quàm huic omi-
ni quem certo ſcimus non poſſe miracula edere, quod peccator
ſit. Similis phraſis Ioſue. 7. Da gloriã Deo Iſrael & cõfitere, id
eſt tribue ali hoc factũ, quo ſignauit te ſuffuratum fuiſſe quid
de anathemate. Cap. 19. Gabbattha, vox eſt origine Hebraica
Io. 19. 13. tñ Chaldeę iflexionis, vt erat lingua vulgo corrupta illis tẽpo-
Io. 20. 1. ribꝰ, ſignificat locum editum & altum. Cap. 20. Vna ſabbathi:
pro prima die hebdomodę, vel poſtridie feſti. ibidẽ: Pax vobis
Hebræorum formula imprecandi oĩa fauſta & proſpera quæ
perficitur, ſi addideris à Deo. Vnde Paulꝰ in omnibꝰ Epiſtolis
dẽpta ad hebræos exorditur ſic: Gratia & pax a Deo. Cap. 21.
Io. 21. 15. Simon



Simõ Ioãnis alibi, bar, iona: ſed per contractionẽ, pro Bar, Ioã
na: nã ea ętate vulgo chaldaica lingua vtebãtur, quę erat hebra
ica ſemi corrupta. Ibidẽ clarificaturꝰ eſſet Deũ, pro glorifica-
turꝰ ꝑ mortis martiyrũ quo teſtificatur gloriã Chriſti filij Dei
pro cuiꝰ vera fide occũberet. Hęc exẽplorum vice ſufficiãt ad
vulgatã editionẽ noſtrã illuſtrandã ex Hebręorum phraſibus.

## Caput. 12. de editione Græca ſeptuaginta in- *terpretum, tempore, & authoritate eiuſdem.*

1 POST Alexandri Macedonis mortẽ cum duces exer
citus illius imperium, quod occupauerat ampliſsimum
inter ſe diuiſiſſent, Antiocho ęgiptꝰ obtigit, & deinde Origo editionis ſeptuaginta.
Ptolomęo primo, Lagi filio, cui alter Ptolomęus Philadelphꝰ
ſucceſsit. Hic cũ eſſet ingenio clarꝰ, literarũ ſtudioſus & propẽ
ſus ad philoſophiã, audiſſetq; Iudęorum legem eſſe vetuſtiſsi
mã, ac pariter veriſsimã, quæ de Deo, & optimo reipublicę ſta
tu cęteris melius philoſopharetur, ab Eleazaro Iudęorũ põtifi
ce petijt ſacras ſcripturas ſibi dari, ad ditandã bibliothecã quã
libris vndiq; conquiſitis ornatiſsimam extruxerat. Eas ergo il
li pontifex miſsit cum ſeptuaginta duobus hominibus, è ſingu
lis tribubꝰ ſenis, linguarum hebraicæ, chaldaicæ, & grecę doctiſ
ſimis, qui hebræorum diuina volumina apprime poſſent gręce Septuaginta interpretes.
trãsferre. Quod (vt refertur) effecerũt mirabili, ac plane diuino
conſenſu: quinimo & Spiritus ſancti afflatu, ad nos iã deſtinan
tis ſcripturarũ veritatem. Nam cũ eorum fidem rex explorare
vellet, ne ſimul transferentes ſibi illudere poſſent, ac alia cõſul
to tradere quam ſacra volumina haberẽt, ſeparari eos iubet in
Pharo, ac in diuerſis mãſionibus cellularũ conſtitui, ibiq; ſeor
ſum interpretari. Huius ſententię ſunt, ex noſtris Iuſtinus mar
tyr in Apologetico, Ariſtęas, Theodoretus, & Chriſoſtomus
contrà Iudæos, Origines, Baſiliꝰ, Euſebius in hiſtoria, & vterq;
Gregorius, Beda, Eugubinus, & Mirãdulanus princeps. ex Iu
dæis vero, Philo atq; Ioſephꝰ. Quę tametſi Hieronymo in pro
logo pręfertim paralypomenõ ad Chromatiũ non arideãt: Au
guſtinꝰ vero lib. 18. de ciuitate Dei ca. 42. & 43. vbi & Hierony
mi ſentẽtiã refert, rẽ probat, & ait: in nullo verbo quod idẽ ſi-
gnificaret, & tãtundẽ valeret, nec in eorũ ordine, vel minimũ
alterũ ab altero diſcrepauiſſe, ſed tanquã ſi vnꝰ eſſet interpres
vnum

vnũ & idẽ, quia vnus erat in eis, & idem ſpiritus, tranſtuliſſe.

Quæ verte rint ſeptua ginta.

Non quidem verterunt omnia hebræorum volumina, ſed
dumtaxat quinq; libros legis, vt Ariſtæas ait, & poſt eum Ioſe 2
phus in præfatione ad libros de Iudæorũ antiquitatib⁹, & Hie-
ronymus comment in cap. 5. Ezechielis. Plures tamen ex præ
dictis ſanctiſsimis patribus prophetarum quoq; volumina trã
ſtuliſſe dicunt. Nam Chriſoſtomus ibidem aſſerit, Ptolomeũ
Philadelphũ ſãctas ſcripturas à ſeptuaginta cõuerſas in fano Se
rapidis repoſuiſſe, & ad ſua vſq; tempora libros prophetarum
ibidem translatos haberi. Quinimo id ipſum ſæpe cõfirmat Hie
ronymus, tum in præfatione paralypomenon, tum in Iob pri
ore. Multa verò quæ ad diuinarum perſonarum diſtinctionẽ,
incarnationis verbi Dei miſterium ſpectãt, vt Hieronymus ait
ne ethnico regi adorandi plures Deos occaſionem darent, ſub-
ticuerunt. Hãc ſeptiaginta interpretum editionem appellitãt
ſub maiore numero, minore, ſcilicet, duorum comprehenſo: cu
ius tantam eſſe authoritatem Auguſtinus ait ibidem cap. 43. vt
tametſi non vnus apparuiſſet in eis ſpirit⁹ ſine dubitatione di
uinus, ſed inter ſe verba interpretationis ſuæ ſeptuaginta duo
in lege doctiſsimi, & vtraq; lingua peritiſsimi more hominum
contuliſſent, vt quod placuiſſet omnibus hoc maneret, nullus
tamen eis vnus interpres debeat anteponi. Præſertim quod cũ
trecentis, & pluribus annis ante Domini aduentum tranſtule-
rint, nulla poteſt in eis argui adulationis nota, dum noſtræ fidei
miſterijs fauent: De hinc magnæ authoritatis viros fuiſſe appa
ret, cum à tanto pontifice ad id op⁹ electi, & ad magnum regẽ
deſtinati fuerint. Quare Spiritum ſanctum per eos, ſicut per o
ra prophetarum, locutum fuiſſe, non dubitat tantus Eccleſiæ
doctor. Vnde ſi ab hebræorum codicibus interim diſcrepare
videantur, id non ſine diuino numine factum, inquit, creden-
dum eſt: Hæc Auguſtinus.

Aquila interpres.

POST editionem vero ſeptuaginta interpretũ, annis quin
gentis, videlicet, centeſsimo vigeſsimo anno poſt Chriſtũ na- 3
tum, tempore Adriani imperatoris ſecũda editio in hunc mo
dum exijt. Aquila quidam Sinopæus è Ponto, cum eſſet Iu-
dæus, ad Chriſti fidem conuerſus eſt. Sed quaſi canis ad vomi
tum, iterum in iudaiſmũ lapſus, doloſo & peruerſo animo om
nia veteris teſtamenti volumina in ſuæ gentis defenſionem, de
Hebræo in Græcum ſermonem tranſtulit. Veruntamen non
eſt



eſt acceptus cum propter perfidiam, & ſiniſtrã mentem: tum
etiam quoniam velut ſcrupuloſior, verborum portenta exco-
gitauit, vt herbificare, motabilitare, & id genus plura, quæ à
Hieronymo de optimo genere interpretandi irridentur. Qua-
re tametſi Græci eiuſmodi verborum cõpoſitionibus gaudeãt,
Aquilã non receperunt, quia nimiũ eaſdem affectauit. Sic Eu-
ſebius, Origenes, Theodoretus, Hieronymus, & Eugubinus.

Theodotion interpres.

4 TERTIA editio à Theodotione facta eſt, poſt annos
quinquaginta tres ſub Commodo. Is namq; cum prius eſſet
ex hæreſi Martiani Pontici, in euerſionem ſuæ ſectæ, veteris
inſtrumẽti volumina Græcè reddidit. Qui licet pluris habitus,
quàm Aquila (cuius etiam verſionis Hieronymus vbique
ſtudioſus fuit) nunquam tamen ab Eccleſia publicè receptus
eſt, & quia neophitus, & quia codices Marcioniſtarum, è qui
bus tranſtulit, in multis deprauati erant. Hæc quoq; Theodo-
retus cum reliquis.

Symmachus interpres.

5 QVARTA editio fuit Symmachi: Is cum eſſet Samari-
tes circunciſus, Chriſtianus effectus eſt: ſed cum magiſtratuũ,
honorumq; cupiditate teneretur, nec ad illos aſcitus fuiſſet, re
fugit ad Iudæos, iteratoq; circunciditur. In Iudæorum autem
gratiam, & Samaritanorum euerſionem, vetus teſtamẽtũ Græ
ce tranſtulit poſt annos triginta ſub Seuero. Sed neq; receptus
eſt a noſtris, quia bis circunciſus, nunquam Chriſtianus, quaſi
per æmulationem potius, quam propter veritatem tranſtule-
rit. Sic etiam Theodoretus, & prædicti.

5. & 6. editiones.

6 POST annos ferè octo Hieroſolymis repertæ ſunt duæ
editiones abſq; nominibus interpretum, quæ proinde quinta,
& ſexta editiones nuncupantur: ſed & ſi vulgatæ nõ ſunt, tamẽ
receptæ, quia ſine authoribus, quaſi apocryphæ habitæ ſunt.

Origenis Hexapla.

DEINCEPS poſt annos decem & octo, tempore Ale-
xandri Seueri, Origenes ſex has tranſlationes in vnum volu-
men coniecit, & hexapla nuncupauit. Primo loco repoſuit
ſeptuaginta in lege tantum & prophetis, addens quæ illis de-
erant in eiſdem libris legis, & Prophetarum, ex Theodotio-
nis editione, quæ aſteriſco notauit, & redundantia iugula-
uit obelis. Quam editionem in Paleſtina Euſebius, & Pamphi
lus vulgauerunt, vt Hieronymus ait in præfatione ad libros
Paralypomenon. Sed hæc quæ intacta ferè manebat, vt a Sep-
tuaginta edita, cum Origenis correctione, ſignis tamen nota-

*Heſychius*

ta temporum iniuria prorſus ãmiſſa eſt hexapòlis, & altera Heſichij emendatione, qua vtebantur Aegiptij, vt ibidem aſſerit Hieronymus.

*Lucianus interpres reſtituit ſeptuaginta.*

7 SOLVM remanſit Luciani martyris Syri Samoſatenſis opus iu editionem Septuaginta, quo Græcia, teſte ibidem Hieronymo, vſa fuit. Ille quippe quę vel cõſulto illi omiſſerãt, vel ſcriptorum vitio deprauata fuerãt, in lege & prophetis, ex Hebręis reſtituit, & vno decurſu, ſine aſteriſcis, & obelis, continẽtur fluere fecit, addens aliorum Hæbraicorum voluminum interpretationem, quæ Septuaginta intacta reliquerũt: ita vt Luciani editio, & Septuaginta, quodammodo eadem, quodãmodo diuerſa ſit. Sed à plęriſq; Septuaginta nuncupatur. Nam tametſi in ea tantum operis pręſtiterit Lucianus, priorum authorum nomen obtinuit, vt riuuli quantũuis initio paruuli ad mare vſq; primum nomen reſeruare ſolent: quãq̃ abundantiorẽ aquarũ copiam ab alijs receperint, maioraq; flumina biberint. Hanc ſępius deprauatam fuiſſe ob inueteratã conſuetudinem legendi originarios codices Septuaginta inemendatos, cõqueritur Hierony. pluribus in locis, tũ in præfatione euangeliorũ, tũ preſertim in ea, quæ eſt ad Sũniam, & Fratellã, epiſtola. Igitur iſtã Luciani editionẽ, ſeu potius Septuaginta, ab eo reſtitutã & integram, nunc Græcã editionẽ appellamus, quia eã ſolã habemus, q̃ Græci oẽs ſanctiſsimi atq; doctiſsimi patres olim in ſuis operibus interpretati, ac ſecuti ſunt. Quæ tametſi ob nimiã vetuſtatẽ pluribus in locis olim interciſa fuerit: iã nũc tñ ope, & diligentia Leonis. x. & Ximenis cardinalis, & Philippi regis catholici, ex eorundẽ patrũ cõmentarijs redintegrata circũfertur tã Græca, q̃ latinè reddita: cæteris amiſsis Græcorum editionibus, quæ prorſus perierunt.

*Latina editio Septuaginta interpretũ, per Hierony.*

8 Hanc tranſtulit Hierony. primũ ex Septuaginta, correctã ꝑ Origenẽ cũ eiſdẽ obelis, & aſteriſcis latinè appoſitis, cuiꝰ meminit ipſe, & Auguſt. in epiſt. adinuicẽ miſsis, ſed nõ in oĩbꝰ ſãctæ ſcripturę libris. Deinde ad imitationẽ Luciani, ex eodẽ trãſtulit oẽs ſacros libros, abſq; ſignorũ notulis, cõtinẽti orationis decurſu, quæ editio licet maiore ex parte perijt, certè in pluribꝰ ſacris codicibꝰ mãſit, vt in libris qnq; legis, Ioſue, Iudicibꝰ, Iob, & ꝓphetis: ꝙ apparet ex ipſius Herony. cõmen. in eoſdẽ. verſio quoq; pſalmorũ, q̃ habemꝰ in editione vulgata latina, ex hoc Hierony. ope remãſit integra, vt paulo poſt dicturi ſumꝰ; nam



uã cæteri libri ex Hebræo verſi ſunt. Hæc de veteris teſtamẽti Gręcis editionibꝰ dicta ſint. Si qs plura deſiderat, legat p̄dictos patres, p̄ſertim ipſũ Hierony. & Auguſt. locis adductis, & Euſtechiũ Eugubinũ in ope quod inſcripſit: an editio vulgata ſit Hieronymi.

## Cap. 13. de editione Gręca noui teſtamẽti, Gręciſmis, & *idiomatibus eiuſdẽ in quatuor euãgeliſtis.*

*Græciſmi explanãtur ad intellectũ vulgatæ editionis.*

1 NOui teſtamẽti ſermo Gręcꝰ ab Euãgeliſtis, & Apoſtolis cõſcriptꝰ (euãgeliũ Matth. & ad Hebręos epiſtolã excipio, de qbꝰ pluriũ opinio eſt Hæbraicè primũ fuiſſe cõſcriptã) ſuas ſeruat ꝓprietates, & idiomata, quæ Græciſmos appellamꝰ, quos ſine lingue Gręcę aliqua notitia facilè intelligere neqbimꝰ. Nec rurſꝰ velim exiſtimes me dãnare verſionẽ interpretis, abſit, ſed apoſtolorũ Gręcas phraſes, quas ad verbũ pari fide & religione vetus interpres trãſtulit, ad eiꝰ laudẽ & defenſionẽ explanamꝰ: ne quid deſit Græcã linguã, aut Hebraicã ignorãtibꝰ, quominꝰ vulgatã editione intelligãt. Eadẽ quippe ſentẽtia, alia & alia phraſi, alijs & alijs verbis reddi poteſt. Eodẽ igitur ordine ad Græciſmos retexendos euãgeliſtas iterũ ꝑcurramꝰ.

## EX MATTHAEO.

*Gręcorum phraſes explanantur in Matth.*

2 Apud Matth. c. I. ex phraſi Græcanica dicitur: Ioſiã genuiſſe Iechoniã in trãſmigratione Babylonis, ſic nãque Græcè dictũ eſt: ſed pro trãſmigratione Babylonica: ſeu in Babylonem: alioqui amphibologia eſt, Babylonios alio demigraſſe. Ibidẽ Chriſti generatio ſic erat: pro: Chriſti natiuitate: nã Geneſis ꝑter generationẽ, natiuitatẽ quoq; ſignificat Græcis. Ibidẽ: In vtero habere: Græcanicè dicitur elegãtiſsime pro ferre vterũ: ſeu grauidã eſſe: nõ dãnamus verſionẽ interp̃tis, ſed gręciſmũ, quẽ ad verbũ fideliter trãſtulit, interp̃tamur. Ibidẽ. Nollet eã traducere, ideſt, ꝓmulgare, & in publicũ vulgi ſermonẽ efferre, & fieri in populi fabulã, & exẽplũ, publicare, ſeu diffamare, & in ius vocare: hæc quippe oĩa verbũ Gręcũ importat. Sic Apoſto. ad Colo. 2. Expoliãs prĩcipatꝰ, & poteſtates traduxit cõfidẽter. Ibidẽ: Quod in ea natũ eſt, pro: genitũ eſt, aut cõceptũ, ex voce Græca, quæ ſignificat, & genitum, & conceptum, & natum: ne intelligas iam in lucem editum. Matthæi ſecundo. A bimatu & infra, dictum eſt ex phraſi Græca, pro: bimulis,

*Matt. 2. 11.*

*Matthę. 2. 16.*

ex minoribus. Ibidem: Quoniam Nazareus vocabitur: non reddit cauſam, ſed ex Græcorum more abundat, quoniã: ſicut
Matth.3. 17. paſsim in Euangeliſtis, & ſacris alijs libris.

Matt.5.5. MATTHAEI tertio: In quo mihi complacui: ex phraſi Græca tantundem eſt, ac ſi diceret: quem vnicè diligo, ſeu quem vehementiſsimo amore proſequor, ſeu in quo recreor, ſeu per quem ſum placatus. Matthæi quinto. Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur, ex phraſi Græca dixit: pro conſolationem accipient. Ibidem: Non veni ſoluere legem, ſed adimplere: more Græcorum, pro non veni ad ſoluendam, ſed ad implendam. Ibidem: Iota vnum, aut vnus apex: ex Græca editione deſſumpta ſunt hæc elementorum nomina, quo appa ret interpretem è codice Hebraico non tranſtuliſſe, ſed è Græco: dicturus alioqui: iod, & de apicibus nil
Matth.6. 14. appoſiturus, cum nondum ea eſſent in Hebraica lingua. Ibidem: Volenti mutuare à te, pro cupientem mutuum accipere à te. Matthæi ſexto. Orationi Dominicæ in editione Græca huiuſmodi coronis additur: Quia tuum eſt regnum, & po-
Matth.7. 29. tentia, & gloria in ſæcula ſæculorum. Sed non recepit in canonem Eccleſia, quia in editione vulgata non habetur. Mat-
Matth.9.3. thæi ſeptimo: Erat docens ſicut poteſtatem habens: ideſt, authoritatem: nam vox Græca ſignificat authoritatem, poteſtatem, & ius faciendi aliquid. Matthæi nono: Blaſphemat: verbum Græcum, ideſt, detrahit Deo, & authoritatem minuit, vel ſumit ſibi quod Deo ſoli tribuendum eſt. Sic parum infra:
Matth.11. 6. Telonion, vox Græca, pro locus eſt in quo publicani ſedent exigentes tributum, Matth.10. Simplices ſicut columbæ: Græca vox ſignificat expertes iniuriæ, innocentes, & mites. Matthæi.11. Pauperes euangelizantur: Græcanicè dixit: pro, pau-
Matth.13. 22. peribus affertur lætum nuntium, eam quippe ſignificationem, & conſtructionem habet verbum Græcum euãgelizo, de quo ſupra diximus. Ibidem: Confiteor tibi pater, ideſt, gratias ago, ſeu laudo. Matthæi.13. Ille non habet radicem, qui perſecutione propter verbum ſcandalizantur: verbo Græco vſus eſt ac ſi diceret, offenditur tribulationibus, quominus credat euã-
Matth.14. 2. gelio. Sic ſtatim: Angeli Dei colligent ſcandala, ideſt, eos, qui in virtutis fuerunt obſtaculo, & offendiculo. Matthæi decimo quarto. Virtutes operantur in eo, ideſt, miracula patrantur, & fiunt per illum. Græcum enim ſic quoque verti po-





teſt: virtutes operatur, ſcilicet, Ioannes. Ibidem: Saltauit filia Herodiadis, ex verbo Græco intelligimus, laſciua geſticula- Matth.17 24.
tione, vt fit in choreis, ſaltauiſſe: Prodeſt ad mores: nam in præmium impudicæ ſaltationis, tãti prophetæ, honeſtiſsimi ac ſanctiſsimi viri caput datur. O tempora, ò mores. Ibidem phantaſma: vox græca, ſpectrũ, & terriculũ nocturnũ ſignificat. Rurſus, mergi, pro, vndis marinis inuolui: ob earũ tumultũ è vẽtorum vi: Matth.17. Magiſter veſter non ſoluit didragma: & ſtatim: da ſtaterem pro me & te: Stater quatuor dragmis valet, quantum & ſiclus: didragmum duobus dragmis: dragma pluſquam vno argenteo hiſpanico, quod viritim penſitabant. Matth. 18. Ponere rationem: Græcè dicitur pro conferre, aut ſuſcipere Math.18. 23.
computum. Matthæi.20. Dare animam ſuam pro multis, ita Matth.20 28.
Grçcè ad literam: ſed phraſis eſt, pro multitudine, ſeu populo, vt omnes ſignificet. Nam vt Ioannes ait: Mortuus eſt non ſolum pro peccatis noſtris, ſed totius mundi, niſi quoad efficaciam intelligas pro multis: quoad ſufficientiam pro omnibus. Matth.21. In qua poteſtate facis: ideſt, qua authoritate, & quo iure. ſic vox Græca. Ibidem fodit torcular: pro, effodit locum, ſeu pilam ſubtus terram, in qua muſtum ab agricolis vuarum racemos calcantibus exprimitur: vulgo dicitur, xaraiz: vt non intelligas lignum inſtrumentum quod effodi nõ
poteſt. Matth.23. Dilatant philacteria: appellant Græci phila- Matth. 24 5.
cterion: conſeruatoriũ, videlicet, membranam, in qua deſcripta erant Dei prçcepta, quam fronti & brachio circumponebãt phariſæi ad oſtentationem: vt ſanctiores legis obſeruatores viderentur: quorum hypocriticum ſtudium damnat Dominus.

EX MARCO.

3 MARCI primo: Erat Ioannes in deſerto baptizans: Grçcanicę phraſes in Marco explanantur. Marc.1.
Atticiſmus eſt: pro, baptizabat, & baptizare verbum eſt græcum à latinis vſurpatum: Dictus eſt autem baptiſmus Ioannis pœnitentiæ: quia diſponebat ad pœnitentiam ſuſcipientes, vt remiſsionem peccatorum per Chriſtum faciendam con
ſequerẽtur. Marc.2. Conuenerũt multi, ita vt nõ caperẽt, neq; Mar.2.2.
ad ianuam: ſic vulgo: No cabian ala puerta. Codex Græcus habet: ita vt non caperent, neq; quæ ad ianuam, Scilicet, proſtibula, quæ relinquuntur pro ſtatione ſalutatorum, non capiebant tantam hominum multitudinem, ſic noſtra litera exponenda eſt. Ibidem: Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores Gręcis

Math.6.17 cis additur,ad pœnitentiã:quaſi interpretatio eſt noſtri textꝰ.
cap.6.Herodes miſit,tenuit Ioannẽ,vinxit:pręterita pro acri-
Mar.14.1. ſtis:miſerat,tenuerat,vinxerat:refertur enim per recordatio-
nẽ,nã iam olim geſtũ erat. Cap.4.Paſcha & azima.Ibidem A
labaſtrũ vnguẽti, nardi ſpicati pretioſi:Matth.piſtici dixit, id
eſt,fidelis,& probati.Nã piſtis, Græcis eſt fides, quaſi diceret
vas alabaſtrinũ vnguẽti pretioſi è nardo piſtica &probata,niſi
ſpicati dixerit pro cõfecto ex ſpica nardi.Ibidẽ,lagenã aquæ,
ideſt,aqualẽ fictilẽ aqua plenã. Ibidẽ: Anathematizare,ideſt,
Mar.15.42 deteſtari, deuouere,vel execrari.cap.15.Praſceue, quod eſt an
te Sabbatũ,ideſt,dies præparatoriꝰ eorũ, quæ neceſſaria erant
ad celebrandã Sabbathi feſtiuitatem.

## EX LVCA.

Grçcanicę phraſes explanantur in Luca.

Cap.1. Vt cognoſcas verborũ de quibus eruditus es verita- 4
tẽ,ideſt,quã certi ſint hi ſermones,quos viua voce cũ cathecu
menus eras, edoctus fuiſti.Ibidẽ:Miſſus ſum hæc tibi euangeli
Luc.1.4. zare,ideſt,vt hoc tibi lętũ nũtiũ perferrem. Ibidẽ: Maria abijt
in Mõtana in ciuitatẽ Iuda: Nõ in Bathlehẽ,quæ ꝑ anthonoma
ſiam ciuitas Iudæ appellabatur,tanquã illius tribus metropo-
lis: ſed propter articulũ Græcis additũ,in quandã ciuitatẽ Iu-
dæ,in qua habitabat Zacharias in Mõtana, cuiꝰ vſq; hodiernũ
diem veſtigia manent,quæ tametſi eo tẽpore nõ niſi oppidulũ
Luc.6.35. ex ruinis erat,tamen ciuitatis antiquæ nomen retinebat.Cap.
6.Ipſe benignus eſt ſuper ingratos & malos: vox Græca ſigni-
ficat cõmodum,humanum,ac facilem ad gratificãdum. Ibidẽ:
Nolite iudicare & nõ iudicabimini: vox Gręca,etiã ſignificat ac
cuſare:vt dictũ quoq; ſit: Neminẽ accuſetis,niſi ipſi accuſari ve
Luc.16.26 litis.cap.16.Inter nos& vos chaos magnũ firmatũ eſt,ideſt,hia
tus magnus,vorago latiſsima,& altiſsima fouea intercedit,vt
Luc.23.55. nequeamus vltro,citroq; cõmeare.Cap.23.Dies erat paraſce-
ues:ideſt,pręparatorius,in quo pręparabãt neceſſaria ad feſtũ,
& Sabbatũ illuſceſcebat: ideſt, iã aduentabat ingreſſurus ad
Luc.24.13 occaſum ſolis,ac ſi inciperet ad initium lucis,vt Græcis. Cap.
24.Ibant in caſtellũ,ideſt,oppidum:appellant enim Palæſtini
oppida,caſtella,quia olim erant muris cincta.

Grçcanicę phraſes explanantur in Ioãne.

## EX IOANNE.

CAPITE primo dictio:verbũ: multoties repetita,Græ- 5
cis eſt logos, quod indiſcriminatim ſermonem quoq; ſignifi-
cat.



cat.Sic Sapiẽ.18.Cum quietum ſilentium tenerent omnia,om
ni potens ſermo tuus è regalibus ſedibus proſiliuit. Ita quoq;
Matth.21.Interrogabo vos vnum ſermonem:pro, vnum ver-
bum, nam Græce eſt eadẽ vox.c.2.Architriclinus, præfectus Ioan.1.1. Sap.18.15.
eſt magiſter triclinij, ſiue trium lectorum: nam olim in lectis Matth.21.
accumbebant, erãtq; illis vice menſarum noſtrarum. Capit.4. 24. Ioã.2.9.
In ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar:pro, Sichen: ſic e-
nim in Geneſi legis,ſed tempore Chriſti iam vulgo corruptè Ioan.4.5.
pronuntiabatur, pręſertim quod Græcis peculiare eſt omnia
Hebraica paulo ſecus quàm Hebræi proferre, & conſcribere.
Caput.5.Probatica piſcina Græce:ſuper Probatica piſcina: lo Ioan.5.2.
cus erat, in quo pluuiæ colligebantur: probatica à voce Græ
ca,probaton,ideſt,ouis,quaſi forum ouium,vbi oues ad ſacri-
ficium mactabãtur.Ibidem: Quia filius hominis eſt,nolite mi-
rari:ſic enim Græcis eſt colon:latinis verò ſic:Dedit ei iudiciũ
facere,quia filius hominis eſt,vt homo homines, à quibus ſpre
tus eſt, ſit iudicaturus.Capit.8.In Gazophilatio, videlicet, in Ioan.8.20.
atrio maiore,vbi erat arca pecuniaria, quam primus inſtitue-
rat rex Ioas. Cap.10.Facta ſunt Encænia, feſtum erat renoua- Ioã.10.22.
tionis, & inſtaurationis altaris per Iudam Machabæum,quod Ioã.19.13.
contaminatum fuerat ab Antiocho.1.Machabæorum.4.Inſu-
per capit. 19.Lithoſtrotos,quaſi lapidibus ſtratum, ꝗ ſoleant
iudicum tribunalia ab humo lapidibus quadratis altius excita-
ri.Ibidẽ:Propter paraſceuẽ Iudæorum,ideſt,quia iam paraſce
ue,ideſt,dies pręparatorius vergebat ad veſperam inſtante iã
Sabbato, quaſi diceret: Ne Sabbatum pręueniret eos, ante-
quam ſepeliendi opus finirent. Capit. 21. Græcis:ſic eũ volo Ioã.21.22.
manere,ideſt,ſic volo eum ſeruare ſuperſtitem vſq; ad meum
aduentum: vel non ſequi me eodem genere mortis, & marty-
rij quo tu,quid ad te?.

## Caput.14. De vulgata editione Latina, à quo *& quantæ authoritatis ſit, & an ſit in dubijs recurrendum ad eam, & de eiuſdem conſenſione cum Hæbraica, Chaldaica, & Græca veritate.*

De latinis editionibus.

IN primis fidei tpbus cũ romę florere cępiſſet chriſtiana
religio, nõ fuit inter patres ꝙ integros diuinę ſcripturæ 1
libros in latinũ ſermonẽ trãsferret, ſed quodquiſq; vtri
uſq; linguę peritꝰ opꝰ habebat, ex gręca ſeptuaginta interpretũ
editione, quę in vſu erat, auſꝰ eſt interpretari. Vnde quaſi e cẽ

Itala editio e ſeptuaginta.

tonibus cõpilatã, non in omnibus, ſed in quibuſdã libris italam
quandã editione habebant, non integrã, nec vndequaq; perfe
ctã, ſed primę editioni ſeptuaginta, in qua multa deerãt, in plę
riſq; reſpondentẽ. Ita diuus Auguſtinꝰ lib. 18. de ciuit. ex ſeptu
aginta interpretatione inquit, in linguã latinã interpretatũ eſt
ꝙ eccleſię latinę tenẽt. Id quoq; teſtatur Hieronymꝰ ſępiſsime.
Ob id non ſolũ gręci, verũ latini patres ante Hieronymi edi-
tionẽ, ſeptuaginta latine verſos ſecuti ſunt, vt Arnobiꝰ Lactã
tius, Ciprianus, & alij,

Hieronymi editio è ſeptuaginta.

POST id vero temporis, diuus Hieronymꝰ trium lingua
rũ peritiſsimus, Originem imitatus, è gręca editione ſeptuagin 2
ta aſteriſcis & obelis pręfixis tranſtulit libros aliquot è diuinis
literis. Deinde ex eadem integra, & continenti, vt erat a Lucia
no martyre reſtituta, ac perfecta, latinã quoq; integrã fecit edi
tionẽ, ſine ſignorũ notulis perpetuo decurrentẽ: cuius & Augu
ſtinꝰ meminit in epiſtolis ad Hieronymũ ſcribẽs, & Hieronymꝰ
etiã reſpõdẽs Auguſtino, & in pręfatione ad Iob poſteriore.

Vulgata editio hieronymi approbatur à Damaſo.

Verum cum illa ab hebraica veritate in multis diſſentiri vi-
deretur, ex hebręorũ codicibus iterũ vniuerſam ſcripturã ipſe
Hieronymꝰ tranſtulit in latinũ ſermonẽ, quã Damaſus Roma
nus pontifex approbatã eccleſię catholicę legendã tradidit, &
euulgauit: vnde & vulgatę editionis latine nomẽ ſuſcepit. De
hac ſic loquitur Auguſt. li. 18. de ciuitate Dei: Pręſbyter Hiero
nymꝰ homo doctiſsimus, & omniũ linguarum trium peritꝰ, ex
hebręo in latinum eloquium diuinas tranſtulit ſcripturas. Quę
quidẽ editio initio nõ fuit recepta ab oibus, reluctãtibꝰ nõnul
lis eccleſijs ob veterẽ & receptam ſeptuaginta interpretum au
toritatem, quod ibidem teſtatur Auguſtinus. De qua repaſsim
conqueritur Hieronymus, pręſertim in prologis. & ſacrorum
librorum pręfationibus. Poſt Damaſi vero Romani pontificis
approbationem, omnes latinę eccleſię eam auidiſsimè ſuſcepe-
runt in omnibꝰ ſacris libris pręterquam in pſalmis, quos ob in
veteratã pſallendi in eccleſijs conſuetudinem non potuerunt,
prout erant memorię traditi, ex editione Græca non re-
ſeruari



ſeruari. Hanc ergo vulgatam editionẽ quę per omnia (pręterq̃

Concilium Tridẽtinũ.

in pſalmis) reſpõdet Hebręis, nouiſsime ſacroſancta Synodꝰ
tridẽtina approbauit, & ceteris latinis editionibꝰ innumeris,
quę circũferũtur, prętulit, & authẽticã haberi decreuit, ita vt ne
mo deinceps audeat eã quauis occaſione reijcere, aut nõ admit
tere: ceteras vero editiones latinas, qualis eſt Pagnini, & aliorũ

Aliæ editiones latine non damnantur.

fideliũ, in quibꝰ nil erroris admixtũ eſt, non dãnat, ſed permit
tit, vt ſint velut huius interpretationes. Vnde ſi in hebręorum
aut gręcorũ approbatis codicum editionibus aliter legimꝰ, quã
in ea, dũmodo nõ aduerſetur, vtrobiq; ſenſus catholicꝰ eſſe põt
& vterq; ſcripturę ſanctę, ita vt nullus ſit reijciendꝰ: poſſunt e-
nim verba hebręa, chaldaica, aut gręca plures interpretationes
ſuſcipere, vt diximꝰ, quarũ vnã catholicã vulgata habet editio:
ceteras quia ſimul trãferre non potuit, in eiſdẽ originibꝰ à viris
doctis, & linguarum peritis conquirendas, & eruẽdas reliquit.

Quandoad origines, quando ad vulgatã recurrendũ.

Quare ad alios ſacros ſenſus eruendos, erroreſq; ex typogra
4 phorũ in curia corrigendos, ſi forte irrepſerint in noſtris codi
cibꝰ, aut hęreticorũ peruerſitate, vt his tẽporibꝰ accidit, ꝗ in ip-
ſis bibliorũ impreſsionibꝰ multas hęreſes inſeruerũt, quas in cẽ
ſura gñralis inquiſitionis videre licebit: tũc à viris linguarũ peri
tis recurri poterit ad veritatẽ hębraicã, & chaldaicã in veteri te
ſtamento, in nouo vero ad gręcã tanquam ad fontis originẽ: vt
ſępe olim docuit Hieronymꝰ pluribus in locis ſuorũ operũ, pręſertim in euangeliorũ pręfatione, & in epiſtola ad Sunniam &
Fretellã. Ad dignoſcendũ vero anſit verũ quod eſt in editione
vulgata, reſpõdeatq; hebraicis, chaldaicis, aut gręcis originibꝰ
vt inde authoritatẽ & certitudinẽ habeat, quod legimus in illa:
non opus eſt poſt concilij Tridentini approbationẽ ad chaldai
cos, hebraicos, aut gręcos codices recurrere. Quinimo mẽdatiũ
etiã erroris inſertũ vetuſtiſsimorũ codicũ latinorũ collatione
iam poterit deprehẽdi, & reprobari. Ita enim & Hieronymi ſẽ
tentiã tuemur, & concilij decretũ, & vulgatę editionis authori
tatẽ venerãtes deoſculamur, & amplexamur. Hinc liquet in tri
bus primarijs editionibus incorruptis cũ noſtra vulgata latina
contradictionẽ nõ reperiri, vt in libro de cõſenſione editionũ
oſtẽdimꝰ. Si autẽ in poſterũ aduerſari reperiatur, credendũ eſt
ꝓculdubio hebręorũ, aut gręcorũ codices eſſe falſatos, integrę
veritatis manẽte latina vulgata editione ob eccleſię vniuerſalis
approbationẽ: quare illi ſtandũ eſt. Verũ eſt tamen quod qui
linguarum

linguarũ idiomata norunt, luce meridiana clarius collatis codi
cibus originarijs in eis reperient mutationis innouationem.

Conſentio vulgata.cũ originibus

His vero tẽporibꝰ neſcio quis ſpiritus hebręorũ literaturæ 5
homines audiſsimos excitauit, q ſub prętextu veritatis hebrai-
cę, noſtrę vulgatæ editioni petulãter ſuggillarẽt, ac ſecus in ea
quã in codicibꝰ originalibꝰ haberi contenderẽt: quod q̃ gratis
aſſertũ eſſet, & ab ipſa veritate alienũ, in libris pręd ictis eorũ ig
norantiã ꝓpalantes cõmonſtrauimꝰ, vbi per oĩa cõſentire vul
gatã latinã editionẽ cũ hebraica veritate, chaldaica, & gręca ſa
tis aperuimꝰ. Nã & ſi primo aſpectu longe aliud transferre vi-
deatur, q̃ habeatur in ipſis, re tamen interius perſpecta, reperie
tur ibidem ipſemet ſenſus, quem transfert.

1. radix cõ ſenſionis.

Primũ omniũ id accidere põt, ex varia hebraicarũ vocũ ſig 6
nificatione, verbi gratia. Pſ. 3. legimꝰ in editione vulgata: quo-
niã tu percuſsiſti oẽs aduerſantes mihi ſine cauſa, dẽtes peccato
rũ cõtriuiſti. Sic quoq; ſeptuaginta, quos (vt diximꝰ) ſeqtur in
pſalmis editio noſtra: At in editione diui Hieronymi ad verita
tẽ hebraicã habetur: Percuſsiſti omnes aduerſantes mihi in ma
xilla. Vbi prima frõte ignorantibus rẽ, apparebit alterã editio-
nẽ eſſe mendacẽ, ſed nõ eſt prorſus, imo vero vtraq; veriſsimẽ
trãsfert, nã verbũ: Lechi, vtrunq; ſignificat hebręis, & fruſtra &
maxillam, quare vterq; ſenſus catholicus, & uterq; veritatis
hebraicæ, nam editio vna tranſtulit vnũ, altera alterum, cuius
generis exempla paſsim occurrunt in ſacris literis.

pſal. 3. 8.

2. radix cõ ſenſionis.

Quinimo & abſq; pluralitate ſignificationis in verbis hebra
icis accidit diuerſa veraciter trãsferre ex varia pũctatione, vt ſu 7
pra diximꝰ: nã cum hebręi careãt vocalibꝰ, omneſq; literæ ſint
cõſonãtes, fieri potuit, vt rabbini, qui pũcta & motiones ſubtꝰ
literas pro vocalibꝰ addiderũt, vt in vnã tantũ pũctationẽ ver
bũ coarctarẽt, ꝙ plures poterat habere, & ſingularũ plures ſig
nificationes. Quod maxime notãdũ eſt ad intelligẽdã fęcũdita
tẽ ſenſuũ ſacrarũ literarũ, ſed de hoc ſupradiximus capite. 13.

3. radix cõ ſenſionis.

Immo vero ipſa hebræorũ phraſi & natiua linguæ cõſuetu-
dine accidit nõ raro, vt eadẽ dictio cũ eadẽ ſignificatione & pũ 8
ctatione poſsit nõ ſolũ ĩ diuerſos ſẽſꝰ trãſferri, verũ in cortice &
prima fronte cõtrarios. Appoſitiſsimũ exẽplũ eſt Michee vati

Micheæ.

ciniũ cap. 4. de loco vbi Chriſtꝰ erat naſciturus, quẽ Matth. af-
fert cap. 2. Ita legimꝰ hebraice: Tu Bethlehẽ Ephrata, paruulꝰ vt
ſis in millibꝰ Iuda, quod editio vulgata apud Malachiã vertit:
Tu



Tu Bethlehẽ ephrata paruulꝰ es. Apud Matth. vero ipſamet
trãsfert: nequaquã minima es. Quæ ad verbũ videntur pugnan
tia, & tamẽ vterq; ſenſꝰ eſt prophetę, & literalis. Id vero vt fiat
notiſsimũ animaduertendũ eſt primũ: hebręis Bethlehẽ, maſcu
linũ genꝰ eſſe, tametſi nobis ſit fæmineũ: vnde interpres qui nõ
ſolũ ſenſuũ, ſed & verborũ obſeruantiſsimꝰ fuit, tranſtulit (vt
reperit) paruulus, non paruula. Deinde Malachias, Bethlehem
cognominauit Ephrata, ad differentiã alterius, quę erat ſub Za
bulone. Hæc enim ſub tribu Iudę Ephrata cognominata eſt, vt
Geneſi. 35. dicitur: Mortua eſt Rachel & ſepulta eſt in via, quę Gene. 35. 19
ducit Ephratam, hoc eſt, Bethlehem. Proinde apertioris intel
ligentiæ gratia Matthæus adducẽs hoc vaticinium: pro Ephra
ta, poſuit: terra Iuda, quaſi ęquiualens.

duplex ſen ſus vaticinij Malachiæ.

9 Eſt ergo geminꝰ ſenſus vaticinij: prior ex ipſa literę planitie
ſumitur, ſcilicet, Bethlehẽ Ephratęã, ſeu terrã Iuda, numero ci-
uiũ paruulũ eſſe oppidulũ. Hũc ſenſum ſecuti ſunt ſeptuaginta
interpretes apud Malachiã: & chaldæus paraphraſtes Ionathæ
& ipſa vulgata latina editio ibidẽ. Alter ex ipſa linguæ hebrai
cæ phraſi, & eloquẽdi cõſuetudine: Hebræi nãq; gñre neutro ca
rentes, maſculino, & feminco vtuntur pro eo quã ſępiſsime, vt Gene. 2. 18
bonꝰ pro bonũ. Sic Geneſ. 2. Non eſt bonũ hominẽ eſſe ſolum:
Hebraice eſt non bonꝰ. Sic vnã, pro vnũ pſal. 26. Vnam petij à pſ. 26. 4.
dño, & hanc requirã, pro vnũ petij, & hoc requirã. Ita Hiero-
nymus in calce commentariorũ in caput ſeptimũ Eccleſiaſtes:
Quod nos (inquit) ſolemꝰ abſolute, & neutraliter dicere, vt hoc
quęſiui, illud volui inuenire, hebręi fęmineo genere, aut maſcu
lino pronuntiant: vt illud Eſai. 7. Nũquid parum eſt vobis mo esaia. 7. 8.
leſtos eſſe hominibus, pro quo hebraice: paruulus vobis. Et E-
ſai. 49. Parum eſt vt ſis mihi ſeruus ad ſuſcitandas tribus Iacob: esaia. 49. 6
hebræi habent: paruulus vt ſis. Ad eundem modum in vatici-
nio Malachiæ hebraicæ habetur. Tu Bethlehẽ Ephrata paruu-
lus vt ſis, pro, parũ vt ſis in millibꝰ, aut principibus Iuda, quod
eſt, nequaquam minimam eſſe inter vrbes Iudæ, ſed potius ip-
ſam præ cæteris dignitate maximam. Atq; hunc ſenſum tran-
ſtulit Euangeliſta Matthæus, vt natione Hebræus, & natiuæ
linguę diligentiſsimꝰ, quẽ ſecuti ſunt interpres gręcus Matthęi
& noſtra editio vulgata Hieronymi. Quare & Bethlehem eſſe
minimam numero ciuium, & nequaquam minimam natiuita
te principum, nõ ſolum eſt ab expoſitoribus conſenſio locorũ
in

in ſpecie contrariorum,ſed vterque ſenſus Hebraicę veritatis,
& literalis prophetæ; è cuius litera,diuino ſpiritu in Malachia,
qui pręceſsit Chriſti aduentum,tranſtulit interpres,cum Chal
daico,& Septuaginta,id in quo erat minima, ſcilicet, numero
ciuium:poſt Chriſti verò ortum ex eadem litera , vertit cum
Matthæo,id in quo erat maxima,nempe dignitate,ob Chriſti
natiuitatem.

Explanatur reſiduum vaticinij.

SVBINDE EODEM Spiritus ſancti artificio vſus
eſt in verſione ſequentis verbi,ſcilicet, Aleph : quod & mil- 10
lia & principes ſignificat,nã in propheta tranſtulit,ſicut & in
Septuaginta,in millibꝰ,ſcilicet,ciuiũ,quorũ numero Bethlehẽ
erat minima:in Matthæo autem vertit cum editione Græca,
in principibus,quorum ortu,pręſertim Chriſti , illuſtrata erat
dignitate maxima. Sic in libris de editionum differentia, & cõ
ſenſione hunc locum explanauimus:ſed de huius loci interpre
tatione,in noſtris ad hiſtoriam euangelicam commentarijs fu
ſius diximus.

## Caput.15. De idiomatibus,& vulgaribus phraſibus *editionis vulgatæ latinæ in quatuor Euangeliſtis.*

SVNT autem in hac editione vulgata catholica plu-
res vulgares phraſes , quas ad ſacrorum voluminum, 1
pręſertim euangeliorũ intelligentiam, & vulgatæ edi-
tionis illuſtrationem, ex vulgari loquendi more interpretari,
& annotare, operæpretium eſt.

### EX MATTHAEO.

Vulgares phraſes explanautur ĩ Matthęo

Matth. 1.6.
Ibidẽ.18.
Ibidẽ.25.

MATTH.1. Ex ea, quæ fuit Vriæ: pro Bethſabee poni
tur:ſic mulieres ex vulgari phraſi nominibus virorum nomi-
nãtur,la de fulano,quaſi per notius. Ibidem: Antequam cõue-
nirent , inuenta eſt in vtero habens . Ex vulgari phraſi dixit,
pro nunquam congreſſu connubiali conueniſſe:ſic namq; vul
go de iudice iniquo dicimꝰ : priuſquã vtrãq; partem audiret,
ſententiã tulit . Nec ſequitur poſtea audiuiſſe. Rurſus ibi: Non
cognoſcebat eã donec peperit:iuxta ſenſũ Chriſoſtomi,illiꝰ di
gnitatẽ non agnouit , donec angelorũ choros in Chriſti nati-
uitate conſpexit:ſic vulgo: No conoceys cõ quiẽ hablays. Sed
aliter iuxta vulgarẽ phraſim,cognoſcere mulierẽ eſt,cũ primũ
pro



cognoſcitur eſſe fœmina. Vnde uulgo: No ſe ſi es muger ,pro:
non habui rem cum ea, quia tunc familiarius tractatur quaſi
res notiſsima. Itaq; Ioſeph nunquã ſic cognouit Mariã perpe-
tuo Virginẽ. Nec quia additur: donec peperit, ſequitur poſt par
tum cognouiſſe, ſic vulgo: Non peperit mulier donec vixit, vt
de Michole dicitur. 2. regum. 6. at poſt mortem certum eſt non
peperiſſe. Ita Geneſ. 8. dicitur non eſt reuerſꝰ coruus ad arcã, do
nec ſiccaretur aquę: At nec poſt deſiccatas. Sic pſa. 109. dicitur
ſedere à dextris patris filius, donec ſtrauerit aduerſarios illius
perpetuo tamen ſeſſurus: Matth. 4. oſtẽdit ei omnia regna mũ
di, ideſt, magnam partem eorum per hyperbolem tropum, &
vulgarem phraſim abſq; mendatio. Sic illud Ioan. 12. Totꝰ mũ
dus poſt eum abijt, & illud Rom. 1. Fides ueſtra annuntiatur
in toto mundo. Matth. 6. Nolite ſolliciti eſſe in craſtinum, cra-
ſtinus enim dies ſollicitus erit ſibi ipſi ; ſufficit diei malitia ſua:
ſollicitum fore dixit, pro ſollicitudinem afferet, & malitiã pro
labore: quaſi diceret; labor quotidianus non eſt augendus, cu-
ra futuri. Sic vulgo. Malos dias, pro laborioſis. Ita in Geneſi Ia
cob: Dies mei pauci & mali. Et Paulus : ſcientes quoniam dies
mali ſunt. Matth. 7. vulgariter dixit : noſtis bona data dare fi-
lijs veſtris, pro : bona dona ſic vulgo: Buen dado le de Dios.
Matth. 10. Non conſũmabitis ciuitates Iſrael, donec veniat fi-
lius hominis: vulgaris phraſis. No acabareis las ciudades : pro,
non facietis finem prædicandi in illis, cum ego ſubſequar vos.
Ibidem: pax veſtra reuertetur ad vos, ideſt, contemptam ab il-
lis ſalutationem veſtram & pacem ad vos denuo recipite, patiẽ
ter ſufferte ; non enim amittetis mercedem . Si vulgari phraſi
ſpreta ſalutatione dicere ſolemus: poſthàc ipſi eam mihi ſerua-
bo. Alioqui reuertetur ad vos: idem eſt ac, non eſtis perdituri
mercedem vobis promiſſam. Matth. 11 . Tu es qui venturus es
an alium expectamus ? Affirmatio eſt per interrogationem,
quaſi diceret: Vere tu es, nec alium expectamus : vt vulgo dici
ſolet: hic tuus pater eſt, num quæris alium? Nam adiuncta in-
terrogatio rem magis confirmat. Sic Ioan. 9. Cæcus ait: Dixi
Ieſum meos aperuiſſe oculos: num vultis iterum audire ? quaſi
diceret, nequaquam opus eſt. Matth. 12. Sacerdotes ſabbatum
violant, & ſine crimine ſunt ; ideſt: profanant & operantur
eo die, perinde atq; profeſto in miniſterio templi , & non eis
imputatur quod legis pręceptum de obſeruatione ſabbati trãſ
grediantur

2. reg. 6. 23
geneſ. 8. 7.
Pſal. 108. 1
Math. 4. 8.
Ioan. 12. 19
Rom. 1. 8
M,th. 6. 34.
gene. 47. 9
epheſ. 5. 16
Mtt. 7. 11.
Math 10. 2.
Ibidem. 13
Math. 11. 3.
Math. 12.

grediantur. Ibidem. Spiritus autẽ blaſphemię non remittetur:
Ibidem.31. vulgariterdixit, &cõtra poſitione caſuum, ꝑ antiphraſim, vſus
eſt: ſpiritus blaſphemiæ: pro blaſphemia ſpiritus, nã gręce blaſ
phemia. Eis topnẽ maęgion, ideſt, in Spiritũ ſanctũ, vt ſtatim
ſub nectitur: qui peccauerit in Spritum ſanctũ non remittetur
ei: Tum etiã non remitti, pro, difficile remitti poſuit iuxta vul
garem phraſim. Math.13. Malos piſces foras miſſerunt. Vulga
Mat 13,48 ri phraſi malos dixit, pro putridos, venenoſos, eſui non aptos.
Math.18.7 Sic vulgo: es malo, no es de comer. Math. 17. Væ mundo à ſcã
dalis: vulgari phraſi dictum eſt, quaſi diceret: Infelicißimus eſt
mundus propter ſcandala, quę puſillis meis aſsidue dat. Math.
Math20.15 20. Oculus neq̃, pro, inuido, ſic vulgo: Teneis mal ojo, ideſt, inui
Ibidem.22 des, Ibidem. Bibere calicem: pro ferre ſupplitium, quod ip-
ſe toleraturus erat: Sic vulgo dare alicui: Vn mal trago, eſt
afflictionem, ſeu laborem illi inferre. Matthæ.21. Interroga-
Mat.21.24 bo vos vnum ſermonem, pro verbum vnum: nam vox Græca
Logos, vtrumq; ſignificat: & eſt vulgaris phraſis: Reſponded
me à vna palabra: niſi per Hebraiſmum, ſermonem, pro re, po
Mat.22.10 ſuit, quaſi diceret: Interrogabo vos rem vnam. Matthæ. 22.
Impletæ ſunt nuptiæ diſcumbentium, pro, locus conuiuij nu
ibidem.13. ptialis impletus eſt diſcumbentibus. Sic conuiuium plenum
dicitur. Ibidem. Mittite in tenebras exteriores, ideſt, obſcu-
riſsimas, ſeu denſiſsimas, & à vera luce longe alienas ac ſemo-
tas: ſic enim vulgo appellamus: exterius, quod longius abeſt.
Mat.23.24 Matthæ.23. Excollãtes culicem, camellum deglutientes: quaſi
prouerbium ex vulgari phraſi tritum, quaſi diceret: in mini-
mi: ſuperſticioſi, in maximis negligentes: vulgo. Allegadores
dela ceniza, derramadores dela harina, ſi accommodes ad ne-
glectum mandatorum Dei. Matthæ.25. Intra: in gaudium
Mat.25.21. Domini tui, poſt verbum, intra, colon eſt conſtituendum.
Sic, intra: ſcilicet, indomum meam, in gaudium domini tui,
quaſi dicat, in maximum gaudium meum: vulgari phraſi dici-
mus. Para mucho gozo de vueſtros padres ſeays venido. Mat
thæ.26. Spiritus promptus eſt, caro infirma, ideſt, dæmon ten-
Mat.26.41 tator animoſus & potens eſt, caro, ideſt, homo inbecillus, vt ſi
ne Dei adiutorio reſiſtire non poſsit, pro inde vigilandum &
orandum, ne ſuccumbamus. Sic Luc.9. Spiritus pro dæmone:
Luc. 9.39. ſpiritus allidit illum. Adhunc ſenſum Petrus dixit: ſobrij eſto
1.Pet.5.8. tę & vigilate, quia aduerſarius veſter diabolus tanquam leo
rugiens



rugiens circuit quærens quem deuoret. Matth.27. pretium
ſanguinis, ideſt, mortis pretium, quo fuit empta cædes homi- Math.27.6
nis innocentis. Sic paulo poſt: ſanguis eius ſuper nos & filios
noſtros, ideſt, ſi quæ pœnæ dandæ erunt ob eius mortem, da
bimus eas nos & filij noſtri. Sic vulgo: vender o comprar la ſan
gre del juſto.

## EX MARCO.

MAR.1. Nõ ſinebat dęmonia loqui, quia ſciebant eum, vul Vulgares phraſes explicant in Marco.
gari phraſi, pro quia dicebãt ſe noſſe Chriſtũ: alioqui dęmõ nũ
quã fuit certus de Chriſto, donec ad inferos deſcendit ſpoliatu
ros eos animabus ſanctorũ patrum: ad hũc modũ dicebãt alibi, Mar.1.34.
ſcim⁹ te filiũ Dei eſſe: & Chriſtũ, ſed mẽtiebantur, niſi ſcire, pro
ſuſpicari vſurpauerint. Mar.3. Irruebãt in eum, quotquot habe Mar.3.10.
bant plagas, ſeu flagella, vulgari phraſi appellauit afflictiones, Mar.4.36.
quibus Deus corripit homines. Cap.4. Aſſũmunt eum vt erat Ioan.4.6.
in naui, ideſt ſuceperunt eũ traijciendum, vt ſe cõpoſuerat in Mar.5.7.
naui iacentẽ ſuppoſito ceruicali. Ita illud: Sedebat ſic ſupra fon Ibidem.
tẽ. Cap.5. Quid mihi & tibi, ideſt, quid rei tibi mecũ, ſic vulgo.
Que tenemos q̃ ver vos y yo, por, q̃ teneys que ver conmigo.
Ibidẽ. Adiuro te per Deum, pro, rogo te, & per Deũ te obteſ- Ibidem.23
tor, & quaſi illius ſacramento te conſtringo, quod nõ me tor- Mar.6.8.
queas. ibidẽ. Filia mea in extremis eſt: vulgaris eſt phraſis, pro,
in ſummo & extremo vitæ diſcrimine. Cap.6. Dedit eis pote- Ibidem.9.
ſtatem ſpirituũ immundorũ: pro aduerſus ſpiritus immundos.
Ibidem. Ne induerentur duabus tunicis, vulgari phraſi. No te-
ner dos veſtidos, ideſt, ne haberent duplicia mutatoria veſtimẽ Mat.5.40.
ta, alioqui tunicã & pallium ſemper defferebant, vt Math.5. in Ioa.19.23.
nuit Domin⁹, ſiquis voluerit auferre â te tunicã, dimitte ei & pal
lium. Et Ioan.19. Veſtimenta Chriſti diuiſerũt, tunicã vero in Mar. 6.21.
conſutilẽ, integrã reliquerunt, mittentes ſortes ſuper eã. Ibidẽ
Natalis ſui cęnam, vulgari more dicimus. La fieſta de ſu naſci- Ibidem.22
miento: pro cænam in natalitijs ſuis. Ibidem: Non intellexerãt
de panibus: pro non fuerant facti prudentiores ob miraculum
panum, ſic vulgo: No lô entendieron, tametſi coguouerũt mi-
raculũ, & laudauerunt Chriſtum. Cap.8. ſignum de cælo quæ-
rebant, ideſt, miracula è ſupernis veniẽtia, vt fuerunt ignis He- Mar.8.11.
lię, & pluuia: & tonitrua Samuelis, & retroceſſio ſolis Gedeonis
& Eſaię. petebãt vero hęc infidi, vt experirẽtur, nũ in cęlo habe Mar.9.1.
ret, eandẽ potẽti, quã in terris oſtendebat. Cap.9. Nõ videbũt
mortem

moꝛtem, donec videant regnum Dei veniens in virtute: vel in
maieſtate & potentia, per glorię ſplendorem in transfiguratio
ne, vel vt vulgo dicitur: virtualmente, ò altanto, quaſi diceret
Ibidem.12 donec viderint typum, & exemplar regni Dei venturi. Ibidem
Elias cum venerit reſtituet omnia, ideſt, dabit operam vt om-
nia reſtituat. iuxta vaticinium Malachiæ: Conuertet corda pa
trum in filios, & filiorum ad patres eorum, ideſt: Conuertet &
reſtituet vtroſq; ad Deum: vel ſartiet concordiam inter eos,
parare domino plebem perfectam, quod eſt, reparare omnia
quantum eſt ex ſe, alioqui Ioannem alterum Heliam non om
nes audierunt: ait quippe dominus: venit Ioannes non mandu
cans, neq; bibens, & dixerunt: demonium habet: & fecerunt in
eum quodcumq; voluerunt. Cap. 3. Multi venient in nomine
Mar.13.6. meo dicentes: Ego ſum, vulgari phraſi dicitur: En mi nombre,
pro, vendicantes ſibi nomen meum falſo, alioqui authoritate
Chriſti non venient, ſed demonis, aut ſua ipſorum. Ibidem: vi
dete vos metipſos, tradent enim vos, vulgariter dicitur. Mira
por voſotros: quaſi diceret: Cauete vobis metipſis. Iibidem.
Cœlum & terra tranſibunt, verba mea non tranſibunt, ideſt,
Illa potius redigentur in nihilum, quam verba mea eant inca-
Mar.14.8. ſum, & mendacia ſint. Cap. 14. Quod habuit hæc, fecit: præue-
nit vngere corpus meum in ſepulturam: vulgo. Lo que pudo
hizo: præſagijt breui condiendum corpus meum aromati-
bus & ſepeliendum. Ibidem: dormite iam & requieſcite: vul-
garis ironia, quaſi dicat: Siquidem toties admoniti non deſtiti
Mar.15.8. ſtis à dormitione, dormite iam: ſed ſtatim retexit tropum di-
cens: ſufficit, venit hora. Cap. 15. Turba cæpit rogare ſicut ſem
per faciebat illis: ſub intelligendum eſt, aut interpretandum ali
quid hoc modo: Turba cæpit rogare Pilatum vt dimitteret eis
vinctum, ſicut ſemper conſueuerat facere illis. Cap. 16. Prædi-
cate Euangeliam omni creaturæ, ideſt, omnibus hominib⁹, per
Mar.5.16. anthonomaſiam excellētiam quam habēt ad omnes corporeas
creaturas.

## EX LVCA.

Vulgares phraſes explicantur Lucę.

Luc.1.19. CAP. 1. Ego ſum Gabriel, qui aſto ante Deum, periphraſis
eſt vulgo trita, pro: ſeruus dei ſum. Nam ſerui & famili aſtant 3
coram Dominis ſuis ad omne ſeruitium præſtandum parati.
Ibidem.35. Ibidem: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi
obumbrabit



obumbrabit tibi: ſuperuentione Spiritus ſancti in te, & altiſſi-
mo, ſcilicet, patre obumbrante te, generabitur in tuis viſcerib⁹
ſanctus filius Dei. Vulgo dicimus, de puella nuptui tradēda: cu
bridla con la ſombra de ſu marido, more auis incubantis ſuper
oua. At altiſſimū appellat Deū, eſt vulgatiſſima phraſis: el ce-
lo alto, quod illic illius regnū, maieſtas, & gloria maxime appa
reat. Ibidē: Recordatus miſericordię ſuæ, pro, vt recordaretur, Ibidē.54.
ideſt, oſtenderet ſe memorē fuiſſe miſericordiæ: ideſt, promiſ-
ſionis ſuæ, quā fecerat pro ſua miſericordia. Sic vulgo: acordo-
ſe de ſu miſericordia, videlicet, quia vſ⁹ eſt ea. Ibidē. Quaſi mē Ibidem.56
ſibus tribus: vulgari phraſi, caſi tres meſes, non quod minus,
ſed paulò plus extiterit: non enim credendū eſt, iā iā inſtante
partu cognatā reliquiſſe, ſed euangeliſta per anticipationē ait
illā reuerſam in domū ſuā. Cap. 2. poſtq̄ impleti ſunt dies pur-
gationis eius: id eſt, dies, quibus continuerat ſe domi, impurita Luc.2.22.
tem, quā non habebat, ſimulans iuxta legis Moſaicæ manda-
tū, ne trangreſſionis ſubnotaretur. Ibidē: Gratia Dei erat in il
lo: vulgaris phraſis: la gracia de Dios eſtaua enel, pro, erat gra- Ibidem.40.
tiſſimus Deo. Ibidem: Ecce pater tuus, & ego: vulgari phraſi,
& per urbanè patrē filij ſui vocat, quem ſciebat tantum eſſe nu Ibidē.48.
triciū. cap. 3. Facite fructus dignos pænitētiæ: ideſt, qui deceāt
vc os pęnitētes: quod eſt, factis declarare, quod pęnituerit eos Luc.3.8.
anteactæ vitæ. Ibidem: Erat Ieſus incipiens quaſi annorū tri-
ginta: id eſt, cum incæpit prædicationē, erat quaſi triginta an- Ibidem.23
norum, nō quód attingeret trigeſſimum, ſed quod paulo poſt
impletum illum incæperit, videlicet, à baptiſmo, qui fuit deci-
ma tertia die, ſupra trigeſſimum expletum. Cap. 6. Erat perno
ctans in oratione Dei, ideſt, ad Deum, quia, ſcilicet, ad Deum Luc.6.12.
orabat, vel in oratione magna, diu durante. Ibidē: Bonus ho- Ibidem.45
mo de bono theſauro cordis ſui profert bonum: ideſt, ex his
quæ in corde ſuo conſeruata habet, veluti theſaurum. Capit. 8.
Qui habet aures audiendi, audiat, ideſt, cui donatum eſt vt au- Luc.8.8.
dita intelligat. Ibidem: Myſteria regni dixit, pro quibuſq; ſa- Ibidem.10
cramentis obſcuris, quæ ad regnum Dei pertinent. Cap. 9. O-
ſtupebant omnes in magnitudine Dei, ideſt, ob magnificentiā Luc.9.43.
& maieſtatē Dei, quam oſtendebat per miracula, quæ filius ſu
us faciebat. Seu in magnitudine virtutis, & potentiæ illius, quę
per tam grāde miraculum ſe exeruit. Cap. 10. Videbam Satha- Luc.10.40
nam ſicut fulgur de cœlo cadentem: vulgari phraſi: pro ſcie-

Ibidē. 40. bam ruituras eſſe vires illius, cum miſi vos ad prædicandum.
Ibidem: Martha ſatagebat circa frequens miniſterium, ideſt,
diſtrahebatur circa multam & abundantem miniſtrationem.
Vnde illi dictum: ſollicita es, & turbaris erga plurima ad e-
ſum pręparanda, cum vno cibo opus ſit, & ille ſatis.

Luc. 12. 15. CAP. 12. Non in abundātia cuiuſquam vita eius eſt: ideſt:
non propterea quis viuet diutius, quòd amplas habeat faculta
Ibidē. 29. tes. Ibidem: Nolite in ſublime tolli: Alludit ad geſtum eius, qui
præ magna ſollicitudine angitur, & diſcruciatur, vultum ad cę
lum attollens. Vel ne ſublimia deſideretis, & maiora quàm de
Luc. 17. 6. cet, aut vobis opus ſunt. Capit. 17. Si habueritis fidē, ſicut gra-
num ſynapis: non quod exigat vel minutiſsimam, aut mini-
mam fidem, qui modicam damnauit in diſcipulis: dicens: O
modicæ fidei: Sed ſenſus eſt: ſi tantæ efficatiæ, & vehementiæ
fidem, tam incendentem vos ad charitatem Dei & proximi,
Luc. 23. 47 quàm incendit corpus ſynapis deuorata, habueritis: efficietis
quæ iuſta deſideratis. Capit. 23. Centurio, erat præfectus cen-
Luc. 42. 18 turiæ, quam habebat Pilatus Hieroſolymis. Capit. 24. Tu ſo-
lus peregrinus es in Hieruſalem? ideſt: Tu ne ſolus, quaſi adue
na, & externo homini ſimilis fuiſti in Hieruſalem, vt non cu-
raueris res ciuitatis, in qua verſabaris? Solent enim externi hō
mines, qui ad paucos dies verſaturi ſunt in vrbe, res illius non
Ibidem. 35 inquirere. Tamen paſsio Chriſti, & mors tam nota fuit, vt mi-
rum ſit te latere. Ibidem: Cognouerunt eum in fractione pa-
nis, ideſt, ex conſuetudine frangendi panem, gratijs ſuo more
prius actis. Vel ad menſam, cū frangeretur panis initio cęnæ.

## EX IOANNE.

Vulgares phraſes ex Ioanne. CAPIT E. 2. Quid mihi & tibi mulier? Vulgari phraſi: 4
que nos va a ti, y ami? quod vinum illis defficiat? Ibidem:
Cum inebriati fuerint: ideſt, cum egregiè & liberaliter bibe-
rint: vulgo, alegres, cum iam à vino epoto cor eſt lætum, & lę
Ioan. 2. 4. titia ſuffuſſum. Capit. 4. Non coutuntur, pro: nullum com-
Ibidem. 10 mertium habent, non ſecus ac nos, cum excommunicatis cō-
Ioan. 4. 10. ſortium fugimus, quia ab Eccleſia interdictum. Ibidem: Erat
Ibidē. 46. quidam Regulus, id eſt: qui nomine Cæſaris magiſtratu fun-
gebatur. Sic vulgo: Reyezicos, homines vocamus, qui pro Re
ge ſunt in parua iuriſdictione. Capit. 5. Pater meus vſq; modo
Ioan. 5. 17. operatur, & ego operor: quaſi diceret: nunquam ceſſat operari





a creatione mundi vſq; nunc producendo, conſeruando, & gu
bernando res ipſas: cum quo & ego ſimul operor. Cap. 6. Fi- Ioan. 6. 27
lium pater ſignauit, ideſt, ſuo teſtimonio, velut annulo ſigna-
torio appoſito, confirmauit eſſe filium ſuum vnice dilectum:
ſolent enim homines obſignando ſigillare, quæ firma & ra-
ta haberi volunt. Capit. 11. Turbauit ſeipſum: vulgari phraſi, Ioan. 11. 33
turboſe, ideſt, vultum mutauit, vocem, & geſtum præ dolo-
re. Ibidem: Vt ſanctificarēt ſeipſos, ideſt, purificarent ſe, & prę Ibidem.
pararent orationibus, & ſacrificijs ad perſoluenda vota, quæ
Deo reddere debebant. Capit. 19. Non habemus regem niſi
Cæſarem, ideſt, Imperatorem Romanum: ex vulgari loquen Ioan. 19. 15
di Romanorum conſuetudine, qui ſuos Imperatores Cæſares
appellauerunt, quòd primus qui tyrannidem Imperatoriam
vſurpauit, C, Cæſar fuit. Sic Aegiptij Pharaones: Babylonij
Nabuchdonoſores, Perſæ Darios. Capit. 20. Noli me tangere: Ioā. 20. 17
nondum enim aſcendi ad patrem meum: vulgari phraſi: Aun
no me ſoy ido; adhuc manebo vobiſcū per quadraginta dies,
quibus per otium me frueris, quid tam anxie pedes meos mo-
do complexaris? Capit. 21. In calce elegātiſsima hyperbole eſt Ioā, 21. 25.
citra mendatium, ſed rei magnitudo tantum dicendi exceſsū
exigebat: melius enim in huiuſmodi rebus vltra, quā citra ſtat
oratio: vt Fabius ait.

## Caput. 16. De figuris, tropis, & rhetorum floribus, *quibus abundant Euangelia.*

1 MVLTA in Euangeliorum hiſtoria frequenter occur Cur ſacra
runt, quæ citra ſchema, & tropum intelligi neque- ſcriptura
unt, quorum cognitio propria ſcripturarum ambi- vtatur figu
guitatibus diſſoluendis eſt neceſſaria. Cū enim ſenſus ad pro- ris & tro-
prietatem verborum ſi accipiatur, abſurdus eſt, quærendum pis.
eſt vtique, ne forte vno, aut altero tropo dictum ſit
quod non aſſequimur: quo plæraq; inueniuntur, quæ latebant. Deinde per tropos, & figuras multoties clareſcunt,
quæ alioqui obſcura nimis eſſent, niſi eiſdem illuſtrarentur: vt plurimum enim familiarem hominibus loquendi modum imitantur. Sic enim noſtræ imbecillitati Dominus
conſuluit, vt quæ pro ſua dignitate ab infirmo hominis
ingenio (qui ad Diuinarum rerum ſplendorem cæcutit,

& opprimitur à gloria) percipi non ſatis poſſent, facilius intelligerētur. Itaq; noſtro ſe captui attēperās diuinus Spiritus, ſæpius vulgari per tropos ſermone nobiſcum loqui non dedignatur, quo magis ſua miſteria explicet, magiſq; noſtris animis fixa reddat, & familiaria. Hinc ergo eſt vt pręter ſimplicem & proprium ſermonem, quem habet hiſtoria Euangelica, interim tamen orationis floribus, quaſi luminibus, rerum geſtarum narratio adornetur, & illuſtretur.

Cur ſacta ſcriptura interdū aliqua obſcuret per tropos.

2 QVOD ſi interea quibuſdā abditioribus, & retruſioribꝰ ſchematū formis vtatur, vt ęnigmatibus, parabolis, quibus velut amictibus intelligenda obteguntur, id non ſine magna ratione factum eſſe credendum eſt. Primò, vt ſenſus pie quærentium ea difficultate exerceantur: deinde ne nuda & aperte prōpta vileſcant: inſuper in hominum flagitijs, & ſceleribus obduratorum ſupplitium, ne porcorum more ſacra conculcent, & docentes rabie ſua, ac dentibus diſrumpant: ita enim fit vt tametſi audiant, non intelligant, ſed veluti pecora à diuini verbi doctrina abeant infœlices ieiuni. Quod Dominꝰ aperte pronunciauit, apoſtolis dicens: vobis datum eſt noſſe miſteria regni, cæteris in parabolis: vt videntes non videant: & audientes non intelligant.

Luc. 8. 10.

Tropi primū reperti in ſcriptura.

3 ERGO euāgelica hiſtoria frequenter abundat figuris & tropis, præſertim parabolis, metaphoris, hyperbolis, ſeu exaggerationibus citra veritatis tranſgreſsionem, allegorijs, ænigmatibus, methonimia, ſynecdoche, alluſionibus, anthonomaſijs, onomatopeis, periphraſibus, hypperbatis, catachreſibus, metalepſis, apoſiopeſibus, & id genus multis. Quare nō gloriētur Græci ſe figurarum & troporū repertores fuiſſe, ſed Deo acceptum referant, & à ſancta ſcriptura, & ab ipſo loquēdi hominum more (tametſi donemus illis hæc primū in artem redegiſſe) ſe accepiſſe fateātur. Quo ſatis apparet arcanas literas cæteris alijs nō ſolū authoritate, quia diuinæ ſūt, & à Deo authore: vtilitate, quia ab beatitudinem conducūt: antiquitate, quia multis ante ſæculis priores, quæ omnia hactenus demonſtrauimus, ſed etiam rethorum floribus, & orationis ornatu, præferendas eſſe. Quod ſequenti libro dicere fuſius inſtituimus.

EVAN-



# EVANGELICARVM INSTITVTIONVM LIBER SECVNDVS.

## *De ſenſu literali.*

## De ſenſibus ſacræ ſcripturæ *Caput primum.*

1 QVANQVAM PRIMO LIbro multa ad veram ſacrarum literarum intelligentiam præmonſtrauerim, quibus homines earum ſtudioſi communirentur: tamen ne quid ad literam neceſſarium relinquatur, hic ſecundus liber intelligentiæ fontem patefaciet, ſenſuſq; omnes, quos literales appellant, explicabit, quibus & alienos errores confutare, & noſtrę fidei dogmata confirmare poſsimus. Geſtio enim detectis rhetorum, & philoſophorum furtis, arcanæ ſapientiæ aſſerere maieſtatem: ſuſcipiens magnum, & vtile officium reuocandi homines a turbidis vanitatis riuulis, & ad purum, ſacratumque diuinæ eloquentiæ fontem deducendi. Ethnici namq; philoſophi, aut rhetores, quos ſapientes iactat gentilitas, quæ à diuinis oraculis ſuffurati ſunt, miſerrimi negauerunt, malueruntq; in furto deprehendi, quā Deo ſanctæ ſcripturæ authori, gloriam illi debitam de accepto dono referre.

Exordium cum tranſitione.

Huius libri ſcopus.

2 ERGO vt omnem ignorantię occaſionem amputarem, nilq; quod ad ſacrarū literarū intelligentiā cōduceret, omitterē, efficerēq;, ne Ethnici ſe figurarum, aut troporū repertores fuiſſe gloriētur, ſed a prophetarum libris ſe accepiſſe fateri cogantur: libuit in vnum collectis exemplis oſtendere dicendi figuras, quas Græci ſchemata vocant, in arcanis literis primū reperiri, & ipſi in ſua ipſorum arte à noſtris ſuperari, ſuiſque ſcientijs ſacram ſcripturam plurimum anteferri: ſimulq; docere veros, ac natiuos literæ ſenſus, & ex vulgaribus phraſibus

bus perquirere. Quinimo è præcipuis ſæcularis eloquentiæ authoribus in mediũ adducere meliora, quæ non immerito Grãmaticorũ vulgus miratur, & in cælũ vſq; ſummis laudibus extollit, vt cũ arcanis literis collata, meridiana luce clarius appareat, quàm ſint modis omnibus inferiora, quãq; vt par eſt, humana à diuinis ſuperentur: iuuabuntq; ad genuinos literæ ſenſus aſſequendos. Nemo igitur miretur, ſi ab ijs tanquam ab iniuſtis poſſeſſoribus, vt olim Iſraelitæ ab Aegiptijs diuitiarum, eloquentiæ ſupellectilia, vt poſſumus, auferamus.

Sancti Doctores docent ſchemata in libris ſacris.

3 Refert quippe diuus Auguſtinꝰ in libro de principijs rethoricæ figuras & ſchemata, à Ciceroneq; petit exempla. Id ipſum docemur à Beda fuſius, & ab alijs doctoribus frequenter, ita vt non ſit mihi vitio vertendum, ſed ad honoris & gloriæ cumulum cum eiſdem patribus aſſequendum. Tropos, inquit idem pater lib.3. de doctrina Chriſtiana c.29. qui nouerunt, in literis ſacris agnoſcunt: eorumq; ſcientia ad res intelligendas adiuuantur. Vnde admonet, vt ante acceſſum ad ſacras literas addiſcantur: ſicut frequenter hortatus eſt libro.2. eiuſdem tituli. Hieronymus etiam commenta. in epiſtolam ad Galat. c. 5. allegoriæ tropum interpretari non dedignatur, immo verò figuras, & ſchemata cum latinæ linguę proprietate ſe agnouiſſe ait. Diuus Thomas Aquinas initio ſuę incomparabilis theologiæ ſummæ, duobus articulis, de ſchematibus non nihil attigit, quaſi initiaturis, ac delibaturis ſacros theologiæ fontes, aliquando eorũ notitiã habere, neceſſariũ eſſe iudicans. Idipſum Hilariꝰ in enarratione pſalmorũ, & Iuniolus in lib. de partibꝰ diuinæ legis, & Eucherius in libr. de ſpiritualibus formulis: & patres innumeri, quorum ſanctitate, & doctrina fulget eccleſia, quorumq; veſtigijs inſiſtere mihi glorioſum eſt, troporum notitiam ad plurima ſcripturæ loca intelligenda, plurimũ cõducere pariter aſſerentes, conſtanter confirmauerunt. Atq; vt audio, vir religione, pariter & doctrina inſignis frater Luiſiꝰ Granatẽſis his diebus in lucẽ emiſit de rethorica eccleſiaſtica libellũ, quem videre per loci diſtantiam non licuit.

Troporũ cognitio neceſſaria

Ioan.5.2.

4 QVIS enim cum audit Chriſtum eſſe petram, leonem, agnum, viam, oſtium & ſimilia, citra metaphoræ cognitionẽ intelliget? Quis cum legit apud Ioannem probaticam piſcinam, non putaret piſcibus ſcaturire, quæ à piſcibus nomen accepit? Cum tamen non propter piſces quos habeat, aut quorũ



quorum gratia facta ſit, ſed per catachreſim, ſit locus intelligendus. Quis illud, quod Dominus Iudæ ait, probe nouerit: quod facis fac citius: niſi calleat ironiam? Quis deniq; Ioannis coronidem, quam ſæpe retulimus: multa alia feciſſe Ieſum quæ ſi ſigillatim ſcriberentur, nec mundum capere poſſe eos, qui de eiſdem ſcribendi forent, libros, ipſe arbitratur, niſi qui hyperbolem teneat? Tempus me deſiciet, ſi omnia ad vnguẽ commemorare vellem. Sed iam tandem accingamur ad opus: & rectam dicendi methodũ obſeruemus, ab ipſius ſenſus ſcripturæ finitione exordiamur.

Ioã.13.28

Ioã.21.25.

## Caput.2. De ſacræ ſcripturæ ſenſu, quid ſit, & *vnde ſumendus*.

Quid ſit, & quotuplex ſenſus ſcripturæ.

1 SACRAE ſcripturæ ſenſus ſignificatio eſt cùm verborum, tum rerum illius, aut vtrorumque intelligentia. Eſt autem duplex, vnus literalis, alter ſpiritualis: literalis eſt intelligentia ſcripturæ, quæ ex verborũ ſignificatione ſumitur: ſpiritualis verò ex rebus res alias ſignificantibus. Bipartito quippe contingit aliquid edoceri, verbis, aut rebus: dum verba dico, ſcripturam etiam intellige. Sicut enim verbis tranſeuntibus, ſic literis permanentibus erudimur. Ex his ergo ſenſus fit literalis, ſiue per propriam & ſimplicẽ eorum ſignificationem, ſiue per tropum, rebus pro earum proprietatibus acceptis: ex rebus verò res alias ſignificantibus ſenſus colligitur ſpiritualis. Verbi gratia: hiſtoria quæ habetur numeri.21. Fecit Moſes ſerpentem æneum, & ſuſpendit in ligno, quem cum percuſsi aſpicerent ſanabantur, duplicem habet ſenſum, literalis ſeu hiſtoricus eſt exaltatio ænei ſerpentis à Moſe, vt per aſpectum in eum percuſsi ſanarentur: id enim ibi hiſtoriæ litera narrat. Deinde rebus ipſis quid altius ab Spiritu ſancto ibidem eo facto deſignatum eſt: nempe Chriſti crucifixio, qui myſticus ſenſus eſt, & illius literæ ſpiritus. Quem redemptor in euangelio, per ſimilitudinẽ, ad literã expoſuit dicens: Sicut Moſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita oportet exaltari filium hominis. Sed de litera modo, de ſpiritu in poſterum libro.3. dicturi ſumus.

Ioã.3.14.

Num.21.9

Opinio quorũdam contra definitionem ſenſus ſcripturæ.

2 Priꝰ tñ oſtendamus q̃ non deſint vbiq; veritatis impugnatores, tametſi interim religione, & ſapientia præſtãtiſsimi, qui non

nõ conſulto diſſentiunt,ſed vt ſunt hominũ ingenia, conquirẽ
dæveritatis ſtudio. Sunt enim qui conentur aſtruere,literę ſen
ſum non eſſe, qui ex vocum ſignificatione ſumitur, eoquod
in huiuſmodi tropicis locutionibus: Ego ſum vitis, & vos pal-
mites.Ioa.15.Petra eſt Chriſtus.1,Cor.10.Chriſtus eſt agnus.Io
an.1. Vicit leo de tribu Iuda, Apocal.5. Et id genus alia: menda
tium appareat,ſi ex ipſa vocum ſignificatione intelligentia ob
ſeruetur. Proinde addẽdum putant,quod ſit ſenſus â pręcipuo
authore,nempe Deo intẽtus: quales ſunt prædictorum locorũ
intelligentię. Ita Burgenſis habet in prologo additione prima:
& Caſtrus libro.1.aduerſus hæreſes cap.4.

Ioan.15.5. 1.cor.10.4. Ioan.1.37. appo.5.5.

Refellitur opinio, & ſtabilitur definitio.

Verum quoniã finitiones etymologiæ iuxta vocum ſigni-
3 ficatum,& vulgarem loquendi morẽ oportet ſtabilire: nec fru-
ſtra licet verba multiplicare,ſi pauciora ſunt ſatis: nec aliud li-
teralis ſenſus,quam qui ex litera colligitur, deſignare videtur
id ipſum pro ſufficienti finitione adhibetur à patribus: præſer-
tim Auguſtino libro de vtilitate credendi,cap.3. Hieronymo
Comment. in Ezechielem,& ad Eldibiam quæſtione.9. Ori
gine libro .4. Peri arçon cap.2. Thoma.1.parte quęſti.1.arti. 10
quodlibeto.7.quæſt.6. in primis trib⁹ articulis. Nec eam ob
rem teſtimonia illa adducta veritate deſtituuntur,cum eiſdem
ipſorum verbis non ſignificetur Chriſtum eſſe arborem vitis,
ſed per metaphoram totius boni fontem,à quo vniuerſæ pen-
dent fortunæ noſtræ, & velut in palmites deriuantur: nec ſa-
xum, ſed firmiſsimam fortitudinem, ſub qua tuto conſiſtere
& ſecuri eſſe poſsimus,quam regius vates ait refugium eſſe he-
rinaceis,& ſupra candẽ ſui ipſius labeſcentis pedes collocaſſe:
Nec agnum ouium,ſed virum innocentiſsimum: quoniam iux
ta Eſaiæ vaticinium,quaſi agnus manſuetiſsimus ad victimam
pro nobis ductus eſt: Nec Leonem animalium, ſed de tribu
Iuda virum fortiſsimum,qui exactoris ſceptrum,hoc eſt,impe
rium dęmonis confregerit: multo felicius quam olim Gedeon
ſuperauerit Madian. Sic fere de reliquis: atq; ea eſt verborum
ſignificatio & literę ſenſus,non proximus tamen,ſed per figu-
ram,& tropum.

Pſ.130.18,

eſai.9.4. Iudic.7.22

Quãdo per tropũ deſumẽdus ſcripturę ſenſus

NEC mouearis,quod te non poſſe dignoſcere exiſtimes,
4 quando per tropũ,quando per ſimplices voces accipiẽd⁹ ſit li
teræ ſenſus: nam id facile conſequi poteris, ſi obſerues ſemper
eſſe ex proxima verborũ ſignificatione ſumendũ,niſi illa quid

mendatium



mendatiũ,aut abſurdum pręſeferre videatur: Cuius doctrinæ
author eſt Auguſtinus lib.3. de doctrina Chriſtiana.cap.29. &
Hieronymus Comment.in Oſeam: Et Thomas vbi ſupra ar-
ticulo.10.ad Tertium: Non tamen quauis leui occaſione à li-
tera diſcedendum eſt, & ad tropos,ſeu ſpiritum recurrendum
niſi aperta cogamur neceſsitate. Quare merito Hieronymus
in epiſtola ad Pammachium carpit Origenem,quod Geneſeos
hiſtoriã myſtice interpretetur,per arbores,angelos,per flumi-
na,virtutes intelligens. Immo vero Caietanus Euam ex Adæ
coſta fuiſſe factam ad literam accipere non vult: quem erro-
rem ſubnotauit Katarinus, ſed de his alibi.

ALII (inter quos noſter Abulenſis extat) in.2.Math.cap.
5 quæſt.57. Et in.13.quæſtione.28. eum eſſe literæ ſenſum contẽ
dunt proculdubio, quem author homo, propheta apoſtolus,
aut Euangeliſta docere curauit. Et tametſi in ſcripturis hu-
manis ita ſit,& in diuinis vt plurimũ: accidit tamen interdum
vt autor homo non penetret omnes ſcripturæ diuinæ ſenſus.
Nam Eſaias,4.Reg.20. Non intellexit cõminatorium eſſe va-
ticinium, quod dominus illi ſuggeſſerat prædicendum Regi
Ezechiæ,donec ipſe Deus iterum præcepit,vt reuerteretur,&
illi in quindecim annos protractã eſſe vitam nuntiaret. Lege
Eſaiam cap.38. Nec Ionas cum Niniuitis minaretur poſt qua-
draginta dies Niniuem ſubuertendam, vt in eiuſdem oraculo
apparet cap.3. Quinimo conſequeretur,inter literalem,& ſpi-
ritualem ſenſum non ſemper eſſe diſcrimen, vtrumq; enim po
tuit autor homo intendere,ſi Deus illi tanquã prophætæ,ideſt
videnti ſua myſteria reuelauerit, vt de Iona & Eſaia quidam
contendunt. Ergo ab autore Deo ſemper literæ ſenſus intendi
tur: Ab homine vero non ſemper, ſed interdum.

Aliorum opinio circa difinitionẽ ſenſus ſcripturę refellitur.

4.reg.20.1 1par.32.24 Eſai 38.1.

Ionę.3.4.

6 Hallucinãtur hoc loco nonnulli, quod in ſacris literis repe
riantur plura, quę ſi ſenſum ex verborum ſignificatione ſu-
mant, apparent falſa, vt Geneſ.3. Eritis ſicut dij ſcientes bonũ
& malum. Et illud Caim: Maior eſt iniquitas mea quam vt ve
niam merear: & illud. Non eſt Deus, quod inſipientem dixiſ-
ſe pſalmus ait. Et illud pharisæorum: in Beelzebub eijcit dęmo
nia. Sed immerito commouentur. Nam iſthæc & ſimilia, qua
ſi ab alijs pronuntiata, in ſcriptura reperiuntur, quæ dum alios
ea dixiſſe refert, vera narrat, qui vero ea primum protulere,
falſa. Nec eorum aſſerta ſacræ ſcripturæ ſunt, ſed quod dixe

Illuſtratur quorundã hallucinatio,

Geneſ.3.5. Gen.4.13. pſ.13.1 luc.11.15.

rint

rint. Vnde ſenſus eſt, illos dixiſſe illa mẽdacia, & blaſphemias: iſq; literalis eſt ex verborum ſignificatione ſumptus, & verus: blaſphemię tamen, & mendacia non ſunt vera.

## Caput. 3. De multiplici diuiſione ſenſus literalis *in hiſtoriam, ætiologiam, analogiam, allegoriam & figuram.*

Quid & quotuplex ſenſus literalis

PRIMVM QVIDEM literæ ſenſus bifariam diuiditur. 1 Vnus enim proprius eſt & germanus qui ex verborum natiua ſignificatione oritur, vt abijt Ieſus, venit, ſanauit, & id genus alia, quorum contextu vniuerſa ſcriptura connectitur. Alter improprius eſt, qui ex aliena & tranſlatitia ſignificatione per tropũ habetur. Sed de tropis poſtmodum, nunc de literæ proprietate dicendum. Senſus itaque à propria ſignificatione ortus in hiſtoriam, ætiologiam analogiam ſimilitudinis, allegoriam verborum ſeu figurã elocutionis ſecatur, vt fere ex Auguſtino colligitur in Geneſim opere imperfecto, cap. 2. & libro de vtilitate credendi cap. 8: Quem ſequitur Thomas. 1. par. quæſt. 1. artic. 10. de quibus ſigillatim à nobis breuius diſſerendum eſt.

Senſus hiſtoricus ſcripturæ.

ERGO hiſtoria rerum geſtarum narratio eſt, quę potiſſimum in his viginti ſeptem libris continetur: quinq; Moſis, Ioſuæ, Iudicum, Ruth, quatuor regum, duobus paralipomenon Iob, Tobiæ, Iudit, Eſther, duobus Eſdræ, duobus Machabęorum, quatuor Euangeliorum, et actuum Apoſtolorum: quinimo & per modum narrationis in cæteris omnibus. Nam prophetiæ, ꝓuerbia, morũ doctrina, & alia id gen⁹ plura, precationes, cantica, obſecrationes, & pręcepta, quæ in prophetis habentur, tam maioribus quam minoribus, pſalmorum, Solomoniſq; libris, Pauli, & aliorum Epiſtolis, & Ioannis apocalypſi, per modum hiſtorię referuntur. Quare ſimul cum hiſtoria cæterę partes incedunt, ſed non vſq; adeo pręcipue. Nam tametſi cum primum à quibuſdam dicta ſunt, ſecundũ huiuſmodi ſpecies ſint prolata: ab authore tamen libri quaſi in hiſtoriam relata ſunt. Sicut benedictiones Iacob Geneſ. 49. ab ipſo quidem vt propheta prędictiones ſunt: Moſes vero qui eas refert ordi-

Gene. 49. 1

ne



narrat hiſtorico. Et cum ipſe Moſes ait: In principio creauit Deus cælum & terram: prophetico quidem de pręteritis ſpiritu dicit, ſed nil ſubinde minus hiſtoriam texit. Sic & prouerbia Solomonis, ſeu ſententiæ eccleſiaſtici, ſic Apoſtolorum moralis doctrina. Non ſolum autem hæc, verũ & huius diuiſionis cæteræ partes hiſtoriæ ſubiacent, quas ad rerum narrationem vſurpat, vt ętiologiam, analogiam, ſimilitudinem, & figuram. Dicitur autem hiſtoria Apotu hyſtorin, quod eſt videre, quoniam per hiſtoriam res geſtæ ob oculos ponũtur.

Gen. 1. 1.

3 AETIOLOGIA vero eſt cum eius, quod dicitur, cauſa redditur, quale eſt illud apud Matthæum cap. 1. Vocabis nomen eius, Ieſus, ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum, cum enim Hebræis, Ieſuagh, ſaluator ſit, & ſalus: per ætiologiam impoſitionis nominis rationem reddit, quia ſalutem populo ſit allaturus. Rurſus Matthę. 19. Chriſtus ait: Moſes permiſit libellum repudij: & ſubnectit rationem dicens: ob duritiem cordis veſtri. Dicitur autem Gręcis ætiologia, Apo tuætiu & logu, nempe à cauſa & ſermone, quod videlicet, ſermonis cauſam reddat. In hanc recidit etymologia, ideſt nominis ratio.

Senſus etiologicus ſcripturæ.
Math. 1. 21.
Math. 19. 8

4 ANALOGIA eſt, cum oſtẽditur veritatẽ vnius loci veritati alterius non repugnare, immo alludere: ſeu vnius loci per alterum intelligẽtia. Vt Exodi. 3. Apparuit dominus Moiſi in flãma ignis de medio rubi: cui aduerſari videtur illud Ioã. 1. Deum nemo vidit vnquam: Quę tamen per Anologiam exponuntur ab Stephano actorum. 7. dicente. Apparuit Moiſi angelus in deſerto montis Syna in igne flammæ rubi: ſigificãs non Dei perſonam, ſed angelum vices illius gerẽtem apparuiſſe, ac proinde quaſi perſonę Dei verbis vtebatur: Ego domin⁹. Vt ſolent proreges, præſides, pręfecti, & prouintiarũ ac ciuitatũ gubernatores, authoritate & nomine regis verba ꝓferre. Ad eũdẽ modũ & illud Gen. 32. Vidi Deũ facie ad faciem: exponit per analogiam Paul. 1. Cor. 13. Videbim⁹ cum facie ad faciẽ: vbi addens verbũ, ſicut & cognitus ſum, indicat non ſic viſũ eſſe à Iacob. Cęterũ ſi Moiſi, & Paulo id ex peculiari Dñi priuilegio conceſſum ſit, adhuc ſub iudice lis eſt, aduerſum Auguſtinũ & Thomã, reclamantib⁹ cęteris ſcholę theologis. Ad analogiã refertur ſimplex ſimilitudo, quę eſt abſq; tropo, nã vni⁹ ad aliud

Senſus analogicus.
exod. 3. 2.
Ioan. 1. 18.
acto. 7. 20.
gen. 32. 30.
1. cor. 13. 12

quaſi

per explicationẽ alluſio eſt. Id enim quod affertur, per ſimile explicatur . Hoc verò genus tam late patet, quàm ſunt rerum explicationes per ſimilitudines.

Allegoria verborum literæ ſenſus eſt.

5 Allegoria ſi eſt in rebus ipſis, ſpiritualis ſenſus eſt rerũ miſticarum, quæ cum typus ſit, ad ſpiritum ſpectat, quam proinde in librum tertium reſeruamus: ſi vero in verbis (de qua nũc diſſerim⁹) cũ orationis figura cõuertitur , atq; dictionis exornatio eſt, vt ait Beda in libro de tropis, & diuus Auguſtinus in libro de vtilitate credendi. Quã, quia latiſsimè per ſacram ſcripturã diffũditur, hoc libro ſub nomine figurę ſchematũ, & troporũ proſequemur. Allegoria verborum ſi in genere accipiatur, omnia ſchematum genera cõprehendit latiore quodam ſignificatu. In ſpecie vero peculiare quodam genus metaphoræ eſt, de quo cap. 17.

Alia partitio ſenſuũ ſcripturæ ex Iuniolo

6 Interim obſeruandum non deeſſe , quibus magis arridet alia diuinæ ſapientiæ in partes diſtributio. Nam Iuniolus Africanus Epiſcopus in quatuor duntaxat ſpecies ſcientiam diuinæ legis partitur: nempe in hiſtoricam, propheticam , prouerbialem, & ſimplicem morum doctrinam. De hiſtoria diximus

Senſus propheticus.

cæteras perſequamur . Primũ ſe offert prophetia, quæ rerũ latentiũ, præſentium, aut futurarum ex diuina inſpiratione manifeſtatio eſt. Sic Moſes præteritam expoſuit creationẽ, & Dauid in pſal. Verbo, inquit, Domini cęli firmati ſunt. Sic præſentem Ananiæ, & Saphiri fallacię culpam prophetico ſpiritu Petrus agnouit. Et Heliſæus auaritiã Giezi. Sic Eſaias futurum, vt Virgo cõceptura eſſet in vtero, & Deũ paritura. Hæc vero omnia latẽtia ſunt, alioqui cũ iã nunc nos futurã reſurrectionẽ, & iudicium prædicamus, prophetæ nõ ſumus, quod ꝑ fidei articulos, à prophetis & apoſtolis prędicta, & manifeſtata vulgamus. Nec ſi ex dæmonũ inſtinctu quis latẽtia propalet, propheta nũcupandus erit: ſed falſo propheta, non tantũ quia falſa vaticinetur, ſed quia a fallace ſpiritu prodeuntia. Prophetia vero in his eſt libris potiſsimũ recõdita: in pſalmis, Eſaia, Hieremia, Ezechiele, Daniele, Oſſea, Ioele, Amos, Abdia, Iona, Michęa, Nahũ, Abachuch, Sophonia, Aggeo, zacharia, Malachia & Apocalypſi: in quib⁹ tametſi per modũ hiſtoriæ nõnulla referãtur, vt in Eſaia de Achaz, & Ezechia regib⁹ Iuda, ad ꝓphetiæ tñ probationẽ apponuntur. Ad prouerbia, & morũ etiam doctrinã multa ſunt in eiſdem ſpectantia , tamẽ ea cõſequẽter ad



ad prophetiæ commendationem inſerta.

Prouerbiales ſenſus.

7 Prouerbiorum vero doctrinà verborum conciſione, & breuitate miras, ac profundas ſententias cõtinet: vt in parabolis Solomonis, & in Eccleſiaſtico Ieſu filij Sirach. Nec ſubinde minus ad mores prouerbia ſpectant, immo vero maxime, ſed relucet in his hæc ſpecies pręſertim. Sed de ꝓuerbijs ſub nomine Parœmiarum infra cap. 18. fuſius dicemus.

Moralis doctrina, ad literę ſenſũ.

8 A Ethica vero doctrina , quæ ſimplex appellatur & plana, mores componere docet ſine verborum inuolucris: quę propterea ſimplicis doctrinæ nomen ſortitur, quod neq; hiſtoriam texat, neq; prophetiam adumbret, neq; ꝓuerbia proferat, ſed ſolum ſimpliciter doceat: vt fit præcipue in libro Eccleſiaſtes Salomonis, in Pauli, & aliorum apoſtolorum epiſtolis. Quod ſi in his nõ nihil aliarũ ſpecierũ immiſceatur, nõ præcipua quidem intentione, ſed ad doctrinę commendationem. Nam cum ait Paulus: Dum veniſſem Troade in Euangelio Chriſti, oſtiũ mihi apertum eſt: cumq; peregrinationem ſuam in Arabiam reditum in Hieruſalem, Euangelicæ predicationis ſucceſſus, multaſq; perſecutiones à ſe perpeſſas refert , hiſtoriam texere videtur. Rurſus cum ait: Ecce miſterium vobis dico: Omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur , ſuaſque futuras calamitates , captionem, mortem , & alia vaticinatur, prophetę opus aggreditur. Inſuper cum ait: Cretenſes malę beſtiæ, & corrumpunt bonos mores colloquia praua, prouerbiorum vtitur verbis: omnia tamen hæc pro doctrinæ commẽdatione inſeruntur.

Quo differant & quo conueniãt.

9 Conueniunt autem hiſtoria, & moralis doctrina, quod vtręque ſuperficie faciles apparent, cum ſint inſpectione, intellectu & diſputatione plęrumq; difficiles. Prophetiæ vero & prouerbia, vtraq; ſuperficie difficilia ſunt, ſed plæraq; intellectu non ardua. Sed iam ad figurarum , ſeu ſchemmatum enarrationem accedamus: & primum de figuris dictionis ad ſenſum literę proprium ſpectantibus dicendum.

## Caput. 4. de figuris dictionis in additione: vt *Epizeuxi, Anadiploſi, Epanalepſi, & Zemeozeleuton.*

FIGVRA

Quid figuræ & quotuplex.

FIGVRA eſt orationis elocutio, ſeu exornatio, qua
a plana, ſimplici, & populari loquendi, & ſentiendi cō 1
ſuetudine diſcedimus. Sic Fabius lib. 9. cap. 1. Nō quod
vulgus nunquam iſtis dicendi ornamentis vtatur, quod natura
duce facit interdum, ſed quod huiuſmodi orationis lumina in
imperitis ſermonibus rariſsime eniteant. Figurarum autem
duo ſunt genera, Lezeos, ideſt, dictionis, & Dianæias, hoc eſt,
Quid figura dictionis.
ſententiæ: de illa modo, de hac paulo poſt dicemus. Illa eſt numerus
quidam orationis, & modulus, ſeu hermonia, quo apte,
& ſuauiter dictiones conformantur, & cum delectatione percipiuntur.
Quintilianus ibi ſuauem, concinnam, & iucundam
verborum modulationem eſſe dixit. Efficitur autem hic numerus,
ſeu modulatio, aut certa iunctura, de quibus rethores: aut
magis vocum ſono, & dictionum ſimilitudine, certa etiam ordinis,
& diſpoſitionis ratione circa initia, media, fineſq; orationis:
cuius multę ſunt ſpecies.

PRIMA EST Epizeuxis, ſeu palilogia, quæ coniuga-
epizeuxis, ſeu palilogia.
tio ſeu combinatio eſt, qua idem ſonus continenter in eadem 2
periodo repetitur. Fit autem quoties idem verbum, ſine inter-
pretatione geminamus. Sic illud pſalmi. Domine, Domine,
Pſ. 139. 8. hier. 2. 13.
virtus ſalutis meæ. Sic illud Hierem. 2. Me dereliquerunt fon
tem aquæ viuæ, & quęſierunt ſibi ciſternas, ciſternas diſsipatas
eſai. 40. 1.
quæ non valent aquam continere. Sic illud Eſai, 40. Conſola
mini cōſolamini popule me⁹. Et Eſai. 38. Viuens viuens ipſe cō
eſai. 38. 19. pſ. 136. 7. pſ. 3?. 16. Mat. 25. 11. Mat. 7. 21.
fitebitur tibi. Si illud Pſalmi. Qui dicūt exinanite, exinanite vſ
que ad fundamentum in ea. E illud: qui dicunt mihi euge euge.
Sic & illud Matthæ. 25. Domine Domine aperi nobis: Et illud:
non qui dicit: Domine Domine, intrabit in regnum cælorum,
ſed qui facit voluntatem patris mei. Sic Cicero in
Verrem actione. 7. Crux, crux infelici & miſero. Et in Catilinam:
Senatus intelligit, conſul videt, hic tamen viuit: viuit: immo
& in ſenatum venit, & ad mortem diſignat vnumquemq;
noſtrum. Et Vergilius Ecgloga. 5.

*Ipſa ſonant arbuſta, Deus, Deus ille Menalca.*

Et AEneid. 9.

*Me me adſum qui feci, in me conuertite ferrum.*

AD EPIZEVXIM conſequitur Anadiploſis, quę e-
Anadiploſis.
iuſdem verbi geminatio eſt in fine pręcedentis, & initio ſequē 3
tis periodi, Ioanni euangeliſtę quā familiariſsima, vt: In principio



cipio erat verbum, & verbū erat aput Deum, & De⁹ erat ver-
bum. Et paulo poſt: in ipſo vita erat, & vita erat lux hominum Ioan. 1. 1.
& lux in tenebris lucet, & tenebrę eam non comprehenderūt.
Sic pſ. 121. Stantes erant pedes noſtri in atijs tuis Hieruſalem, pſ. 121. 2.
Hieruſalem quę ædificatur vt ciuitas. Sic Vergilius Ecgloga. 10

*Pierides hæc vos facietis maxima Gallo,*

*Gallo, cuius amor tantum mihi creſcit in horas.*

4 AD illam quoq; fertur Epanalepſis, quę geminatio eſt eiuſ Epanalepſis.
dem verbi, in principio & fine eiuſdem periodi. Sic pſ. 82. De⁹
quis ſimilis tibi? ne taceas, neq; compeſcaris Deus. Sic ad Phi-
lip. 4. Gaudete in Domino ſemper, iterum dico gaudete. Sic Ci pſ. 82. 2. phel. 4. 4.
cero act. 6. Multi, & graues dolores inuenti parentibus, & pro
pinquis multi. Vergili. Georg.

*Ante etiam ſceptrum Dictæi regis, & ante.*

Idem AEneid. 1.

*Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hectore multa.*

Nec interſt vnicum verbum, an plura repetantur. Martialis.

*Phoſphore redde diem, quid gaudia noſtra moraris?*

*Cæſare venturo Phoſphore redde diem.*

CONSEQVITVR etiam illa Temeoteleuton, cum Temeoteleutō.
diuerſę dictiones in eodem ſono continenter efferuntur, & ter
minantur: vt Pſal. 97. Iubilate Deo omnis terra, cantate, exul- pſ. 97. 4.
tate & pſallite. Sic Pſal. 84. Benedixiſti domine terram tuam,
5 redemiſti iniquitatem plebis tuæ, mitigaſti omnem iram tuā,
auertiſti ab ira indignationis tuę. Et Ezechielis. 18. Si genuerit pſ. 18. 16.
filium lationem ſanguinem effundētem, in montibus comedē- Ezec. 18. 16
tem, vxorem proximi ſui polluentem, aliena rapientem, pign⁹
non reddentem, abominationem facientem, ad vſuram dantē
amplius accipientem: numquid vita viuet? Eccleſiaſt. 6. Melius
eſt videre quod cupias, quam deſiderare quod neſcias. Itē Me-
lius eſt a ſapiente corripi, quam ſtultorum adulatione decipi. Eccle. 6. 9. Eccle. 7. 6.
Sic Cicero de republica aruſpicum Carthaginem a multis im
peratoribus obſeſſam, oppugnatam, labefactatam, pene cap-
tam, aliquando quaſi fatali euentu ſolus Scipio euertit: Sic Ti
tus Annius ad illam peſtem comprimendam, extinguēdam,
funditus delendam natus eſſe videtur. Sic illud Ennij.

*Mærentes, flentes, lachrimantes, commiſerantes.*

CAPVT

## Caput.5.de figuris dictionis in repetitione,vt *Anaphora, Epiſtrophe, & Simploce.*

Anaphora ANAPHORA,ſeu Epinaphora,relatio eſt ſeu repe
titio eiuſdem verbi per principia inciſſorum,vel mem
brorum,vel periodorum . Vnde tria exiſtunt genera:
Pſ.28.4. primum ſpectatur in principijs inciſſorum ſimiliter ſonantib⁹.
Sic Pſal.28.Vox domini in virtute,vox domini in magnificen
tia,vox domini confringentis cedros. Cicero pro Quintio.
Quid hæc amentia?quid hæc feſtinatio?quid hæc immaturitas
tanta ſignificat?non viam?non ſcelus?non patrocinium?Vergi
lius AEneid.1.

*Nate,meæ vires,mea magna potentia ſolus.*
*Nate patris ſummi,qui tela Typheia temnis.*

Secundum genus eſt , cum fit repetitio per initia membro-
rum.Sic pſalmus:Si aſcendero in cœlum,tu illic es,ſi deſcende-
ro in infernum,ades,ſi ſumpſero pennas meas diluculo. Et pſ.
117.Melius ſperare in dño,quam ſperare in principibus: meli⁹
Pſ.117.5. ſperare in domino quam ſperare in homine.Cicero proCluen
tio:legum magiſtri magiſtratus,legum interpretes iudices: le-
gum deniq; idcirco ſerui ſumus,vt liberi eſſe poſsimus. Vergi-
lius Egloga.2.

*Pan primus calamos cera coniungere binos*
*Inſtituit,Pan curat oues,ouiumque magiſtros.*

Tertium cum idem verbum repetitur in principijs periodo
rum.Pſ.26.Dominus illuminatio mea, & ſalus mea , quem ti-
Pſ.26.1. mebo? Dominus protector vitæ meæ,à quo trepidabo?Si cō-
ſiſtant aduerſum me caſtra, non timebit cor meum.Si exurgat
Matth.5.3. aduerſum me prælium, in hoc ego ſperabo. Matthæ.5. Beati
pauperes ſpiritu quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Beati
mites,quoniam ipſi poſsidebūt terram. Verbum,beati,pluries
Mat.23.13. repetitur Matthæ.23. Væ vobis phariſæi hypocritæ.Hoc idem
verbum ſæpiſsime iteratur in pluribus continuis periodis. Ci-
cero pro lege Agraria oratione.2. Quid tam populare quam
pax?quam nō ſolū ab hominibus,verum à beſtijs expeti , atq;
omnibus rebus anteponi videtis?Quid tam populare quam o-
tium?quod ita iucundum eſt.&c. Hoc ſchema permouendis af





fectibus inſeruit maxime , proinde vſitatiſsimum oratoribus,
præſertim poetis,maxime vero in pſalmis.

2 Epiſtrophe,cōuerſio eſt, & eiuſdem verbi ad extremum re Epiſtro
petitio,cuius eſt præclariſsimum exemplum in pſalmo.135.Cō phe.
fitemini Domino quoniam bonus:quoniam in ſæculum miſe- Ps.135.1.
ricordia eius:Confitemini Domino dominorū,quoniā in ſæcu Ps.144.1.
lum miſericordia eius.Sic per omnes verſiculos . Et pſal. 144.
Exaltabo te Deus me⁹ rex, & benedicā nomini tuo in ſæculū Ibidem.4.
& in ſæculum ſæculi.Per ſingulos dies benedicam tibi, & lau-
dabo nomen tuum in ſæculum, & in ſæculum ſæculi. Et ibidē
paulo poſt:Generatio,& generatio laudabit opera tua:& po-
tentiam tuam narrabunt. Magnificentiam gloriæ ſanctitatis
tuæ loquentur,& mirabilia tua narrabunt.Et virtutem terribi
lium tuorum dicent,& magnitudinem tuam narrabunt.Ita e-
leganter Paulus,2.Cor.11.In quo quis audet,in inſipientia di- 2.cor.11.21
co,audeo & ego.Hebræi ſunt,& ego.Iſraelitæ ſunt,& ego.Se-
men Abrahæ ſunt,& ego.Miniſtri Chriſti ſunt,& ego.Vt mi
nus ſapiēs dico,& plus ego.Cicero in Verrē: Cum ego legem
de ambitu tulerim,ex ſenatus conſulto tulerim,ſaluis auſpitijs
tulerim,ſine vi tulerim,tu eam legem non putes? Idē Philipp.
2.Doletis tres exercitus populi Romani interfectos?interfecit
Antonius. Deſideratis clariſsimos ciues?eos quoq; eripuit no
bis Antonius. Authoritas hui⁹ ordinis afflicta eſt?afflixit An-
tonius. Vergil. Ecgloga.8.

*Debent hæc pignora Daphnim*
*Ducite ab vrbe domum mea pignora,ducite Daphnim.*

Martialis libro.2.

*Capto tuam(pudet heu) ſed capto Maxime cænam,*
*Tu captas alias:iam ſumus ergo pares,*
*Mane ſalutatum venio,tu diceris iſſe*
*Ante ſalutatum:iam ſumus ergo pares*
*Sum comes ipſe tuus,tumidique anteambulo regis,*
*Tu comes alterius:iam ſumus ergo pares.*

3 CVM Anaphora , & Epiſtrophe ſimul reſonant Græ- Simplo
ci Simplocem,latini complicationem, ſeu congeminationem, ce.
dū variæ dictiones initio & fine repetuntur. pſal. 112.Laudate Ps.112.1.
pueri Dominum, laudate nomen Domini. Danielis. 3. Bene- Dan.3.58.
dicite angeli Domini Domino , benedicite Cæli domino.&c. Ps.148.2.

& p̃s.148. Laudate Dominum omnes angeli eius, laudate eum
omnes virtutes eius. Cicero pro Milone: Quis eos poſtulauit?
Appius. Quis produxit? Appius. Pro lege Agrar. 2. Quis legẽ
tulit? Rullus. Quis maiorem populi partem ſuffragijs priuauit?
Rullus. Quis comitijs præfuit? idem Rullus.

## Caput. 6. De figuris dictionis ĩ gradatione, vt *Climace, Epanodo, Auxeſi, Synonimia, & Cogerie.*

climax: ideſt, Grada- tio.
Rom. 5. 3.
Eph. 5. 28
P̃s. 105. 38.

CLimax, ideſt, gradatio, orationis progreſsio eſt, quan- 1
do poſitis quibuſdam gradibus, ſiue in laudibus, ſiue
in vituperatione ſemper accreſcit, poſtremo verbo an
tecedentis inciſsi, initio ſequentis iterato. Vt Paulus Roma. 5.
Tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, pro-
batio ſpem, ſpes autem non cõfundit. Item Epheſ. 5. Caput mu
lieris vir, caput viri Chriſtus, Chriſti vero caput Deus. Quẽ lo
cum ſublimius, figuræ Climacis nomine & Gradationis, tra-
ctat Auguſtinus opere imperfecto in Geneſim capit. 2. p̃s. 105.
Effuderunt innocentem ſanguinem, ſanguinem ſuorum filio-
rum, filiarumq; ſuarum. Et quamuis appareat inſerta Anadi-
ploſis, intereſt tamen multum inter eam, & Climacem. Nam
illa in vnius tantum dictionis geminatione conſiſtit. Hæc ve-
ro in pluribus, immo in integra ſententia accidere poteſt, &
cũ accretione ſemp. Vt Matth. 5. Qui iraſcitur fratri, reus erit
iudicio. Qui dixerit racha, reus eſt concilio: qui dixerit fatue,
reus eſt gehennæ ignis. Cicero pro Quintio. Si debuiſſet, pe-
tijſſes ſtatim, ſi non ſtatim, paulo quidem poſt, ſi non paulo
poſt, aſt aliquando. Huc occinit illud vulgo tritum apud Hiſ-
panos: Quien preſta, no cobra, y ſi cobra, no todo, y ſi todo,
no en tiempo, y ſi en tiempo, no tal, y ſi tal, enemigo mortal.
Vergil. Ecgloga. 2.

*Torua læena lupum ſequitur, lupus ipſe capellam:*
*Florentem citiſum ſequitur laſciua puella.*

Panodos, ideſt, regreſsio.
Matth. 11. 12.

AD CLIMACEM refertur Epanodos, ſeu Ploce, 2
quæ vltra gradationem, quam interdum inuoluit, regreſsio
eſt, ſeu traiectio verborum, quæ ordinis mutatione, & ſimi
litudinis gratia delectat: vt Matthæi. 13. Habenti dabitur, & ei
qui nõ habet, auferetur ab eo. Cicero pro Planco: Gratiã qui
refert, habet: & qui habet, ĩ eo quod habet, refert. Fit quoq; in
ſenſu, cũ ea quæ iunctim, & ſimul dicta fuerant, ꝑ ſingula repe
tũtur. Vt illud p̃s. 113. Mare vidit, & fugit: Iordanis cõuerſus eſt
retrorſũ. Mõtes exultauerunt vt arietes, & colles ſicut agni o-
uiũ. Subnectit: Quid eſt tibi mare quod fugiſti? & tu Iordanis
quia cõuerſus eſt retrorſũ? Mõtes exultaſtis ſicut arietes, & col
les ſicut agni ouium. Vergil. Ecgloga. 8.



*Crudelis tu quoque mater,*
*Crudelis mater magis, an puer improbus ille?*
*Improbus ille puer, crudelis tu quoque mater.*

Auxeſis, ideſt Amplificatio.
Rom. 8. 35.

3 Huc accedit Auxeſis, ſeu amplificatio, quæ tã in verbis, q̃ in
ſentẽtijs duplici genere fit. Primũ, à minoribus ad maiora pro
greſſu, verbis oĩbus altius atq; altius inſurgẽtibus. Sic Paulus.
Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio? an anguſtia?
an fames? an nuditas? an periculũ? an perſecutio? an gladius? Et
paucis interiectis. Certus ſũ, ꝙ neq; mors, neq; vita, neq; ange
li, neq; principatus, neq; virtutes, neq; inſtantia, neq; futura,
neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profundũ, neq; creatura a-
lia poterit nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ie-
ſu domino noſtro. Et illud Ambroſij ab eccleſia in Chriſti paſ
ſionem, & crucem decantatum.

*Hic acetum, fel, arundo,*
*Sputa, claui, lancea,*
*Mite corpus perforatur*
*Sanguis, vnda, profluit.*
*Terra, pontus, aſtra, mundus,*
*Quo lauantur flumine.*

Tres ſũt elegãtiſsimæ amplificationes, & in ſingulis plures gra
dus, quibus ad maiora mira quadã aſcẽſione ꝓgreditur. Ita Ci
cero in Verrẽ: Facin⁹ eſt vincire ciuẽ Romanũ, ſcel⁹ verberare
prope parricidiũ necare, quid dicã in crucẽ tollere? Et illud: A
derat ianitor carceris, carnifex pretoris, mors terrorq; ſociorũ
& ciuium Romanorum, lictor Sextius.

Congeries.
Matth. 24. 36.
Marc. 13. 32.

4 Alterũ genus eſt, cũ nõ ꝑ gradus, ſed ꝑ verborũ, ac ſentẽtiarũ
cõgeriẽ quaſi aceruo quodã alleuatio fit. vt illud Matth. 24. &
Mar, 13. De die aũt illo, & hora nemo ſcit, neq; angeli cælorũ,
neq; filius hoĩs, niſi ſol⁹ pater, iuxta cõem expoſitionẽ, quã nõ
refello, aſcẽſio eſt ab angelis ad Chriſtũ, vt neq; illi, neq; Chri
ſt⁹ vt hõ, ſciãt ad dicendũ. Sed forte ſeſus eſſe poteſt. Nemo no

uit,neq; angeli,neq; homines,niſi ſolus Deus:ex vulgari phraſi:No lo ſabe hijo de madre. Ac tunc nõ eſt progreſsio:ſed cõg ries.Cicero pro.Q.Ligario.Quid tuus ille Tubero diſtrict⁹ in acie Pharſalica gladius agebat? Cuius latus mucro ille petebat?Qui ſenſus erat armorum tuorum? Quæ tua mens? oculi? manus?ardor animi?Quid cupiebas?quid optabas?

Minutio.

HVIC oppoſita eſt Minutio,cuius tot ſunt gradus minuẽdi, 5
quot Auxeſis amplificãdi. Eadẽ enim vtriuſq; ratio,nã totidẽ ſunt aſcẽdẽtibus,quot deſcẽdẽtibus gradus.Ita Fabi⁹ lib.8.c.4.

Synonimia eſt plurium nominum idem exprimentium cõ 6
gregatio.Latinis interpretatio dicitur,ad figuras quoq; ſentẽtiarum refertur,cum inſtandi,augendi,& apertius dicendi gratia plura verba idem ſignificantia conferuntur. Vt pſaml.112. Laudate pueri Dominum, laudate nomen Domini. Sit nomẽ Domini benedictum.Item pſal.94.Venite exultemus Domino,iubilemus Deo ſalutari noſtro,præoccupemus faciem eius in confeſsione,& in pſalmus iubilemus ei.Cicer. in Catil.oratione.1.Quæ cum ita ſint,Catilina,perge quo cæpiſti,egredere aliquando ex vrbe,patẽt portę,proficiſcere.Vergi. æneid.2.

*Iacetque ingens in littore truncus,*
*Auulſumque humeris caput,& ſine nomine corpus.*

Ad ſynonimiã refertur frequentatio, Græcis ſinatriſmos, 7
niſi quod illa eſt vnius verbi multiplicatio, hæc multarum rerum congeries,ad perorandum plurimum iuuat,cum ea quę ꝑ orationẽ ſparſa ſunt,in vnũ colliguntur,& velut agmine facto in animos audientiũ irrũpunt. Vt Eſai.3.In illa die aufert Dñs ornamentũ calciamẽtorũ,lunulas, torques,monilia, armillas, mitras, diſcriminalia, periſcelides, murenulas,olfactariola,in aures,& annulos.Sic quoq; Paulus. Vſq; in hanc horã,& eſurimus,& ſitimus,& nudi ſumus,& colaphis cædimur,& laboramus operantes manibus noſtris.Itẽ ad Hebr.11. Ab eo loco: qui per fidem vicerunt regna:vſq; ad calcem capitis.Ciceroni & omnibus oratoribus in epilogis frequentiſsima.

## Cap.7. de figuris dictionis in denominatione *vt Paronomaſia, Polyptoton, Antitheſi, & Metatheſi.*

Paronomaſia



1 PARONOMASIA:Annoĩatio eſt ſeu mutatio ĩ ſimile verbũ ex ſola vocũ colluſiõe,vt pſ.21. iuxta Hebraicã veritatẽ:In te cõfiſi ſunt,& nõ ſunt confuſi.Philip.3. Videte malos operarios, videte conciſionẽ,nos vero eſſe circuncifionẽ qui ſpiritu Deo ſeruim⁹.Eſai.5. vbi nos legimus: expectaui vt faceret iudiciũ,& ecce iniqtas,iuſtitiã,& ecce clamor.Hebraicè elegãs verborũ ãnominatio eſt cũ rerũ antitheſi: vt ſi ꝓ equitate iniquitas,pro iuſtitia iniuſtitia fieret.Cicer. Qui fuit locus feliciſsimus, nunc lucus deſertiſsimus,&:cuſtodiam ſacrorum nõ honoris, ſed oneris eſſe. Item in ſomnis credere, non hominis,ſed ominis: Hanc noſtrates deriuationem appellãt,cuius frequẽs eſt, & gratiſsim⁹ vſus.Terẽ.in Andria.

paronomaſia. pſ.21.5. Philip.3.2

*Nam inceptio eſt amentium,haud amantium.*

Polyptoton. rom.11.36 pſ.67.16.

2 Polyptoton Græcis,Latinis eſt traductio,cognationẽ quãdã habet cũ Paronomaſia,quod alluſionẽ retineat in eodẽ verbo,dũ vario dictionis exitu ſimilitudo retinetur, & diuerſa inflexione eiuſdẽ verbi variatur oratio.Rom.11. Quoniã ex ipſo,per ipſum,& in ipſo ſunt omnia,ipſi gloria in ſecula.pſ.67. Semon,mõs Dei,mõs coagulatus,mons pinguis,vt quid ſuſpicamini montes coagulatos: mons in quo beneplacitũ eſt Deo, habitare in eo.Cicero pro Cælio: Ipſius autẽ veneni quæ ratio fingitur? vbi quæſitũ eſt?quẽadmodũ? quo pacto? cui? quo in loco traditũ?Idẽ pro lege Agraria.2.deducũtur coloniæ,quo? quorũ hominũ?in quæ loca? Vergil. Aeneid. 4.

*Littora littoribus contraria,fluctibus vndas*
*Imprecor,arma armis.*

Idem Aeneid.5.

*Quo deinde ruis,quo proripis,inquit*
*Quem fugis? aut quis te noſtr s complexibus arcet?*

3 Antitheſis & Antitheton ad idẽ genus referuntur:contẽtionẽ appellãt Cic.& Quintilian⁹. Quidã ſentẽtiarũ figuris eã annumerãt.Eſt autẽ cõtrapoſitio cũ ex verbis cõtrarijs cõficitur oratio:vt.2.reg.Diligis odiẽtes te,& odio habes diligẽtes te.Et pſ. Reddiderũt mihi mala ꝓ bonis,& odiũ ꝓ dilectione mea. Cic.pro Cluẽtio. Vicit pudorẽ libido, timorẽ audatia,rationẽ amẽtia.Interdũ ſententiæ ſententijs opponãtur. Cic.pro Murena.Odit populus Rom.priuatã luxuriem,publicam magnificentiam diligit.

 Metatheſis

Metatheſis cõmutatio eſt,cũ duæ ſñiæ interſe diſcrepãtes ita
efferuntur,vt à priori poſterior illi contraria proficiſcatur,vt 3
Matth. Sabbathũ propter hoĩem factũ eſt, non hõ propter
Sabbathũ.ItẽPaul.Qui peccatũ nõ fecit,ꝑ nobis peccatũ fecit
.i.ſuſtinuit pœnã,qui nõ cõmiſerat culpã,mortuꝰ ꝑ iniuſtitijs
noſtris,vt nos iuſtitiæ viuamus.Cic.ꝑ Cluen. Vt & ſine inui-
dia culpa plectatur,& ſine culpa inuidia ponatur. Itẽ, non vt
edã viuo,ſed vt viuã edo.Rurſus:Si poema loquẽs pictura eſt,
pictura tacitum poema erit.

## Cap.8.De figuris dictionis in detractione, vt *Zeuma,Hyppozeuxi,Syllepſi,& Appoſiopeſi.*

Zeuma ZEuma multorum pendentiũ coniunctio eſt, quæ vno 1
verbo aut ſententia concluduntur. Vt Panl. Epheſ.4.
Ephe.4.31 Omnis amaritudo,& ira,& indignatio, & clamor , &
blaſphemia tollatur à vobis.Idẽ Corith.6,Neq; adulteri,neq;
Cor.9.9. rapaces,neq; molles,neq; maſculorũ concubitores regnũ Dei
ps.14.2. poſsidebunt.ps.14.Qui ingreditur ſine macula,& operatur iu
ſtitiã,qui loquitur veritatẽ in corde ſuo,& nõ egit dolũ in lin-
gua ſua,nec fecit proximo ſuo malũ.&c.Ad vltimũ per Zeu-
mã concludit:Qui facit hæc,nõ cõmouebitur in æternũ.Et ps.
ps.23.4. 23.Innocẽs manibꝰ,& mũdo corde,qui nõ accepit in vano ani
mã ſuam,nec iurauit in dolo proximo ſuo: Hic accipiet bene-
dictionẽ à Dño.Verg.Aeid.3.

*Troiugena interpres Diuum,qui numina Phœbi,*
*Qui volucrum linguas,& præpetis omina pennæ,*
*Qui tripodas,Clarii lauros,qui ſydera ſentis.*

Huic cõtraria eſt Hyppozeuxis diſiunctio,in qua ſingula ver 2
Hypo- ba vel ſñiæ ſingulis quibuſq; clauſulis ſubiũguntur. Vt ps.144
zeuxis. Potentiã tuã pronũtiabũt,magnificẽtiã gloriȩ ſanctitatis tuæ
ps.144.4. loquãtur,& mirabilia tua enarrabũt, virtutẽ terribiliũ tuorũ
dicẽt,& magnitudinẽ tuã narrabunt.Memoriã abundãtiȩ ſua
uitatis tuæ eructabunt,& iuſtitia tua exultabunt . Et Apoſto-
Co.13.8. lus.1.Cor.13.Siue prophetiæ euacuabuntur , ſiue linguæ ceſſa-
bunt,ſiue ſcientia deſtruitur. Verg.Aeneid.10,

*Regem adit,& regi memorat nomenque,genuſque*
*Violentaque pectora Turni*
*Edocet,humanis quæ ſit fiducia rebus*

Admonet



*Admonet,immiſcetquepreces, haud fit mora,Tarchon*
*Iungit opes,fæduſque ferit.*

Syllepſis eſt plurium diſsimiliũ in vnũ conglutinata cõceptio, Sylep-
3 fit aũt tribus modis :primo,dũ plures clauſulæ exigẽtes verba ſis.
diuiſi numeri,vno tñ cõprehendũtur. Si cillud ps.48. Terri- ps.48.3.
genæ,& filij hominũ,ſimul in vnũ diues & pauper audite. Et ps.148.3.
ps.148.Laudate Dñm Sol & Luna, laudate cũ oẽs ſtellæ & lu-
men.Sic Verg.Aeneid.1.

*Hic illius arma:hic currus fuit.*

Secũdo:cũ ſingularis dictio verbo pluralis numeri copulatur. ps.76.1.
Vt ps.77.Attẽdite popule meus legẽ meã.Verg.Ecgloga.

*Sunt nobis mitia poma*
*Caſtaneæ molles,& preſsi copia lactis.*

Tertio fit etiã Syllepſis in ſenſu,quoties pro multis vnꝰ,aut ꝑ ps.104.34.
vno multi ponũtur.ps.104.Dixit,& venit locuſta & bruchus,
cuiꝰ non erat numerus ,& comẽdit oẽ fȩnũ, & oẽmfuctũ ter-
ræ eorũ.Locuſtã &bruchũ ꝑ locuſtis &bruchis poſuit.Exod,
8.Venit muſca grauiſsima in domos Pharaonis & ſeruorũ eiꝰ. Exo.8.24.
Rurſus pro vno multi.ps.2.Aſtiterũt reges terræ,& principes ps.2.2.
cõuenerũt in vnũ:reges pro Herode,principes pro Pilato. Sic
videtur Petrus in actis interptari : niſi illos duos reges , phari-
ſȩos & põtifices,populi principes intelligas. ps.1. Erit tanquã ps.1.3.
lignũ quod plantatũ eſt ſecꝰ decurſus aquarũ,pro vno riuulo,
fieri enim nequit vt arbor vna ad plures riuos cõſidat. Matth. Matth.27
27.Id ipſum,& latrones blaſphemabãt eũ. Solus quippe vnus 44.
blaſphemauit,vt ex Luca apparet. Itaq; plurale pro ſingulari
poſitum eſt â Matthæo figurate.

4 Apoſiopeſis,reticẽtia eſt,ex Cice.lib.de oratore, ab alijs inter
ruptio appellatur.Fit aũt,cũ ex grandi cuiuſdã iræ,vel doloris
affectu,verbũ orationis neceſſariũ reticetur, quo ſñia interũ-
pitur.Appoſitiſsimũ exẽplũ eſt Luc. 19. Cũ Dñs proſpiciens Luc.19.42
Hieroſolymã,& ꝓuidens illius ſubuerſionẽ, calamitatẽ illi im-
minentẽ deplorans aiebat: Si cognouiſſes & tu , & quidem in
hac die tua,quȩ ad pacẽ tibi,nunc aũt abſcõdita ſunt ab oculis
tuis. Verbũ deeſt incertũ,longiore ſermone explicandũ. Cic.
ꝑ Milone:An huius ille legis,q̃ Clodius à ſe inuẽtã gloriatur,
mẽtionẽ facere auſus eſſet,viuo Milone,ne dicã cõſule? De no
ſtrũ enim omniũ non audeo totum dicere.Terentius.

 Ego

*Ego ne illam, quæ illum, quæ me, quæ nō.*
Verg. Aeneid.1.
*Quos ego? ſed præſtat motos componere fluctus.*

## Cap.4. De figuris dictionis in abundantia, & deffectu, vt pleonaſmo, polyſinteto, & aſinteto.

PLEONASMVS ſuperabundantia eſt, dū ad ma 1
iorem rei expreſsionem, ſeu propter vulgarē phraſim
ſic loquimur, vt aliquid ſuperabundare videatur. Fit
pſ.73.7. autē duobus modis. Primo in verbis, vt illud pſ.73. Incenderūt
pſ 141.1. igni ſanctuariū tuum, certum quod aqua incendere non pote-
rant. Et pſ.141. Voce mea ad dn̄m clamaui: clamor quippe vo
math.5.2. cis eſt. Et Math.5. Cū ſediſſet aperiens os ſuū docebat eos, eo
namq; ſedente, de doctrina vocis eſt ſermo. Tametſi non me
latet hæc abſq; pleonaſmo ob myſteriorum inuolucra exponi
poſſe. Verg. Aeneid.2.

*Sic ore locuta eſt.*

Eſai.1.4. Secundo in ſententijs, cū eſt multitudo earum idē ſignificā
pſ.105. tiū, vt Eſai.1. Vę genti peccatrici, populo graui iniquitate, ſe
mini nequam, filijs ſceleratis. Et pſ.105. Peccauimus cum patri
bus noſtris, iniuſte egimus, iniquitatem fecimus. Et illud.

*Marſamanus, Peligna cohors, feſtina virum vis.*

Polyſinteton Oratio eſt multis nexa coniunctionibus, & 2
Poliſinteton. quaſi annexa pręcedenti, quod illis abundet. Simile eſt illud in
pſ.40. Dominus conſeruet eum, & viuificet eum, & beatum fa
pſ.40.3. ciat eum in terra, & nō tradat eum in animam inimicorū eius.
Ioanni Euangeliſtę frequens. Sic illud.

*Athamaſque, Thoaſque.*
*Pelideſque Neoptolemus, primuſque Machaon.*

Huic contraria eſt Aſindeton, ſeu, Dialitō. Cū oratio pror
ſus caret coniunctionibus, vt illud pſ. Iubilate Deo omnis ter-
ra, pſalmum dicite nomini eius, date gloriam laudi eius, dicite
Deo: Quam terribilia ſunt opera tua domine. Verg. Aeneid.4

*Ferte citi flammas, date vela, impellite remos.*

## Caput.10. De figuris ſententiarū in petitione cum reſponſione, vt Aporia, Erotema, & reliquis.

Figura



FIGVRA ſententiæ eſt, quę circa ſenſum orationis
1 verſatur, per propria verba, non trāſlatitia, ſeu muta Quid ſit figura ſententiæ, & quotuplex.
ta, ſeu trāſpoſita, quę quadrifariā accidit: quoniā in om
ni oratione quatuor modis nos gerere poſſumus: aut petimus
aut concedimus, aut fingimus, aut negamus. De his itaq; quæ
in petitione cum reſponſione verſantur, primum dicendū eſt.
2 Aporia, ſeu Diaporrhiſis, addubitatio eſt, quę pręfefert ſol-
liciti hominis, & hęſitantis affectum, vt: Quo me vertam? Quo Aporia
fugiam miſer? quid agam? & ſimilia. Sic illud pſalmi: Quo ibo à
ſpiritu tuo, aut quo à facie tua fugiā? Et Iob.7. Peccaui: quid fa- pſ.138.7.
ciā tibi ò cuſtos hominum? Sic Luc.16. villicus dicebat, quid a Iob.7.20.
gā? fodere non valeo, mendicare erubeſco, ſcio quid faciā. Ci- Luc.16.3.
cero pro Roſcio: Quid primū querar? aut vnde potiſsimū iudi
ces exordiar? aut quod, aut à quib⁹ auxilium petā? Deorū ne im
mortaliū? populi ne Romani? veſtram ne, qui ſummam pote-
ſtatē habetis, hoc tempore fidē ne implorem? Verg. Aeneid.4.

*En quid agam, rurſus ne procos irriſa priores*
*Experiar? Nomadumque petam connubia ſupplex,*
*Quos ego ſum toties iam dídignata maritos?*
*Iliacas igitur claſſes, atque vltima Teucrum*
*Iuſſa ſequar?*

3 Erotema interrogatio eſt, cum quadam dicendi vi in oratio Erotema.
nis initio. Simile eſt in pſ.2. Quare fremuerunt gentes, & po-
puli meditati ſunt inannia? Et pſ.3. Domine quid multi plicati pſ.2.1.
ſunt qui tribulāt me? Et pſ.73. Vt quid dn̄e repuliſti in finem? pſ.3.1
iratus eſt furor tuus vehemēter? Et pſ.12. Vſq; quo dn̄e obliuiſ pſ.73.1.
ceris me in finē? vſq; quo auertis faciem tuā à me? Sic Matth.17 pſ.12.2.
O generatio incredula quādiu vos patiar? Sic Cicero in Catili Mat.17.17.
nā oratione.1. Quouſq; tandē abutere Catilina patiē. ia noſtra?
quandiu nos etiam furor iſte tuus eludet? Et Aiacis exordiū
illud apud Ouidium.

*Agimus (prot Iupiter) inquit*
4 *Ante rates cauſam, & mecum confertur Vlyſſes?*

Deeſis, deprecatio eſt, qua Deū, aut homines oramus, eorū Deeſis.
que auxiliū imploram⁹. Sic in initio cuiuſq; operis nos Chriſt⁹
orare docuit: Pater noſter, qui es in cælis: ſanctificetur nomē tu
um: quę oīm gentium, etiā Ethnicorū, de precationū eſt elegā
tiſsima

Ioan.17.1. tiſsima. Et Ioan.17. Initiaturus paſsionem ſuam, ſic orauit: Pater clarifica filium tuum, vt filius tu⁹ clarificet te. Sic oratores & poetę in ſuorum operum initio, Dei & ſanctorum, aut heroum auxilium implorant. Cicer. pro Rabir. Primũ quod in tãta dimicatione capitis, famę, fortunarumq; omniũ fieri neceſſe eſt, ab Ioue optimo maxrmo, cęteriſq; dijs, deabuſq; pacem & veniã peto. Deinde vos Quirites, oro atq; obſecro. Idẽ pro Deiotaro. Per dexterã iſtam tuam ego obteſtor, per has lacrimas. Verg. Aeneid.1.

*Muſa mihi cauſas memora.*

Et ibi.1.Geor.

*Vos o clariſſima mundi.*
*Lumina, labentem cælo quæ ducitis annum,*

Ouid.lib.1. *Dii cœptis*

*Aſpirate meis, primaque ab origine mundi,*
*Ad mea perpetuum deducite tempora carmen.*

Epithimia. 2.reg.28.15 pſ.54.7. 2.reg.18 33 Galat.5.12

Hic refertur Epithimia, ideſt, optatio, quę voti ſignificatio eſt, vt illud deſiderium Dauidis regis.2.reg.23. O ſiquis mihi da- 5
ret potũ aquę de ciſterna, quę eſt iuxta portã Bethlehẽ. Et pſ. Quis mihi dabit pennas, vt columbæ, volabo, & requieſcam. 2. Reg.18. Abſalon fili mi, fili mi Abſalon, quis mihi daret, vt ego moriar pro te, fili mi. Et Apoſt. ad Gal.5. Vtinã pręcidãtur qui vos conturbant. Cicero pro lege Manilia. Vtinã Quirites virorũ fortium, atq; innocentium tantam copiam haberetis, vt hæc deliberatio difficilis eſſet. Et Virgil. Ecgloga.8.

*En erit vnquam.*
*Ille dies, mihi cum liceat tua dicere facta?*
*En erit, vt liceat totum mihi ferre per orbem,*
*Sola Sophoclæo tua carmina digna cothurno?*

Ara. pſ.18.6.

Hic quoq; pertinet Ara, ideſt, imprecatio, cum incõmodi a- 6
liquid alicui optamus. Pſal.108. Conſtitue ſuper eum peccatorem, & diabulus ſtet à dextris eius. Cum iudicatur exeat condemnatus: Et multa quæ ſequntur. Cicero pro Murena: Dij faxint, vt meus collega vir fortiſsimus hoc Catilinæ nefariũ latrocinium armatus opprimat. Aeneid.2. Priamus in Pyrrhum.

*At tibi pro ſcelere (exclamat) pro talibus auſis*

Dij



*Dii (ſi qua eſt cælo pietas, quæ talia curet)*
*Perſoluant grates dignas.*

Ouidi. Epiſto.1.

*O utinam tunc, cum Lacedæmona claſſe petebat,*
*Obrutus inſanis eſſet adulter aquis.*

propho neſis. Sapię.21.1. &.16. pſ.117.25. pſ.119.5. Rom.7.24

PROPHONESIS, exclamatio eſt, & orationis vehementior elatio, dũ ſepe vtimur his particulis, o, pro, heu, ehe u,
7 Simile eſt illud Sap.12. & 16. O quam bonus & ſuauis eſt domine ſpiritus tuus in omnibus, qui vt dulcedinem tuam in filios demonſtrares, panem ſuauiſsimum de cælo pręſtitiſti. Et Pſal.117. O domine ſaluum me fac, ò domine bene proſperare. Et illud: Heu mihi quia in colatus meus prolongatus eſt. Et Apoſt. Rom.7. Heu me infęlicem, quis me liberabit de corpore mortis huius. Cicero pro Quintio: O rem incredibilem, o cupiditatẽ inconſideratã. Vtimur hoc ſchemate ad illudendũ. Cicero. Philip.3. O præclarum cuſtodem ouium (vt aiunt) lupum, Habet interim admirationem. Cicero pro Ligario. O clementiam admirabilem omni laude, prędicatione, literis, & monumentis decorandam. Interim commiſerationem. Actio.7. O ſpectaculum miſerum atq; acerbum: ò magnum atq; intolerandum dolorem. In Piſonem. O ſcelus, ò peſtis, ò labes, ò tenebræ, ò lutum, ò ſordes. Virg. Ecglo.1.

*En quo diſcordia ciues.*
*Per duxit miſeros, en queis conſeuimus agros.*

Epipho nema. pſ.22.1. pſ.83.13.

Ad han accedit Epiphonema, ideſt, acclamatio, quæ poſt re-
8 rum narrationem breui exaggeratione quaſi in extremã ſummitatem prorumpit. Simile eſt pſ.22. Dominus regit me, vbi cum multa narraſſet, ad calcem ſubnectit: vt in habitem in domo domini in longitudinem dierum. Et pſ.83. Deniq; concludit: Beatus vir qui ſperat in te. Virg. Aeneid.1.

*Tantæ molis erat Romanam condere gentem.*

Et Aeneid.4.

*Improbe amor, quid non mortalia pectora cogis?*

apoſtrophe.

APOSTROPHE eſt conuerſio, quando ad diuerſas perſonas verba conuertimus, pretermiſſo recto ac naturali orationis curſu. Et fit multipliciter: primo ad Deum. Simile eſt in pſ.85. vbi poſtquam multa pręmiſerat, ad Dominũ conuertitur, & ait: Et tu domine fac mecũ ſignum in bonũ, vt videãt

qui

Luc.23.42 ps.6,4.5 qui me oderunt,& confundãtur. Lucæ.23. Dñe memento mei dũ veneris in regnũ tuũ. Sic ps. 6. Anima mea turbata eſt valde, ſed tu Dñe vſq; quo? Cice. actiõe.7. Nũc te Iupiter optime maxime. Aeneid.2. Eneas ad Troiam conuertitur.

*Et ſi fata Deum, ſi mens non læua fuiſſet,*
*Impulerat ferro argolicas fædare latebras:*
*Troiaque nunc ſtares, Priamique arx alta maneres.*

Lucanus lib.1. Pharſaliæ.

*Quis furor, o ciues, quæ tanta licentia ferri?*

Ad homines Hierem. Thre. 1. O vos oẽs qui tranſitis p viã Thre.1.12 ps.136.7. attẽdite, & videte ſi eſt dolor ſimilis, ſicut dolor me⁹. Sic ps.136 Filia Babylonis miſera, beatus qui retribuet tibi retributionẽ Eſai.4.12 tuã, q̃ retribuiſti nobis. Ad certã pſonã: vt Eſai. 4. Quomodo cecidiſti Lucifer, q mane oriebaris? Cice. p Quintio: O Quinte Catule patrem te ne appellem, an filium? Verg. Aeneid.6.

*Quis te magne Cato tacitum, aut te Coſſe relinquat?*
*Quis Gracchi genus? aut geminos, duo fulmina belli,*
*Scipiadas, cladem Lybiæ?*

Idem Aeneid.4.

*Exoriare aliquis noſtris ex oſsibus vltor,*
*Qui face Dardanios, ferroque ſequare colonos.*

Ad res inanimes. 2.reg. 1. Montes Gelboe, nec ros, nec plu- 2.reg.1,12 uia veniant ſuper vos. Cice. pro Milone: Vos Albani tumuli, atq; luci, vos inquam imploro, atq; obteſtor. Verg. Ecglog.5.

*Vos corili teſtes, & flumina Nimphis.*

Si fiat apoſtrophe cum cõſultatione, Communicatio noĩatur.

## Caput. 11. De figuris ſententiarum in petitione abſq; reſponſione, vt *Prolepſi, Antiphora, & Ætyologia.*

Prolepſis. ps.86.2. PRolepſis, ſeu Procatalepſis, preoccupatio eſt cũ ea, quę
ſeq debẽt, anteponuntur. Vt ps.86. Fundamẽta eius in 1
mõtib⁹ ſanctis, diligit Dñs portas Sion. Ordo eſt: Diligit Dominus Sion, cuius fundamẽta ſunt in montibus ſanctis.

Et



Et Ezechielis.1. & Ionæ.1. Et factum eſt verbum Domini: coniunctionem, &, copulatiuam appoſuerunt, nullum verbum præponentes, cui, quod ſequitur, copularetur, quia in animis forte quid diuinum premeditabantur, ad quæ ſequentia connectuntur. Cicero pro Roſcio: Credo ego vos iudices, mirari quid ſit, quod cum tot ſũmi oratores, hominesque nobiliſsimi ſedeant, ego potiſsimum ſurrexerim. Ouid.13. Metamorpho.

*Huic modo ne proſit, quod, vt eſt, hebes eſſe videtur,*
*Ne ve mihi noceat, quod vobis ſemper Achiui*
*Profuit ingenium, meaque hæc facundia (ſi qua eſt)*
*Quæ nunc pro domino, pro vobis ſæpe locuta eſt,*
*Inuidia careat, bona nec ſua quiſque recuſet.*

HVIC FERE contraria eſt Antiphora, ſeu Antipopho
2 ra, quæ prompta eſt & expedita redditio ad id quod propo- Antiphora. Rom.8.31.
nitur. Elegans eſt exemplum apud Paulum Roma. 8. Cum enim dixiſſet prædeſtinationem Iudęi voluntate cõſiſtere, ait: Quid ergo dicemus ad hæc? Reſpondet. Si Deus pro nobis, quis contra nos? Rurſus: Quis accuſabit aduerſus electos Dei? Deus qui iuſtificat? ac ſi dicat, nequaquam. Inſuper: Quis eſt qui condemnet? Crhiſtus Ieſus, qui non modo mortuus eſt pro nobis, verum poſtquam ſurrexit ſedens ad dexteram patris interpellat pro nobis? quaſi dicat: Minime. Cicero: Quid tam nouum quam adoleſcentulum exercitum conficere? Confecit. Huic pręeſſe? pręfuit. Rem optime ductu ſuo gerere? geſsit. Sine interrogatione. Idem in paradox. Vocat? veniendum: poſcit? dandum: Eijcit? abeũdum: minatur? extimeſcendum. Actio.3. in Verrem: Pater dat filiæ, prohibes: leges ſinunt, tu te interponis.

HAEC ETIAM AEtihologia à quibuſdam appel-
3 latur, ideſt, cauſæ redditio, quæ fit quoties prætermiſſæ rei de- æthiologia. pſ.15.9.
cora ſubiungitur ratio. Vt pſal.15. Propter hoc lætatum eſt cor meum, exultauit lingua mea in ſuper & caro mea requieſcet in ſpe: quoniam non derelinquis animam meam in inferno.

## Caput. 12. De figuris ſententiarum in cõceſsione, vt *Sinquereſi, Parrhiſia, Hyppomene, & Meriſmo.*

SINCHE

Sinche-
reſis.

SINCHERESIS conceſsio eſt, ſeu permiſsio, cum 1
id quod conceditur, à nobis ſtat, & aduerſæ parti im-
portune exigenti nocet, vt plurimum permixtam ha-
Pſ.77.29. bet ironiã. Simile eſt illud pſ.77. Mãducauerũt, & ſaturati ſunt,
& deſiderium eorum attulit eis: Sed adhuc eſcę eorum erãt in
Ioan.13.28 ore ipſorũ, & ira Dei aſcendit ſuper eos. Et Ioan.13. Vade &
quod facis, fac citiꝰ: ironice dixit, quaſi diceret: tuo malo facies.
3.reg.22.12 Sic.3.Reg.22. Michę ad regem Iſrael: Aſcende, & vade proſpe-
re, & tradet dñs in manus regis. Nam in eo bello ſagitta percuſ
ſus interijt. Cicero act.7. Sit ſacrilegus, ſit fur, ſit flagitioſus, at
eſt bonus imperator. Dido Aeneę apud Vergiliũ Aeneid.4.

*I, ſequere Italiam ventis, pete regna per vndas.*

Ironica permiſsio eſt, qua nõ concedere diſceſsum, ſed negare
cupiebat.

Parrhi-
ſia.

Ad hãc refertur Parrhiſia, id eſt, licentia, quę orationis liber
tas eſt, atq; fiducia liberius affectum mẽtis exprimens. Ea vſus 2
3.reg.18.18 eſt Helias propheta ad regem Achab.3.reg.18. Nõ ego, inquit,
turbaui Iſrael, ſed tu, & domus patris tui, qui dereliquiſtis mã
eſai.22.16 datum Domini, & ſecuti eſtis Baalim. Eodem ſchemate vſus
eſt Eſaias.22. ad Oniam: Quis tu hic, & quaſi quis tu hic: aſpor
eſai.1.10. tare te faciam, vt aſportari ſolet gallus gallinaceus. Et cap.1. Au
dite, inquit, principes Sodomorum, populus Gomorrhę. Et tã
dem prophetis eſt admodum frequens, quia diuino ſpiritu mo
ti, & à Deo accepta increpandi licentia cõcionabantur. Simile
eſt illud Baptiſtę ad Herodem: Non licet tibi habere vxorem
Matt.14.4 fratris tui. Nã Chriſtꝰ dñs verus Deꝰ ſua authoritate (quæ diui
na erat) phariſęorũ pſerti vitia increpabat, in quibꝰ maxime vi
gere debuiſſet virtꝰ, & ſanctitas. Hac ſæpiſsime vſus eſt Cicero
aduerſus multos tyrãnos, maxime Antonium & Catilinam,
quæ in cauſa fuit, vt quemadmodum fæliciter prophetæ olim
pro veritate, ſic & ipſe miſer pro libertate dicendi infeliciter
gladio occumberet. Vergilius AEneid.1. Eolus ad ventos.

*Tanta ne vos generis tenuit fiducia veſtri?*
*Iam cælum, terramque meo ſine numine venti*
*Miſcere, & tantas audetis tollere moles?*
*Qu[illegible] [illegible]go: ſed motos præſtat componere fluctus.*
*Maturate fugam.*

Hyppomenes



Hyppomenes ſuſtẽtatio eſt, quę ſuſpẽdit animos, vt aliquid Hyppo
3 obijciat pręter communem expectationem. Simile eſt in pſ.49 menes.
Deus Deorum Dominus locutus eſt, & vocauit terram à ſolis pſ.49.1.
ortu vſq; ad occaſum, &c. aduocauit cælum deſurſum &c. do
nec ſubnectit: Quoniam Deus iudex eſt. Idem pſ.48. Audite
hæc omnes gentes, auribus percipite &c. donec ſubinfert: cur pſ.48.2.
timebo in die mala? iniquitas calcanei mei circũdabit me. Cice.
act.7. Quid cenſetis? furtum fortaſſe, aut pręd am expectatis ali
quam? nolite vſq; quaq; quidem quærere. Expectate facinus
quam vultis improbum: vincam tamen expectationem omniũ
nomine ſceleris coniurationiſq; damnati, ad ſupplicium tradi
ti, ad palum alligati, multis millibus hominum inſpectantibus
ſoluti ſunt. Martialis lib.6.

*Quod conuiuaris ſine me tam ſæpe Luperce,*
*Inueni, noceam qua ratione tibi.*
*Iraſcar, licet vſque voces, mittaſque, rogeſque.*
*Quid facies, inquis? quid faciam? veniam.*

4 Meriſmos diſtributio eſt, cũ aliquid in partes plures tribui-
tur, quarum vnicuiq; ratio peculiaris aſsignatur, vt pſ. Hũc
humiliat, hunc exaltat, quia calix in manu dñi vini meri plenꝰ
miſto: Et inclinauit ex hoc in hoc, veruntamen fex eius nõ eſt
exinanita, viuent oẽs peccatores terrę. Paulus quoq; ad Ephe.
Ipſe dedit quoſdam quidẽ apoſtolos, quoſdam autem prophe
tas, alios vero euangeliſtas, alios autem paſtores & doctores:
ad conſũmationẽ ſanctorum, in opus miniſterij, in ędificationẽ
corporis Chriſti. ſic Ezech.22. Varia hominum ſcelera, moreſ-
que deprauati diſtribuuntur. Ita Paulꝰ Eph.5.&.6. Cuiuſuis ſta
tus homines ad virtutis officium ſingulis proprium de hortatur,
ſchema concio oratoribus per vtile. Verg. Georg.1.

*Hic ſegetes, illic veniunt fælicius vuæ,*
*Arborei fætus alibi, atque iniuſsa vireſcunt*
*Gramina. Non ne vides croceos ut Tmolus odores,*
*India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi?*
*At Chalibes nudi ferrum, viroſaque Pontus*
*Caſtorea, Eliadum palmas Epiros equarum.*

Ouidius Epiſto.1.

Iamque

*Iamque aliquis poſita monſtrat fera prælia menſa,*
*Pingit & exiguo Pergama tota mero.*
*Hac ibat Simois, hic eſt Sigeia tellus.*
*Hic ſterat Priami regia celſa ſenis.*
*Illic Aeacides, illic tendebat Vlyſſes,*
*Hic lacer amiſſos terruit Hector equos.*

## Caput.13. De figuris ſententiarum infictione, *Proſopopeia, Hipotipoſi, Memeſi, Onomatopeia, Somatopeia: & Dialogiſmo.*

PROSOPOPEIA eſt ficta perſonarum inductio,
per quam cuiuſq; generis res, vocem, & ſermonem ac 1
cipiant. Sic flumma loqui dicuntur pſal.92. Eleuaue
pſ.92.3. runt flumina Domine, eleuauerunt flumina vocem ſuam. pſal.
18. Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annun
tiat firmamentum: Non ſunt loquelæ neq; ſermones, quorũ
non audiantur voces eorum. Elegans eſt Proſopopeia illa
Thecuitis. 2. Reg.14. quam miſit Ioab ad Dauidẽ, vt ſub alie-
pſ.18. na perſona fingeret duos filios illius rixatos, & alterum inter-
feciſſe alterum, ſubindeq; pœnæ capitis ſubiectum periclitari,
2.reg.14.5. quo Abſalonem reduxit, & regi conciliauit. Elegantiſsima il-
la redẽptoris cum inducit multos ꝓphetas in die iudicij appa
rituros, corã & iudice dicturos. Dñe non ne in nõie tuo ꝓphe
Mat.7.22. tauim⁹, & virtutes multas fecim⁹? quib⁹ ſe reſponſurũ ait: Amẽ
dico vobis, neſcio vos. Niſi quod illud reuera futurũ eſt, atq; a-
deo non eſt ficta, ſed veriſsima perſonarum inductio. Eodem
ſchemate vſus eſt dominus in parabola fatuarum virginum.
Mat.25.12. Math.25. Finguntur autem perſonæ virginum, & verba: tñ in
iudicio quod eſt certo certius venturum. Cicero. Si Sicilia to
ta ſi vna voce loqueretur, hoc diceret: Quod auri, quod argẽti,
quod ornamentorum habui, id tu mihi abſtuliſti. Verg. æned.4
Didonis moriẽtis perſonã inducit nouiſsima hęc verba dicẽtis.

*Dulces exuuiæ, dum fata, Deuſque ſinebant,*
*Accipite hanc animam, meque his exoluite curis,*
*Vixi, & quem dederat curſum fortuna, peregi.*

Huic



Huic figurę aduerſa eſt Antiproſopõ: quãdo pro hoĩe ingrato
4 pſona ponitur gratiſsima, aut cõtra, quale eſt illud. p̃s.78. Co- ps.78.7
mederũt Iacob, & locũ eius deſolauerunt: pro gente peccatri-
ce, ſanctiſsimi Patriarchæ perſona ponitur.
Hypotipoſis, plurimũ ꝓſopopeiæ affinis, illuſtris eſt explana-
tio, vt Cic. lib.3. de oratore cũ propoſita quædã forma rerũ ita
exprimitur verbis, vt geri potius, aut cerni, quàm audiri videa
tur. Ita res pene ſub aſpectum ſubijcit. Elegans eſt hypotipoſis
4 illa, pſalm.106. Qui deſcendunt in mare nauibus facientes ope ps.106.23.
rationem in aquis multis: ipſi viderunt opera Domini, & mi-
rabilia eius in profundo. Dixit: & ſtetit ſpiritus procellæ, & ex
altati ſunt fluctus eius: Aſcendunt vſq; ad cælos, deſcendunt
vſq; ad abyſſos, anima eorũ in malis tabeſcebat. Turbati ſunt,
& moti ſunt ſicut ebrius, & omnis ſapientia eorũ deuorata eſt.
Et clamauerunt ad Dominum cum tribularẽtur, & de neceſsi
tatibus eorum eduxit eos. Vergi. Aeneid.1,

*Venti velut agmine facto*
*Qua data porta ruunt, & terras turbine perflant.*
*Incubuere mari, totumque à ſedibus imis*
*Vnà Euruſque, Notuſque ruunt, creberque procellis*
*Africus, & vaſtos voluunt ad littora fluctus.*
*Inſequitur clamorque virum, ſtridorque rudentum:*
*Eripiunt ſubito nubes cælumque, diemque*
*Teucrorum ex oculis, ponto nox incubat atra.*
*Intonuere poli, & crebris micat ignibus æther.*
*Præſentemque viris intentant omnia mortem.*
*Clamant, & duplices tendunt ad ſydera palmas.*

Cice. act.7. in Verrẽ. Inflãmat⁹ ſcelere, ac furore in forũ venit,
ardebãt oculi: toto ex ore crudelitas emicabat. Vergi. æneid.2.

*Ecce autem gemini à Tenedo tranquilla per alta*
*(Horreſco referens) immenſis orbibus angues*
*Incumbunt pelago, pariterque ad littora tendunt:*
*Pectora quorum inter fluctus arrecta, iubæque*
*Sanguineæ exuperant vndas, pars cætera pontum*
*Pone legit, ſinuatque immenſa volumine terga.*
*Fit ſonitus ſpumante ſalo, iamque arua tenebant,*
*Ardenteſque oculos ſuffecti ſanguine, & igni,*

G Sibila

*Sibila lambebant linguis vibrantibus ora.*

Aethopeia. ps. 80.8.

Ad hanc refertur Aethopeia, nempe vitæ ac morum alienorum imitatio: eſtq; perſonæ effictio, & verborum notatio, cũ introducimus aliquem ad loquendum, vt p̃s. 80, In tribulatiõne inuocaſti me, & exaudiui te in abſcondito tempeſtatis. Cic. contra Rullum. 2. Iam deſignatus alio vultu, alio vocis ſono, alio inceſſu eſſe meditabatur: veſtitu obſoletiore, corpore ĩculto & horrido, capillatior q̃ ante, barba maiore, vt oculis & aſpectu denuntiare vim, & minitari videretur. 3 4

Memeſis. Sapi. 5. 3.

Huc quoq; pertinet Memeſis: cũ aliena dicta imitando repręſentamus: quale eſt illud quod Solomõ de damnatis refert Sap. 5. Qui cum pauperum iuſtorum fęlicitatem vidiſſent, præ anguſtia ſpiritus gementes aiebant: Hi ſunt, quos habuimus in deriſum, & in ſimilitudinem improperij. Nos inſenſati vitã illorum æſtimabamus inſaniam, & finem eorũ ſine honore. Ecce quomodo cõputati ſunt inter filios dei. &c. Talia dixerũt in inferno hi, qui peccauerunt. Et illud Phędrię vocem Thaidis, & verba imitantis.

*At ego neſciebam quorſum tu ires:*
*Paruula eſt, huic abiecta adduxit mater pro ſua,*
*Soror eſt dicta: cupio abducere vt reddam ſuis.*
*Nempe omnia hæc nunc verba huc redeunt,*
*Ego excludor, ille recipitur.*

Huius virtutis plura ſunt genera: Plenum: cum tota fictio ꝑſonæ repręſentatur: Mutum: cum obliquæ locutiones inducũtur: Conciſſum: qui dialogiſmus eſt, vt comediæ, tragediæ, dialogi, & diſputationes Platonis, & Ciceronis. In hoc ſchemate ſide corum ſeruatur, apteq; perſonæ fingũtur, inſigne eſt ornamentũ eloquentię, ſin minus nil frigidius, quod Horatius in arte notauit.

*Intererit multum Dauus ne loquatur, an heros,*
*Maturus ne ſenex, an adhuc florente iuuenta*
*Feruidus, aut matrona potens, an ſedula nutrix,*
*Mercator ne vagus, cultor ve virentis agelli,*
*Colchus, an Aßirius, Thebis nutritus, an Argis.*

Onomatopeia fictio noĩs eſt, cũ aptam⁹ affectib⁹ nomẽ, vt mugitus boũ, latratus canũ, hinnitus equorũ, tinnit⁹ cimbalorũ, clãgor buccinarũ, murmur hoĩm, vagitus infantiũ, & id genus 5

tatem



multa. Paul. 1. Cor. 13. Si linguis hoĩm loquar & angelorũ, charitatẽ aũt non habeã, factus ſũ velut ęs ſonãs, aut cimbalũ tinniẽs. Exod. 19. Clãgor buccinę vehemẽti⁹ ꝑſtrepabat. In vtroq; verbo: clãgore, & ꝑſtrepere, onomatopeię virtus ſplẽdet. Cic. in Antõ. Tuę cõiugis bonæ fęminę, locupletis quidẽ certe, Bãbalio qdã pater, hõ nullo nũero, nihil illo cõtẽpti⁹, q ꝓpter hęſitãtiã linguę, ſtuporẽq; cordis, cognomẽ ex cõtumelia traxerit. Extat Ouidij de ſingulis auium cantibus elegans epigrãma.

6 Somatopeia. ps. 84.11.

Somatopeia: id eſt, corporis factitia, dũ incorporeis rebus corpora tribuim⁹. Ita iuſtitiã, pacẽ, miſericordiã, veritatẽ cęteraſq; virtutes, puellas virgines facimus, vnde p̃s. 84. Miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi, iuſtitia & pax oſculatę ſunt, quaſi puellas occurrẽtes inducit. Ad eũdẽ modũ angelis, immo Deo ipſi, corporis mẽbra cõfingim⁹. Elegãtiſsimũ hui⁹ virtutis exẽplũ eſt apud Eſai. 59. vbi quatuor virtutes, iudiciũ, iuſtitiã, ęquitatem, & veritatẽ, quaſi Amazonas, cũ ſuis exercitibus finxit pugnaturas aduerſus vitiorũ agmina Hieroſolymis, inducitq; varios & infælices belli euentus. Cõuerſum, inquit, eſt retrorſum iudicium, iuſtitia non ſtetit, corruit in platea veritas, & ęquitas nõ potuit ingredi. Et facta eſt veritas in obliuionẽ, & omnis qui receſsit à malo, prædæ patuit. Sed ſequitur ibidẽ longe elegãtior Somatopeia. Armatur quaſi miles Deus Optim⁹ Maximus, vindictã de inimicis ſumpturus. Vidit Dominus, ĩquit, Eſaias, & malũ apparuit in oculis eius: et indutus eſt iuſtitia vt lorica, & galea ſalutis in capite eius: indutus eſt veſtimentis vltionis, & opertus eſt quaſi pallio veli. Famã quoq; Vergilius quaſi alatã fæminam inducit Aeneid. 4.

Eſai. 59. 14. Ibidem.

*Fama malum, quo non aliud velocius vllum,*
*Mobilitate viget, vireſque acquirit eundo.*
*Parua metu primo, mox ſeſe attollit in auras:*
*Ingrediturque ſolo, & caput inter nubila condit.*
*Illam terra parens, ira irritata Deorum*
*Progenuit, pedibus celerem, & pernicibus alis.*

Ouidi⁹ etiã quaſi perſonas inducit quatuor anni tempora.

*Verque nouum ſtabat cinctum florente corona,*
*Stabat nuda æſtas, & ſpicea ſerta gerebat,*
*Stabat & autumnus calcatis ſordidus vuis*
*Et glacialis hyems canos hirſuta capillos.*



Cap.

## Cap. 14. De figuris ſententiarũ negationis, ſeu *abruptiõis, paralepſi, parẽtheſi, parecbaſi, & epanortoſi.*

Para-lepſis. Heb. 11. 32.

PAralepſis, præteritio eſt, dum aliquid ſilentio præterire fingimus, quod tñ veluti per tranſennã indicamus. Eleganter Apoſtolus ad Hebręos ſcribens hoc ſchemate vſus eſt. Nã vbi ſingulorũ patrũ veteris teſtamẽti fidẽ ſigillatim repetiuit, tãq̃ alios præteriens, ſubnectit: & quid adhuc dicã? deficiet me tempus enarrantem de Gedeon, Barac, Sanſon, Iepte, Dauid, Samuel, & prophetis: qui per fidem vicerunt regna, operati ſunt iuſtitiã, adepti ſunt repromiſsiones: ſubiungens elegãtiſsimũ elogiũ. Ad eundẽ modũ Eccleſiaſticus, ante narrationẽ excellẽtiũ factorũ patrũ. Sic Cic. in Piſonẽ: Nõ cõmemoro rapinas, nõ exactas pecunias, nõ neces ſociorũ, nõ cędes hoſtiũ &c. Pro lege Manilia: Nõ ſũ prædicaturus Quirites, quãtas ille res domi, militię, terra, mariq; quãta felicitate geſſerit. Verg. ænid. 1 1

Eccleſi. 43 29.

*Quid repetam exuſtas Ericino in littore claſſes?*
*Quid tempeſtatum regem? ventoſque furentes*
*Oeolia excitos? aut actam nubibus Irim?*

Parec-baſis, et Paren-theſis. Rom. 1. 1.

Parecbaſis eſt digreſsio à re ꝓpoſita in aliã, nõ tñ ꝑſus alienã, qua orationis filũ abrũpimꝰ: quæ interim lõgior eſt, & parecbaſis dicitur: interĩ breuior, et parẽtheſis appellatur à Grecis nobis interpoſitio. Elegãs vtriuſq; exẽplũ eſt ex Paulo, in epigraphe epiſt. ad Ro. 1. Paulꝰ ſeruꝰ Ieſu Chriſti, vocatꝰ apoſtolꝰ ſegregatꝰ in euãgeliũ Dei (quod ante ꝓmiſerat ꝑ ꝓphetas ſuos in ſcripturis ſãctis de filio ſuo: q factꝰ eſt ei ex ſemine Dauid ſecundũ carnẽ, q ꝓdeſtinatus eſt filiꝰ Dei in virtute, ſecundũ ſpiritũ ſanctificatiõis, ex reſurrectiõe mortuorũ Ieſu Chriſti Dñi noſtri, ꝑ quẽ accepimꝰ gratiã, & apoſtolatũ, ad obediẽdũ fidei in oĩbus gentibus ꝓ noĩe eius, in quibꝰ eſtis & vos vocati Ieſu Chriſti) oĩbus q ſunt Romæ dilectis Dei, vocatis ſãctis, gratia & pax à Deo patre noſtro, & dño Ieſu Chriſto: Vbi duplex figura occurrit, prior eſt parẽtheſis, poſterior, parecbaſis, illa breuior, hæc ſatis ſuperq; lõgior. Sic ps. 44. Sagittæ tuæ acutę (populi ſub te) cadent in corda inimicorum Regis. Breuis abruptio parentheſis eſt. Sic Vergi. Aeneid. 1.

Ps. 44. 6.

*Aeneas (neque enim patrius cõſiſtere mentem*
*Paſſus amor) rapidum ad naues præmittit Achatem.*





Vtraq; eſt âdeo frequens, & nota oratoribus atq; poetis, vt fruſtraneum ſit ab ijs exempla referre. Debent autem cohærere hæc duo ſchemata cum his, quæ dicuntur, & nullo modo ꝑturbare ſententiam, alioqui lumina orationis non erunt, ſed tenebræ & offuſcationes.

epanortoſis. Ps. 61. 2.

3 Epanortoſis eſt correctio, quaſi ſententiæ emendatio, in ſacris literis potius dicitur Epidiorthoſis, videlicet, rei ſuperioris recognitio. ps. 61. vbi Dauid à ſubiectione Dei ſe ſubduxerat per peccatum: in ſe reuerſus dicebat: Nonne Deo ſubiecta erit anima mea? ab ipſo enim ſalutare meum: ipſe Deus meus, ſalus mea, refugium meum, non mouebor amplius. In quo verbo ſe corrigit, & recognoſcit ſe aliquando motum & lapſum: ſed promittit ſe non amplius commouendum. Cicero offici. 3. Italiam ornare, quàm domum ſuam maluit, quanquàm Italia ornata, domus ipſa mihi videtur ornatior. Franciſcus Petrarcha in mortem pueri Epitaphion.

*Vix mundi nouus hoſpes eram, vitæque volantis,*
*Obuia mors (fallor) obuia vita fuit.*

In verbo, fallor, elegans correctio eſt.

Emphaſis eſt ſignificatio qua pluſq̃ dicitur ad intelligendũ, relinquitur, fit autẽ cũ ex aliquo dicto latens aliquid eruitur, quod tã in ſingulis verbis accidit, q̃ in coniunctis, vt Matth. 5. Audiſtis quod dictũ eſt antiquis? Diliges proximũ tuum, & odio habebis inimicũ tuũ: Ego autem dico vobis: Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui oderunt vos, orate pro perſequentibus & calumniantibus vos. Ab illo verbo, Ego dico, in ſingulis dictionibus & inciſsis eſt magna emphaſis. Sic Ioã. 13. ait Petrus ad Chriſtũ: Dñe tu mihi lauas pedes? per inſignẽ emphaſim in ſingulis verbis: Ita quoq; apud ꝓphetas: Hæc dicit Dñs, & ego Dñs creans cœlos faciẽs hæc. Verg. Aeneid. 1.

*Ille ego qui quondam gracili modulatus auena*

Et libro. 2. de equi magnitudine.

*Demiſſum lapſi per funem.*

Et lib. 3. de Cyclope.

*Iacuitque per antrum Immenſum.*

Hæc de ſchematibus & figuris ad ſenſũ literę propriũ aſſequẽdum, cæteras lubens prætereo, ne in eiſdẽ referendis ſim multus nimis. Supeſt vt de tropis, & eorũ gñeribꝰ pauca dicamꝰ.

# Caput. 15. De Tropis, eorumque generibus, & cur ſacra ſcriptura Tropis vtatur.

IN libris ſacris oraculiſq; diuinis, tot ſunt ſenſus literæ
Quid ſit Tropus. improprij, tametſi ad ſenſum per figurã propriſsimi, 1
quot ſunt rhetorum tropi. Eſt quippe Tropus, cũ or
natus, neceſsitatis ve cauſa verbum transfertur à propria in
alienam ſignificationem: idque citra falſitatem, vt Auguſtinus
Furoresne gatiũ Tro eleganter diſſerit libro vnico contra mendacium. Non deſunt
tamen quibus appareat indecẽs fuiſſe literis ſacris, tropicis lo-
cutionibus vti, ac rethorũ floſculis. Adeo eſt deprauatum ho-
Donatiſtæ minum ingenium, vt nulla ſit hæreſis tam extra communem
hominum ſenſum, quæ ſui fautores non habeat. Donatiſtæ
quippe (vt refert Auguſtinus epiſtola. 48. ad Vincentium)
Cant. 1. 7. quia Tropos negabant in ſcriptura ſacra, illud Cantic. 1. Indi-
ca mihi vbi cubes, vbi paſcas in meridie: ad literam de ſe ip-
ſis intelligebant. Qui cum in regione meridionali degerent,
ad veram Chriſti Eccleſiam ſe ſolos pertinere dixerunt. An-
Anthtomorphitæ thromorphitæ qui legebant hominem eſſe factum ad imagi-
nem & ſimilitudinem Dei, Deum habere effigiem huma-
nam exiſtimauerunt, præſertim cum ſæpius ſcriptura Deo
humana tribuat membra. Inde nomen ſortiti, quaſi Deum
hominem fingentes, dicti ſunt. Abiſsini eo errore eo vſque
Abiſsini. tenentur, vt dum baptizantur frontem inurant ferro canden
ti, ſine Tropo ad literam intelligentes illud metaphoricum,
quod de Chriſto dixit Ioãnes, Matthæi tertio: quod eſſet bap-
Math. 3. 11 tizaturus Spiritu ſancto & igni. Immo vero è noſtris veteres
Veteres Theologi. multi in eundem errorem lapſi ſunt, quod omnia ſcripturæ
loca plane abſque Tropis intelligenda eſſe putarunt, vt re-
fert Hieronymus commenta. in Hieremiam Capit. nono. Et
Papias. Ezechielis Capit. trigeſsimo ſexto, quorum è numero fuit Pa
Apocalyp. 21. 2. pias Ioannis apoſtoli diſcipulus, qui illud Apocalyp. vigeſi-
mo primo: Vidi ſanctam ciuitatem Hieruſalem nouam deſ-
cendentem de cœlo, à Deo paratam, vt ſponſam ornatam
viro ſuo, iuxta propriam verborum ſignificationem, citra di-
cendi figuram, intelligebat. Vnde in hæreſim lapſus eſt, exi-
ſtimans Chriſtum iterum venturum adhuc, ad feliciter reg-
nandũ



nandum mille annos, cum Chriſtianis in Hieruſalem. Quem
Tertullianus ſecutus eſt, libro de ſpe fidelium, & Lactantius Tertullia. Lactãtius.
diuinarum inſtitutionum libro ſeptimo, & Victorinus, atq; Victorinus
Seuerus, cum multis alijs qui millenarij nuncupati ſunt. Seuerus.

OPERAE pretium ergo erit oſtendere cur ſcriptura me Cur tropis vtatur ſcriptura.
tphoris, parabolis, & ęnigmatibus, & alijs tropicis locutio-
nibus vtatur. Et quidem niſi contentio pertinax adſit, faci-
le eſt aſsignare rationem, cum id non ſit arcanis literis pecu-
liare: ſed cum omnibus gentium Philoſophis commune, præ-
ſertim oratoribus, atque poetis. Sunt enim huiuſmodi tro-
pi quaſi orationis lumina, quæ veluti p natura nobis conceſſa,
vel indocti eiſdem frequenter vtimur.

*Scribimus indocti, doctique poemata paſsim.*

TAM SVNT iucunda, decora, nitida, ac tanquam
proprio lumine lucentia. Triplici vero de cauſa eorũ vſus eſt:
quia vel neceſſarius, vel quia ſignificantius, vel decentius
per illos noſtros affectus explicamus. Non enim tam ſigni- 1. Petr. 5. 8.
ficaret Petrus dæmonis ferocitatem, & auiditatem, ſi fero-
cem dixiſſet, quàm cum leonem appellauit, qui rugiens cir- Matth. 3. 7
cuit, quærens quem deuoret. Neque Ioannes præcurſor po-
tuit melius exprimere Phariſęorum venenum, quàm eos,
per methaphoram, progeniem viperarum appellans. Chri-
ſtus etiam ſi proprijs verbis, ac planis ſine tranſlatione dixiſ
ſet, omnem virtutem ab ipſo in Eccleſiam deriuari, non
tam perſpicuè rem expreſsiſſet, ac fecit per tropum dicens:
Ego ſum vitis, & vos palmites. Quam metaphoram per- Ioa. 5. 5.
ſequitur Paulus ad Romanos vndecimo, vocans gentes olea Ro. 11. 17.
ſtrum, qui loco Iudæorum, oliuæ inſerti ſunt: cum ipſi tan-
quam rami ſint de trunco abciſi.

ATQVE eadem ratio eſt ſimilitudinum, quibus reg Curvtatur ſimilitudinibus, & parabolis.
3 num cælorum comparatur theſauro abſcondito in agro, &
margaritæ à negotiatore inuentæ. Quinimo & parabola-
rum: nam quis poſſet vllis proprijs verbis exprimere, quàm
benigne & clementer Deus pater ſuſcipiat peccatorem ad pœ
nitentiam conuerſum, ac Chriſtus per hypotipoſim ob ocu-
los rem ponens expreſsit per parabolam de filio prodigo.
Vnde poeta.

*Segnius irritant animos demiſſa per aures,*
*Quam quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus, &c.*

Nā cum cognitio noſtra incipiat à ſenſu, quorū viſus, teſte
Ariſtotel. Ariſtotele. 1. Metaph. & 2. de aīa, ſit omnium præſtantiſsimus
illa quę velut in pictura quadam ante oculos obijciuntur, ma-
gis nos delectant, ac vehementius mouent. Hinc comediæ, &
tragedię apud Comicos plus agebant, quam rethorum oratio
nes. Atq; hæc eſt potiſsima ratio, cur Deus per metaphoras, pa
rabolas, & ſimilitudines rerum corporalium, de rebus ſpiritua
Auguſtin. libus in ſcriptura loquatur. Quam Auguſtinus inſinuat epiſto
la. 19. ad Ianuarium. Plus, inquit, mouent, & accēdūt amorem
verborum allegoriæ, quam ſi nuda, & ſine vllis ſacramento-
rum ſimilitudinibus ponerentur. Maxime cum homo rationa
lis ſit, & diſcurſu, à corporalibus ad ſpiritualia quaſi manu du
catur. Quod ſi Philoſophi, oratores, & cæteri ſapientes Ethni-
ci in ſuis operibus rethorum floſculis, vt magis audientium a-
nimos demulcerent, & oblectarent, paſsim vtebantur, cur non
diuina ſcriptura id faciat, cum ſe noſtræ naturę demittat, fragi
litati attemperet, & accōmodet? Bonis quippe, vt ad ſuam ipſo
rum ſalutem intelligant, & corrigantur, verborum allegoriæ
conducunt, & tropi ad improborū vero perditionem, ob ſua
ipſorum ſcelera, in parabolis & Aegnimatibus loquebatur do
minus, vt videntes non viderent, & audientes non intellige-
rent, iuxta Eſaiæ vaticinium. Sic apud Matthęum cap. 13. Inter
Eſai. 6. 10. rogantibus diſcipulis cur in parabolis loqueretur: Vobis, in-
math. 13. 11 quit, datum eſt noſſe myſteria, cæteris in parabolis, vt audien-
tes non intelligant. Pręſertim quod ad domandam labore ſu-
perbiam, noſtræq; iactantiæ acumen retundendum, diuini-
tus prouiſum eſt, vt ſub caligine parabolarum, & troporū obſ
curitate fidei ſacramenta traderētur. Nā (vt eſt natura noſtra)
plærumq; nobis facile inueſtigata vileſcunt, nec pluris ęſtimā
tur, quam difficultas ſit, qua comparentur. Aegre quęſita ma-
gis placent, cum ſunt inuenta. Exemplo rem confirmat Au-
guſtinus. Siquis verbis ſimplicibus pręd icaret quemadmodū
boni fideles deponentes onera, & curas ſęculares, ad lauacrum
baptiſmi accedunt, & inde aſcendentes, geminæ charitatis Dei
& proximi fructū reddunt, non tā delectabit, & animos per-
mouebit



mouebit, quā per metaphorā. Cant. 4. Vbi ad Eccleſiā ſponſus
ait de fidelib⁹. Dentes tui, ſicut grex tonſarum, quę aſcenderūt
de lauacro, omnes gemellis fętibus, & ſterilis non eſt in eis. Illa
vero ſimilitudo ouium innocentum ſine vellerib⁹, baptizatos
innocētes, velut in pictura quadam & ſpeculo repręſentat.

## Caput. 16. De Metaphora, & illius *generibus.*

TROPORVM plura ſunt genera, quorum primum
1 Metaphora, eſt rei ſimilis ad ſimilem tranſlatio: Tro Primus tropus metaphora, quid ſit.
pus quidem vt elegans & lucidus, ſic arcanis literis fre
quentiſsimus. Sic illud Eſai. 1. Audite cæli, & auribus percipe Eſai. 1 2. 2.
terra: vbi propheta orbibus cæleſtibus auditum, terręq; aures
intelligentes, tanquam hominibus, per trāſlationem attribuit,
qua eleganter ad inſenſibilia conuertitur, quod homines Dei
voces audire renuant. A deundem modum regius vates, dum
ait; Sub vmbra alarum tuarum protege me, alas per metapho
ram Deo aſsignat, quaſi aui protegenti pullos. Ad quam domi
nus in euangelio alluſit, dicens: Hieruſalem Hieruſalem, quo-
ties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina con-
gregat pullos ſub alis, & noluiſti: ab auibus ſumpta metapho-
ra. Sic illuc pſ. 31. Ab inundatione, in diluuio aquarum multa mat. 23. 27
rum ad Deum nō approximabunt. Sic pſ. 146. Qui alligat con pſ. 31. 6.
tritiones eorum: ab artificibus medēdi, ſcilicet, chirurgis alli-
gantibus vulnera. Ab homine ad montem Carmelum, tranſ pſ. 146. 3.
fert Amos propheta hominis verticem & luctum: Exſiccatus Amos. 1. 2.
eſt, inquit, vertex Carmeli. Et: Luxerūt ſpetioſa deſerti. Nam
lugere, & verticem habere, hominum eſt, non montium. Sic
monti Athlantico hominis membra tribuit poeta. Ae-
neid. 4.

*Athlantis cinctum aſsidue cui nubibus atris*
*Pinniferum caput, & vento pulſatur & imbri,*
*Nix humeros infuſa tegit, tum flumina mento*
*Præcipitant ſenis, & glacie riget horrida barba.*

A lapidibus. Vt 1. Cor. 10. petra autem erat Chriſtus. Eze-
ch.

Ezec.3.9.

chi.11. Auferam à vobis cor lapideum, & apud eundem: vt adamantem & vt ſilicem dedi faciem tuam. Sic Verg. Aneid. 4.

*Duris genuit te cautibus horrens*
*Caucaſus, Hircanæque admorunt vbera tygres.*

Zach.11.1. Hiere.2.12 Apoc.5.5. Gen.49.9. Amos.1. pſalm.2.1.

A ciuitate Zachariæ.11. Aperi Lybane portas tuas: Et Hieremiæ, 2. Portæ cæli deſolamini vehementer. Ab animalibus, Apocalyp.5. de Chriſto: vicit Leo de tribu Iuda. Et Gene. 49. Catulus Leonis Iuda. Et apud prophetam: dominus de Sion rugiet: Et in plurimis pſalmis: Quare fremuerunt gentes: Et eripuit me de ore Leonis, & à cornibus vnicornium. Et: Si ſumpſero pennas meas diluculo. Hæc enim animalium, & auium ſunt, & ad homines transferuntur. Ita apud Verg: Aeneid.4. Iupiter ad Mercurium ait.

*Vade age nate, voca zephiros, & labere pennis.*

Quo trãslationis genere. Cicero.

2 Sunt huius tropi tot genera, quot ſunt res à quibus tranſlatio fieri poteſt. Nullum quippe naturæ genus eſt, ait Cicero libro.3. de oratore, â quo non poſsit certa aliqua ſimilitudine tranſlatiò fieri: ſiue ſimplex, dũ vnius tantum eſt partis, vt fluctuare ſegetes, non ſegetare fluctus: ſiue recipocra, dũ vtriuſq; partis eſt, vt alarum remigia, & alæ remigio. Itaq; peti poſſunt à Deo, à cælo, ab elementis, à rebus inanimis, ab animatis, ab homine, ab affectibus, quorum exempla e literis ſacris afferre plura, vt eſt quam facillimum, ita noſtrũ excederet inſtitutũ.

Liber conticorum & apocalipſis, ad literam.

Hinc apparet, canticum canticorum, & Apocalipſim plurimũ habere ſenſus literalis, tametſi abditiſsimi, quoniã vbiq; abundat metaphoris, & tropis, quæ ad ſenſum literæ ſpectãt vt, oſculetur me oſculo oris ſui: oſculum, methaphorice, pro pace, ſeu benebolentia, & amore. Allegorice, pro vnione verbi ad humanitatẽ, iuxta Bernardum: Vinum, pro dulcedine & ſuauitate ſpiritus: vbera pro delitijs ſpiritualib9. Sic in Apocaly. viſiones illæ nõ in ſpirituali, ſed in literali ſenſu ſunt: nõ enim ſignificant res geſtas, quę ex ſua creatione aliarũ rerũ figurę ſint quod exigitur ad ſenſum ſpiritualem, vt ſuo loco dicemus: ſed accipiuntur metaphorice vt plurimum. At metaphoram ad literam pertinere, ſatis apparet. Vt illud: Vidi in dextera ſedentis librum ſcriptum intus, & foris: in ſenſu literali per methaporam ſignificat ſe per intellectum cognouiſſe ſacram ſcripturam duplici ſen ſu conſcriptam. Nec refert quod

paſsim



paſsim doctores Apocalipſim, & cantica miſtica appellent, vt Dioniſius libro de Eccleſiaſtica hierarchia: & Hieronymus in prologo bibliorum, nam ibi miſticum, non pro ſpirituali, ſed abdito & recondito literali ſenſu accipitur: reconduntur enim miſtica ſub tegumento verborum, tropis & ſimilitudinibus rerum, quas pauci penetrant. Itaq; ſenſus literales ſunt, ſed difficillimi. Quis enim perfecte aſſecutus eſt illos?

## Caput.17. De Catachreſi, allegoria verborum *Ænigmate, & Periphraſi.*

Cata chreſis.

1 AD METAPHORAM referuntur Catachreſis, Allegoria, Aegnima, iuxta Ariſtotelem.22.cap. de arte poetica. Catachreſis, liberior metaphora eſt, cum abutimur propria verbi ſignificatione, propter aliquam ſimilitudinem, ſeu vſurpamus alienum nomen ad rem ſignificandã, quæ propria appellatione caret: vt Parcę, quod non parcant: lucus, quod non luceat: & Ioan.5. Probatica piſcina, à piſcib9 qui ſolent naſci in aqua, nomen accepit, cum tamẽ ibi nulli naſcerentur. Sic illud pſ. Ego dixi dii eſtis vos. Et.1.reg.28. Vidi Deos aſcendẽtes de terra, abuſus eſt nominis Dei per Catachreſim. Sic illud pſ.74. Oĩa cornua peccatorũ confringã, & exaltabuntur cornua iuſti. Et illud: in chamo & fręno maxillas eorũ cõſtringe, qui non approximãt ad te. Quod beſtiarũ eſt proprium, per catachreſim hominib9 accõmodauit. Sic paſsim animãtiũ mẽbra rebus inanimis appropriantur: vt pedes menſę: frõs portę: cornua arcui, labrum calici: Et ſimilia. 2. Paralip.5. Sic Cicero pro lege Manilia: Claſſes ędificare dixit: cũ id proprie in ędibus dicatur, alioqui dicturus fabricare. Sic Verg. Aeneid.1.

Ioan.5.2. 1.reg.28.13. pſ.74.11. pſ.31.9. 2. paralip.

*Inſtar montis equum diuina Palladis arte*
*Aedificant.*

Equum ędificare dixit per Catachreſis abuſum, ob magnã molem quaſi ædis.

allogia verborum.

2 ALLEGORIA duplex eſt: rerũ, quę ad ſenſum pertinet ſpiritualem, de qua paulo poſt dicturi ſum9: altera verborũ

metapho

methaphora dilatata & multo latior, qua aliud ſignificatur q̃
dicitur. Hæc autem tunc accidit, quando pluribus eiſq; cōne-
Mar-2. 21 xis methaphoris rem eandem perſequimur, & quaſi vna conti
nenti,& perpetuo contexta vtimur. Sic illud: Marci.2. Nemo
mittit aſſumentum nouum in veſtimentū vetus, alioqui rum-
pitur vetus,& maior ſciſura fit. &: Nemo mittit vinū nouū ī v
tres veteres, alioq; rūpūtur veteres,& vinū effunditur: ſed vinū
Ioā.4.33. nouū ī vtres nouos,& vinū vet⁹ in vtres veteres,& vtraq; cō-
ſeruātur. Sic & illud Ioā.4. Leuate oculos veſtros, & videte re
giōes quia albæ ſūt ad meſſem, id eſt: intelligite quia populi pa
Cant.1.4. rati ſunt ad credēdū. Exēpla appoſitiſsima paſsim deſumi poſ-
ſunt ex Canticis: Trahe me, poſt te curem⁹ in odorem vnguē
torum tuorum. Introduxit me rex ī cellaria ſua, exultabim⁹ &
lętabimur in te, memores vberum tuorum ſuper vinū. Sic Ci-
cero in Piſonem: Neq; tam timidus fui, vt qui in maximis tur
binibus, ac fluctibus reipublicæ nauem gubernaſſem, ſaluamq;
in portum collocaſſem: frontis tuæ nubeculam, tū collegæ tui
contaminatum ſpiritum pertimeſcerem, alios ego vidi vētos,
alias proſpexi procellas, alijs impēdentibus tempeſtatibus nō
ceſsi. Sic Horatius.

*O nauis referent in mari te noui fluctus.*
*O quid agis? fortiter occupa portum.*

Nauem pro republica, fluct⁹ pro bellis ciuilibus, portum ꝓ
pace vſurpauit. Et Verg. Ecgloga.3.

*Claudite iam riuo pueri, ſat prata biberunt.*

Aenigma. Pro: deſinite plura canere iam ſatis audiuimus.
Matth.19 Aenigma ſupra methaphoram addit rei abditæ ſub verbo-
rum nube integumentum: eſtq; obſcura allegoria, per occultā
ſimilitudinem. Sic illud Matthæ.19. Sunt Eunuchi, qui ſic nati
ſunt ex vtero matris ſuæ: & ſunt qui ſe caſtrauerūt propter reg
num cælorum. Et rurſus illud: Si oculus tuus dexter, aut man⁹
tua, aut pes tuus ſcādalizat te, erue & abſcīde eū, & ꝓijce abſte:
Iudicū 14. 14. melius eſt enim monoculum, debilem, aut claudum ad vitā in
ꝓuerb. 30. 15. gredi, quàm duos oculos habentem, aut duas manus, aut duos
pedes, mitti in gehennam. Sic illud Iudicum. 14. De comeden
te exiuit cibus, & de forti egreſſa eſt dulcedo. Et illud ꝓuerb.
30. Sanguiſugę duæ ſunt filiæ dicentes, affert, affert: ſignifica-
tur quodam hominum genus eſſe, qui more Sanguiſugæ inſa-
tiabili cupiditate humani cruoris tenentur. Vt enim illa dupli-
ci



plicato deſiderio. Sic illud: Si dormiatis inter medios cleros
pennę columbę deargentatę, & poſteriora dorſi eius in pallo-
re auri. Quo ſignificatur, ſeruos Dei, tametſi laboribus atri, &
ſordidi ſint, vt ſunt ij, qui inter ollas fuliginoſas & denigratas
iacent, in poſterū fore nitidos ac candidos non ſecus ac pennæ
colūbę deargentatę ob candorē, & refulgetēs velut aurū pal-
lore, ſeu colore Iacinthino nitidiſsimo. Quadrat in eos qui per
ſecutionib⁹ affictantur, tamen ſubinde Dei gratia & fauore for
moſiores redduntur. Et ſimili tranſlatione vſus eſt Solomon in
Canticis: Oculi tui ſicut columbę, quę lotę ſunt aqua, & reſidēt
iuxta aquarum fluenta pleniſsima.

DE hoc ſchemate fuſius Auguſtinus libro.15. de Trinita-
te.cap.9. Cicero pro Roſcio: Multos cæſos ad Traſumenum
lacum, ſed ad Seruilium vidimus. Quis ibi non vulneratus fer
ro Phrigio? Rurſus ad Octauium: Ego rem publicam feſelli,
ego ad parricidium induxi, cum te Iunonium puerum, & ma
tris partum aureum eſſe dixi. At te fata patriæ Peridem futu
tum prædicabant.

Interdū tamen ægnima ex proprijs verbis efficitur, & non
ex tranſlatitijs, quare tunc non eſt tropi genus, vt illud apud
Matthęū.22. Meſsias cuius filius eſt? Dauidis, an non. Et illud: Mat.22.24
Baptiſma Ioannis vnde erat? Simile eſt illud Verg. Ecglo.3. Mat.21.25.

*Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo,*
*Tres pateat cæli ſpatium, non amplius, ulnas.*

Et rurſus.

*Dic quibus in terris inſcripti nomina regum*
*Naſcantur flores, & Philida ſolus habeto.*

Et illud Aedipi.

*Quod eſt animal quadrupes, bipes, atque tripes.*

Periphraſis verborum circuitus eſt, cū pluribus verbis expli
catur quod vno, aut paucioribꝰ dici pōt. Quidquid enim va-
let ſignificari breuius, & ornatius oſtenditur, periphra-
ſis eſt, ſi cum decore fiat, alioqui in vitium incidit periſo-
logiæ: obſtat enim in oratione quidquid non adiuuat. Elegās
periphaſis eſt pſ.2. Qui habitat in cælis irridebit, pro Deo,
vt oſtēderetur, vanos fore conat⁹ cōtra dn̄m in cęlis cōmorātē.
Sic in oratione dn̄ica. Pater noſter q̄ es in cælis. Extat apud
Verg.

Verg. Aeneid.2.noctis periphraſis.

*Tempus erat quo prima quies mortalibus ægris*
*Incipit, & dono diuum gratiſsima ſerpit.*

Dici vero libro.4.

*Poſtera Phœbæa luſtrabat lampade terras.*

## Caput.18.De Paræmia, Paradigmate, & Parabola, quo differat à Metaphora, & ſimilitudine.

Actor.9.5. PAROEMIA eſt accommodatum rebus, temporibuſq; prouerbium, vt: Aduerſus ſtimulum calces: Sicut actorum.9. Dominus dixit Saulo: Durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare. Ad quod alludit Horatianum illud lib.2.Satyra.1.

*Cui male ſi palpere, recalcitrat vndique tutus.*

ITA illud: Canis reuerſus ad vomitũ, &: ſus ad volutabrũ, 2.pet.2.22 quibus vſus eſt Petrus.2. Canonica.2.ad carpendos eos, qui poſt actam pænitentiam in eadem flagitia, à quibus aliquãdo prouer.26 11. fuerant expiati, relabuntur. Prouerb.26. Sicut canis, qui reuertitur ad vomitũ: ſic improbus, qui iterat ſtultitiam. Vtrumq; complexus eſt Horatius lib.1.Epiſto.2.

*Vixiſſet canis immundus, vel amica luto ſus.*

1.reg.10.12 Sic illud: Num Saul inter prophetas? 1.reg.10. Quo vtimur cum indoctum quemq; officium docendi adſumere, vel aliud quid artis, quam non didicit, ſibimet vſurpare viderimus. In quos apprime quadrat egregij olim pictoris dicterium: Ne vltra crepidam ſutor. Vnde poeta.

*Tractent fabrilia fabri.*

Illud præterea, quod lib.1.reg.24.habetur: Ab impijs egredietur impietas: Latinus Comicus reddit: Mala mens, malus animus. Hiſpani vero: Cada qual haze como quien es: De mala vid, no buen ſarmiento: & dominus in Euangelio: Non poteſt arbor mala bonos fructus facere. Inſuper paræmia eſt, Ibidem. quod ibidem.1.reg.ſubditur: Quem perſequeris? Canem mortuum? Cõuenit in eos, qui afflictum hominem denuo affligũt. De huiuſmodi tyrãnis conqueritur Dauid in pſalmo. Quem tu



tu percuſſiſti, perſecuti ſunt, & ſuper dolorem vulnerum meorum addiderunt. Latini dicunt: Euellere barbam mortuo Leoni. Hiſpani: A moro muerto gran lançada. Deniq; Sapientis prouerbium eſt: Adoleſcẽs iuxta viam ſuam, etiam cum ſenuerit, non recedet ab ea. De his dicitur, qui inueteratis conſuetudinibus obduruerunt. Non minus docte quam eleganter poeta reddit.

*Quo ſemel eſt imbuta recens, ſeruabit odorem*
*Teſta diu.*

Tandẽ olim veteribus tritũ erat, atq; vulgare, vt.2.reg.20.legimus: Qui interrogant, interrogẽt in Abela. Pro quo hiſpani vſurpant: Preguntad lo a quien lo ſabe. Vnde Moſes: Interroga, inquit, patrem tuum & anuntiabit tibi, maiores tuos & dicent tibi. Hic tropus adeo late patet, vt liber Solomonis, quẽ nos, ſecundum Hebræos, parabolas dicimus, apud Græcos ex eo nomine paræmiarum.i.prouerbiorum, acceperit. 2reg.20.19

PARADIGMA, propoſitio eſt, aut enarratio exempli hortantis, aut deterrẽtis. Hortãtis, vt illud Iacobi.5. Helias homo erat ſimilis vobis paſsibilis, & oratione orauit, vt nõ plueret ſuper terram: & non pluuit annis tribus, & menſibus ſex. Sic & illud Matth.6. Reſpicite volatilia cæli, quoniam non ſerunt, neq; metunt, neq; congregant in horrea, & pater veſter cæleſtis paſcit illa. Deterrentis: Simile eſt illud Luce.17. In illa hora, quis fuerit in tecto, & vaſa eius in domo: non deſcẽdat tollere illa: & qui in agro: ſimiliter non redeat retro. Memores eſtote vxoris Loth. Hoc tropi genere vtimur cum exẽplis, quas figuras appellamus, ad mores ex vtroq; teſtamento, immo & ex humanis authoribus vtimur, & ad res confirmandas deducimus. Elegans eſt vtriuſq; paradigma, hortantis Verg. Aeneid.1. Paradigma. Iacob.5.17 math.6.26 luc.17.31.

*Antenor potuit mediis elapſus Achiuis*
*Illiricos penetrare ſinus, atque intima tutus*
*Regna Liburnorum.*

Deterrentis.

*At non ſic Phrigius penetrat Lacedæmona paſtor*
*Ledæamque Helenam Troianas vexit ad vrbes.*

PARABOLA eſt rerum genere diſsimilium vel latẽs, vel expreſſa comparatio. Ea vero fit cum per vnius collationem Parabola quid ſit

nem altera res intelligitur: quo genere dicendi nemo hominũ adeo frequenter vſus eſt, ac Chriſtus redemptor noſter, qui pro ſua diuina ſapientia parabolis vndiq; conquiſitis arcana, reconditaq; myſteria docebat, ita vt Euangeliſta de eo dicat, non loquebatur verbum ſine parabola, cuius rei rationem ſupra reddidimus. Eſt autem triplex genus parabolæ: primum cum hiſtoria hiſtoriæ per expreſſam ſimilitudinem confertur, quod fit vbicũq; ponitur nota ſimilitudinis: vt ſimile eſt, vel quid huiuſmodi. Vt Matthæ.20. Simile eſt regnum cælorum homini patrifamilias, qui exijt primo mane conducere operarios in vineam ſuam: qua explicatur præmium futurum in beatitudine. Et Matthæ.13. Simile eſt regnum cælorum theſauro abcondito in agro: quo explicatur auiditas euangelicæ doctrinę in bonis. Et ibidem: Simile eſt regnum cælorum homini quęrenti bonas margaritas: quo idem docetur, videlicet, abneganda omnia propter Chriſtum. Et ibidem: Simile eſt regnum cælorum ſagenæ miſſæ in mare: quo ſignificatur in Eccleſia militanti eſſe commiſtos bonos & malos fideles, ſed per iudicium ſeparandos, & ſecludendos á triumphantium beatitudine. Matthæ.22. Simile eſt regnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias filio ſuo: qua exponitur impiorum ſupplicium, & alijs innumeris, quas lubens prætereo, quo genere vſus eſt parabola Verg. Aeneid.2.

Triplex genus parabolarum.

Primum.

Mat.13.44

math.22.2

*Qualis mugitus, fugit cum ſaucius aram*
*Taurus, & incertam excuſsit ceruice ſecurim.*

Alterum genus eſt cum res confingũtur ad aliquid verum ſignificandum, vt parabola, quæ eſt in libro Iudicum: qua inducuntur arbores conſultantes de creando ſibi rege. Et Matth.21 de ficulnea cui dominus maledixit, eo quod non habebat ficus cum non eſſet tempus ficuum, & continuo arefacta eſt. Eo facto ſignificans maledictionem ſuperuenturam Synagogæ, & peccatoribus ob bonorum operum ſterilitatem. Sic philoſophi in ſuis comedijs, tragœdijs, & ſcenis perſonas fingunt.

Secundum genus parabolæ.

matt.21.19

Tertiũ cum non explicatur rerum ſimilitudo, ſed verba abſolute ꝓlata trãsferũtur ad aliquid deſignandũ. Vt Mat.13. parabola ſeminantis, vbi ſemẽ ꝓ verbo, ſeminãs pro doctore capitur, quo explicatur fructꝰ euãgelicę doctrinę, & diuerſitas auditiũ. Sic parabola de filio Prodigo exprimitur Dei clemẽtia. Et

Tertiũ genus parabolæ.

matt.13.3.



Et alia de diuite epulone ſupplicium improborum, & iuſtorũ præmium: Et alia de Phariſæo, & publicano, iuſtitia bonorũ, & damnatio malorũ: Et alia de eo qui incidit in latrones, proximorũ commiſeratio. Et ſimiles, quæ ob eam rationẽ ex modo ſignificandi ad metaphoram accedunt. Tametſi rerum vera ſit hiſtoria. Chriſtꝰ autem appellauit parabolam: Audite, inquit, parabolã ſeminantis. In quibus omnibus generibus nullus eſt ſenſus ſpiritualis, ſed omnes ſunt literales. Nam primꝰ eſt ſimilitudinariꝰ figuræ, & hiſtoriæ proprius. Secundus propter res confictas refertur ad metaphorã. Tertius propter modum eſt metaphoricus: ſed quia integra hiſtoria refertur, degenerat in parabolam.

Luc.15.21.
Luc.16.19.
Luc.18.10.
Luc.10.30

6 Differt autem parabola â ſimilitudine, primo quod illa vt plurimum eſt inter hiſtorias, & res plures, quę cum alijs pluribus conferuntur. Similitudo verò eſt fere ſemper inter res ſimplices, quarum altera alteri ſimilis eſt, vt regnum cælorum theſauro abſcondito, & mercatori, & ſagenę miſſæ in mare. Et dæmon, leoni rugienti. 1. Petri. 5. Et tyrannus catulo leonis, & id genus innumera. Deinde parabola propius accedit ad metaphoram, vt modo dicebamus: ſimilitudo verò nũquam: tametſi plurimum illi coniuncta, vt Quintilianus eſt author libro.8.capit.6.de tropis. Nam in omni ſimilitudine reperiũtur huiuſmodi notulæ: ſimile, tanquam, ſicut, quemadmodum, velut, & huiuſmodi alia, in metaphoris verò nunquã, in parabolis verò raro: ex quo fit vt ſimilitudo, ſiue paradigma ſemper ſit literalis ſenſus proprius: At metaphora vbiq; eſt figuratus, quia per Tropum, tametſi literalis: vt illud: Simile eſt regnum cælorum theſauro &c. eſt quidem ſimilitudo, & propter plura quæ adiunguntur, efficitur parabola. Sed ſi quis diceret: regnum cælorum theſaurus eſt, iam eſt metaphora, & tranſlatitium verbum. Horum prima ratio eſt ea, quôd in ſimilitudine ſemper ſumuntur verba in ſignificatione propria, non tranſlatitia: vt regnum cælorum, pro vero regno cæleſti: theſaurus, pro vero theſauro. At non in metaphora: nam vbi dicitur theſaurizate vobis theſauros in cælis: vbi tinea non demolitur, nec fures effodiunt, & furantur: Theſaurus non pro theſauro, ſed pro meritis & pręmijs: fures, pro dæmonibus & vitijs: tinea, pro inãni gloria metaphorice ſumuntur. Alioqui pecuniæ theſauros in cælum accumu-

Quo differat parabola a metaphora, & ſimilitudine.

 lare

lare non poſſumus, nec deferre nobiſcum. Sic pſalm. Diues cum interierit non ſumet omnia, neq; deſcendet cum eo gloria eius. Et alibi: Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt viri diuitiarum in manibus ſuis. Et inſuper: Theſaurizat inquit, & ignorat cui congregabit ea. Hæc ex Beda, & Augu- ſtino in libro de vtilitate credendi, & libris de doctrina Chriſtiana, & alibi.

Beda. Auguſtin.

## Caput. 19. De Metonimia & Metalepſi illi *cognata.*

Metonimia quid ſit & quatuor genera illius.

METONIMIA eſt quædam nominis pro nomine poſitio, vt Quintilianus ait: ſeu iuxta Bedam, tranſ nominatio, dum nomen vnius rei, pro alio ponitur, ob aliquam rerum cognationem. Quod fit quatuor modis ex cauſis, effectis, ſubiectis, adiunctis: ſi qui alij ſunt, ad hos reducuntur. Igitur primus eſt, cum nomen cauſæ pro effectu ponitur. Sic illud: Helias primum venturus eſt: & rurſus: Helias quidem venit, & fecerunt in eum quæcumq; voluerunt. In quibus locis Helias pro ſuo ſpiritu, virtute, & operibus, quæ in Ioanne reſplenduerunt, ſumitur: quod non obſcure angelus pronuntiauit Lucæ. 1. Venturus eſt, inquit, in ſpiritu & virtute Heliæ. Et Dominus: ſi vultis accipere, ipſe eſt Helias. Et Matthæi. 25. Ite maledicti in ignem æternum: ignis pro tormento combuſtionis ignis. Et illud: Vinum & mulieres faciunt homines apoſtatare à Deo. Vinum, pro ebrietate: mulieres, pro ſcortationibus poſuit. Quod veluti exponens vno verbo vtrumq; complexus eſt Paulus: Nolite, inquit, inebriari vino, in quo eſt luxuria. Sic illud Eſai. 63. Errare nos feciſti à vijs tuis, induraſti cor noſtrum Dñe, ne timeremus te. Deus omnium rerum cauſa, pro homine ab ipſo producto, dicitur feciſſe errare: quia permiſit, & liberum reliquit illum. Et illud Deut. Ignis ſuccenſus eſt in furore meo, & ardebit vſq; ad inferni nouiſsima. Ignis accendi, & ardere dicitur: cum tamen combuſtibilia ſint, quæ per ignem accenduntur, & ardent. Sic Cicero pro Marcello: Quos amiſimus ciues, eos Martis vir perculit, non ira victoriæ. Mars pro bello, quaſi author: & Verg. Aeneid. 1.

1

Primũ genus metonimiæ. Matth. 17. 11.

Luc. 1. 17.

Matth. 26. 41.

Eccle. 19. 2

Ephe. 5. 18. Eſai. 65. 18

Deu. 32. 22

Tum



*Tum Cererem corruptam vndis.*

Ceres inuentrix, pro frugibus. Sic Terentius.

*Sine Cerere, & Baccho friget Venus.*

2 Ceres, pro cibo: Bacch⁹, pro vino.

SECVNDO, dum effectus pro cauſa vſurpatur: vt illud Gen. 47. Dies peregrinationis meæ pauci & mali, pro laboribus & malis, quæ in eiſdẽ annis Iacob Patriarcha perpeſſus fuerat. Et illud: Nunc cognoui quod timeas me: pro, cognoſcere feci. Enimuero quia Dominus author cognitionis eſt: dicitur & ipſe quaſi nouum quid cognoſcere. Sic ſenectus triſtis, quod triſtitiam generet. Vergi. 3. Georg.

Secundum genus metonimiæ. Gen. 47. 9. Gen. 22. 12.

*Optima quæque dies miſeris mortalibus æui*
*Prima fugit, ſubeunt morbi, triſtiſque ſenectus.*

Sic & mors pallida, quod pallorem inducat, ac mortuos pallidos efficiat, ac reddat. Horatius lib. 1. Ode. 4.

*Pallida mors æquo pulſat pede pauperum tabernas,*
*Regumque turres.*

TERTIO, cum rei ſubiectæ nomen ad rem adiunctam 
3 transfertur: ſicut ex eo quod continet, id quod continetur. Sic illud Matthæi. 2. Turbatus eſt Herodes & omnis Hieroſolyma cũ illo: ciuitas pro ciuibus. Sic illud pſalmi: Lætata eſt Aegyptus in profectione eorum: regio, pro incolis. Sic Cicero actione. 4. in Verrem: In hanc rem teſtem totam Siciliam citabo, id eſt, Siculos. Et in Piſonẽ pro lege Manilia: Teſtis Italia, teſtis Gallia, teſtis Africa, teſtis Hiſpania. Et Vergilius Aened. 6.

Tertium genus metonimiæ. Math. 2. 4. Pſ. 104. 38.

*Illa inclita Roma*
*Imperium terris, animos æquabit olympo.*

Roma, pro Romanis. Sic calix & poculum, pro potu: Vt illud: Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum? Et rurſus: Calicem quidem meum bibetis. Et inſuper: Calicem quem dedit mihi pater, non vis vt bibam illum? Et poſſeſſor, pro re poſſeſſa. Sic Vergilius. 2. Aeneid.

Matth. 20. 22.

*Iam proximus ardet Vcalegon.*

H 2 Pro

Pro domo illius,& progenitor familię pro illa. Sic illud: Caſtra metatus eſt Iſrael,& reuerſus eſt Iſrael: nomen patriarchæ pro poſteris Iſraelitis.

Quartū genus metonimiæ. Matth. 24 12. ps.54.11.

Quarto cum ex adiunctis res ſubiectas intelligimus: adiunctæq; rei nomen ad rem ſubiectam tranſfertur, vt illud Math. 4
24. Abundabit iniquitas: id eſt, iniqui & ſcelerati. Sic quoq; pſalmus. Abundabit ſuper muros iniquitas,& non deffecit de plateis eius vſura & dolus: pro iniquis, vſurarijs,& doloſis. Sic auaritia dominatur: pro, auaris. Sic Cice. act. 1. in Verrē. Quas res luxuries in flagitijs, crudelitas in ſupplicijs, auaritia in rapinis: ſuperbia in contumelijs efficere potuiſſet, eas oēs ſeſe hoc vno prætore per triennium pertuliſſe. Luxuries pro luxurioſo ponitur: crudelitas pro crudeli: auaritia pro auaro: ſuperbia pro ſuperbo. Appoſitiſsimus locus eſt in Catilinam oratione. 2 Vbi in comparatione tyrannorū,& ciuium, ex vitijs & oppoſitis virtutibus pſonas intelligit. Sic Terentius in Andria.

*Scelus quemnam hic laudat?* Pro ſceleſto.

metalepſis ps.59.9.

Metalepſis, ad Metonimiam refertur: nil enim eſt aliud, q̄ ipſa geminata. Sic ps.59. Meus eſt Galaad, meus Manaſſes, Ephraim fortitudo capitis mei. Vbi Galaad mons, pro Galaadites habitatoribus: & hi, pro tribu, cui ſorte obuenit. Rachel plorat filios ſuos,& noluit conſolari: Matthæi.2. Hieremiæ.31. Rachel pro regione Bethlehemitica, vbi ſepulta fuit. Et rurſus regio pro incolis: geminata metonimia. Sic ariſtę, p æſtatibus,& item pro annis. Sic Vergi. Ecgloga.1.

Math.2.18 hiere.31.15

*Poſt aliquot, mea regna videns, mirabor, ariſtas.*

## Caput. 20. de Sinecdoche tropo,& generibus illius.

Sinecdoche quid & quaturo gnēra illius. Ge.46.27 Ioan.1.14. ps.64.3.

SINECDOCHE, conceptio eſt ſeu intelligentia vnius per alterum: à verbo Græco: ſynecdochomæ, id eſt, concipio: ſeu, intelligo. Fit autem quatuor modis: 2
primo cum partis nomine totum appellamus, vt anima pro homine. Actorum.27. Eramus autem in naui vniuerſæ animę, ducentæ ſexaginta ſex. Sic & illud: ſeptuaginta duæ animę ingreſſæ ſunt in Aegiptū: Gen.46. Sic caro pro homine, Ioan.1. Verbum caro, id eſt, homo, factum eſt. Et illud pſalmi: Ad te omnis caro veniet. Sic panis pro cæna Lucæ.14. Inuitauit Ieſū quidam



Luc. 14.1.

quidā de Phariſæis Sabbatho manducare panem. Sic tectum pro domo. Cicero Philippica.2. O tecta miſera, quam diſpari domino tenebātur. Sic Terentius in Heautontim.

*Victus, veſtitus, quo in tectum te receptes.*

Sic puppis etiam pro naui. Vergi. Aeneid.1.

*Haud aliter puppeſque tuæ, pubeſque tuorum.*

Secundum genus ſinecdoche. Luc.16.22

SECVNDO cum totius nomen ad partem tranſfertur, vt homo pro anima. Lucæ.16. Mortuus eſt diues: & ſepultus eſt in inferno: ideſt, anima eius in infernum coniecta, ad modum quo corpora in carcerem, aut cadauera in ſepulchra. Et ibidem: Lazarus ab angelis deportatus eſt in ſinum Abrahæ: ideſt, anima illius. Alioqui non eſt intelligendum corpore,& anima vtrumque fuiſſe aſportatum. Sic Ioā.19. Homo pro corpore: Iuxta, inquit, erat monumentum, & ibi poſuerunt Ieſū, ideſt, corpus illius. Et.20. Tulerunt Dominum meum, ideſt, corpus eius,& neſcio vbi poſuerunt eum. Sic illud Vergilij Aeneid.1.

Ioā.19.42. Ioa.20.13

*Pabula guſtaßent Troiæ, Xantumque bibiſſent.*

Et illud.

*Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim.*

Vbi flumina pro aquæ parte.

Tertiū genus ſinedoche. Math.6.30

Tertio: ſpecies ſeu forma pro genere, de qua Ariſtoteles in poetica capit.21. Dum ſpeciei nomen peculiare ad genus accommodatur. Vt illud Matthæi. 6. Si enim fœnum quod hodie eſt,& cras in clibanum mittitur, Deus ſic veſtit: quanto magis vos modicæ fidei? fœnum ſpecies, pro herba genere ponitur. Erat enim ſermo de lilijs, herbis,& floribus per pulchre veſtitis. Sic de quodam homine dicimus, Homerus iſte: quaſi præſtans poeta: alter Demoſthenes, ideſt, excellens orator. Inſuper pocula Acheloia, pro aqua. Georg.1.

*Poculaque inuentis Acheloia miſcuit vuis.*

Quartū genus ſinedoche. Gen.7.2. ps.1.3.

Quarto: genus pro forma aut ſpecie: Sic illud Gen.6. De cūctis viuentibus ſumes,& repones in arcam: vbi pro animali viuens ponitur: nam plantas non erat illic introducturus. Et illud Gen. 7. Poſuit Noe in arca de cunctis animantibus ſeptena & ſeptena. Nec eſt mendacium, ſed tropus & figurata locutio: animantia, pro animalibus,& non quibuſuis, ſed perfectis: nā, arbores, piſces, muſcas, culices & ſimilia ex putrefactiōe generan-

ps. 1. 3. neranda, non intromiſit. Sic illud pſal. 1. Erit tanquam lignum
quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum : vbi lignum, pro
arbore. Sic Lucæ. 23. Si in viridi ligno hæc faciunt, in arido
quid fiet? Alluſit ad ficum aridam, & arborem ſiccam, iuxta
Luc. 23. 31. verbum præcurſoris : Iam ſecuris ad radicem arboris poſita
eſt. Et ad illud : Ioan. 15. Areſcit, & ardet. Et rurſus : Plan-
Ioan. 15. 6. tauit Dominus Deus lignum in medio Paradiſi. Genus lig-
Gen. 2. 8. num, pro certa ſpecie arboris. Sic Amorrhæus, pro rege A-
morrhæorum, Iebuſæus, pro rege eorum, & rex Babylonis
pro Nabuchdonoſor. Hinc oritur Anthonomaſia, dum vl-
tra prædicta excellentiam addit. Sed iam de illa dicendum
eſt.

Appendices modi Sinecdoche. Ad hos etiam duos modos ſinecdoches, referuntur alij duo
dum vnitas pro multitudine : et multitudo pro vnitate vſur-
patur. Vnde ps. Vidi impium ſuperexaltatum ſuper cedros li
pſ. 105 6. bani : pro, impios. Et lib. 1. regum. 4. Iſrael cæſus : pro Iſraeli-
tis. Et apud Liuium: Romanus prælio victor : Pænus victor,
gen. 4. 10 pro Romanis & Carthaginenſibus. Contra vero, multitudo
pro vnitate : vt in pſal. loquitur Dauid de ſe, & ait. Peccaui-
ps. 36. 35 mus, iniuſte egimus, iniquitatem fecimus. Sic Thobias. Pecca
uimus ſupra multitudinẽ arenæ maris. Sic Cicero ad Brutum.
Populo impoſuimus, & oratores viſi ſumus.

## Caput. 21. De Anthonomaſia. & Epi *theton.*

HVC tropus recidit, qui à rethoribus appellatur Anthonomaſia in nihilo Sinecdoche genere differens, niſi quod propter excellentiam, & preſtantiam vnius, tribuitur illi quod eſt commune multorum. Illic vero abſque ratione excellentiæ generale quiddã, pro ſpeciali ponitur. Ergo Anthonomaſia peti poteſt aut ab animo, aut à corpore, aut ab externis. Ab animi elatione: Sic ſuperbus, pro dæmone v-
ps. 88. 11. Eſai. 51. 9. ſurpatur Eſai. 51. Nunquid non tu percuſſiſti ſuperbũ? Et iuxta quorundam ſenſum. ps. 88. Proieciſti ſicut vulneratum ſupbum. Et illud poetæ pro Aenea.

*Magnanimuſque Achiſiades.*

A corpore: vt. 1. reg. 17. Vir ſpurius altitudinis cubitorum ſex: pro Goliath gigante. Sic pro Athlante poeta.

Ipſe



*Ipſe arduus, altaque pulſat*
*Sydera,*

Ab externis, vt à genere filius Iſai, pro Dauid. 1. Regum. 16.
Quid dabit vobis filius Iſai? Et filius Dauid, pro Chriſto. Sic
paſſim in hiſtoria euãgelica. Et ab affectu ſic diſcipulus : quem 1. reg. 22. 7
diligebat Ieſus, pro Ioanne euãgeliſta. Et à ſcelere, vt traditor,
pro Iuda. Sic Matth. 26. Dederat autem traditor eis ſignum. A matth. 26. 48.
loco: vt Nazarenus, pro Chriſto, vnde Nazareni pro Chriſtia
nis. Sic ſedens ſuper Cherubin manifeſtare. Ab officio : ſic il-
lud Iob. 7. Quid faciam tibi o cuſtos hominũ? pro Deo. Sic bo Iob. 7. 20.
nus paſtor, pro Chriſto, & alia id genus innumera: vt prophe-
ta, pro Dauid: apoſtolus, pro Paulo: princeps eccleſiæ, pro Mi
chaele: princeps apoſtòlorum, pro Petro: vicarius Chriſti, pro
Papa: orator, pro Demoſthene, poeta, pro Homero: comicus
pro Terentio. Sic ab infęlicitate: Vergil. Aeneid. 2. pro Troi-
lo dixit.

*Infælix puer, atque impar congreſſus Achilli.*

Et Aeneid. 3. pro Polixena.

*O fælix vna ante alias Priameia virgo,*
*Hoſtilem ad tumulum Troiæ ſub mænibus altis*
*Iuſſa mori.*

Huic valde affine eſt Epitheton, quod tantundem eſt latinis ac appòſitum, quoties proprium nomen adiecto alio quaſi veſtitur: vt pius Aeneas, fortiſſimus Hector, ſæuus Achilles, formoſus Alexis: Ita poeta Vergilius. Ad hunc modum Dominus miſericors, & miſerator agnominatur. Deipara virgo : Loth iuſtus. Fit etiam Epitheton ab animo, à corpore, & ab externis: ſeu oſtendendo, ſeu ornando, ſeu vituperando.

## Cap. 22. De Ironia, Sarcaſmo, Antiphraſi, & *Apophaſi.*

IRonia Græcis, latinis eſt ſimulatio, quæ aliqd dicimꝰ, & aliud intelligi volumus. Dicimꝰ enim quod nõ dicere ſimulamꝰ. Ita Ariſto. rethoricæ ad Alexãdrũ. c. 22. Fit enim cum vnius diſſentanei nomẽ, pro altero diſſentaneo ponitur. Vt illud Geneſ. tertio : Ecce Adam, quaſi vnus ex nobis factus eſt, quaſi primorum parentum imprudentiam irridens, qui dæmonis verbis fidẽ adhibuiſſent quibꝰ Gen. 3. 22.



decepe

deceperat eos dicens: Eritis ſicut Dij ſcientes bonũ & malum.
Sic quoq; illud. 3. reg. 18. quo ſacerdotibus Baal illudebat Helias: Clamate voce maiore, Deus eſt enim Baal, & forſitã loquitur, aut in diuerſorio eſt, aut in itinere, aut dormit, vt excitetur. Significabat inanne quid eſſe Baal, nõ Deũ qui poſſet audire. Terẽti⁹ in Andria: Id populus curat ſcilicet. Verg. 4. Aenei.

reg.18. 27

*Scilicet is ſuperis labor eſt, ea cura quietos*
*Sollicitat.*

Cicero in exordio orationis pro Quinto ligario. Nouũ crimen Cai Cæſar, & ante hunc diem in auditũ, propinquus me⁹ ad te Quintus Tubero detulit. Interdum multiplicatur, & cõtinuatur Ironia cũ gratia, & ſermonis elegãtia. Sic ille in Cluẽtium. Integritas tua te purgauit (mihi crede) pudor eripuit, vita anteacta ſeruauit. Verg. Aeneid. 4.

*Egregiam vero laudem, & ſpolia ampla refertis*
*Tuque, puerque tuus, magnum & memorabile nomen,*
*Vna dolo diuum ſi fæmina victa duorum eſt.*

mat.27.42 Sed ſi Ironia plena eſt odio, & hoſtili irriſione, Sarcaſmos appellatur Græcis. Sic illud blaſphemum Matth. 27. Alios ſaluos fecit, ſe ipſum non poteſt ſaluum facere: ſi filius Dei eſt, deſcendat nũc de cruce, et credem⁹ ei: dixit enim: quia filius Dei ſum. Et rurſus: Confidit in Deo, liberet eum nunc, ſi vult. Cuius rei
pſ.21.9. vaticinium extabat in pſal. 21. ſub eodem tropi genere: Sperauit in dño, eripiat eum, ſaluum faciat eum, quoniam vult eum. Sic Verg. Aeneid. 12.

*En agros, & quam bello Troiane petiſti*
*Heſperiam, metire iacens.*

Ad Ioniam referuntur Antiphraſis, & Apophaſis. Eſt autẽ Antiphraſis, quaſi contraria locutio, quod dictio contrariũſignificet, quã in ipſa apparet, vt in cathacreſi diximus, luc⁹ quia
Ioan.5.2. & minime lucet: Parcę, quod minime parcãt: piſcina. Ioã. 5. quod
mat.26.50 nullos haberet piſces. Sic Mat. 26. Amice ad quid veniſti? quia minime faciebat op⁹ amici, ſed traditoris inimici. Sic illud Iob.
Iob.2.9. 2. Benedic Deo, & morere: pro maledic. Si dicimus, ò bone vir de malo. Sic Ariſtoteles in rethorica ad Alexandrum cap. 22.

Inter



Inter Ironiam, & antiphraſim hoc diſtat, quod antiphraſis ſemper eſt in vno verbo, nõ ſic Ironia. Deinde Ironia vel ſola dicentis pronuntiatione indicat quod intelligi vult, nẽpe cõtrarium illius quod apparet. At Antiphraſis, nõ pronuntiatione ſed ſuis verbis, quorum eſt origo contraria. Adhũc prope modum Auguſtinus lib. 3. de doctri na Chriſtiana cap. 29.

Apophaſis Paralepſi figuræ ſententiarum negationis quã ſimillima eſt. Fit dum aliud quam dicim⁹ iuſtis de cauſis abſq; mendatio volumus, & ſilentio præterire ſimulamus. Sic dominus pręcipiebat ijs, quibus ſanitatem conferebat, ne cui miracula dicerent: ipſi nihilominus illico euulgabant, nec mandatum Chriſti ſoluebant, qui per Apophaſim non tam eos tacere, quã nos propriã, & inannẽ gloriam fe gure docebat. Sic illud: voluit latere & neminẽ ſcire, & non potuit. Voluit, quia eam ſignificationẽ per Apophaſim dedit. Sic illud: Multa hobeo vobis dicere, ſed nõ poteſtis portare modo. Et ſubiungitur: Ecce prę dixi vobis omnia. Et: vos dixi amicos, quia omnia quęcũq; audiui à patre meo, nota feci vobis. Sic Cicero actio. 1. in Verrẽ: Neq; ea dico, quę ſi dicam, tamen infirmare no n poſſes. Et vbi narrauit, addit: Sũt hęc, & alia falſi accuſatoris ſigna per multa, quibus ego nunc non vtor. In verbis, non dico, non vtor, apophaſis eſt ad contrariam ſignificationem conuerſis: Ex negatione enim ſignificatur affirmatio. Item pro Cluentio: Mitto primam libidinis iniuriã, mitto nefarias nuptias, nil de alijs queror, pręterea &c, in verbis (mitto, pręterea, nil queror) apophaſis eſt. Verg. Aeneid. 6.

*Quid Thеſea magnum? quid memorem Alcidem?*

## Caput. 23. De Hyperbole, & eius generibus.

HYPERBOLE eſt quidam ſignificationis exceſſus augendi, minuendi ve gratia: Cum enim id quod dicim⁹ fidem excedere videtur. Quia res ipſa (de qua loquimur) naturalem modum excedit hyperbole eſt, ſuoq; apta loco. Conceditur quippe tunc amplius dicere, quia dici quantum eſt non poteſt, meliuſq; vltra, quam citra ſtat oratio. Quare ſacris literis aptius conuenit, quam cæteris ſcriptoribus, quod il lę

lę de rebus diuinis ſint, quæ pro dignitate dici non poſſunt nec dum laudari: hi vero humaniora tractant, quæ hominis mentem non excedūt. Itaq; cum huiuſmodi tropo vtimur, non mētimur, ſed rei magnitudinem, aut exceſſum ſignificamus. Atq; vt nullus eſt in omnium gentium linguis familiarior tropus, ac magis tritus hyperbole, quoties vel beneuolentiam cuiuſquam volumus commendare, aut exprobrare ingratitudinem, extollere, vel minuere quicquam: ita & in arcanis literis nullus eſt frequentior dicendi modus. Illud per hyperbolem dictum. 3. reg. 10. nemo ambigit: Tanta erat argenti copia in
3reg.10.27 Hieruſalem, quanta & lapidum. Quid aliud his verbis, quam ingentem fuiſſe Hieroſolymis argenti copiam, oſtendimus?
matt.4.8. Vbi commemorat Euangeliſta Matthæus cap. 4. Sathanam oſtendiſſe domino omnia regna mundi: quid aliud quam per hyperbolem bonā ac præcipuam mundi partem intelligit? Sic
Rom.8. & Paulus ad Roma. 1. Fides, inquit, veſtra, annuntiatur in toto mundo: ideſt, in magna illius parte, quia de Romanorum fide rumor in plures mundi partes peruagabatur: tametſi de Romanorum credulitate multi orbis anguli ne verbum
Colloſ.1.6 quidem audierant. Eadem phraſi dixit ad Coloſſenſes. 1. In toto mundo fructificat Euangelium: pro, in magna mundi parte. Quinimo & illud quod Apoſtolis ex pſ. 18. accomoda-
pſ.18.5. tur: In omnem terram exiuit ſonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum: ad eundem modum per hyperbolem, ſcilicet, in maiores mundi partes, & ad extrema terræ exponi poſſe non dubito. Quo liquidum fit ad Indos noſtros, nec ad Iaponios vſq; ad hæc tempora non perueniſſe Euangelium, ab Apoſtolis enim non fuit illuc nauigatum. Sic illud: Tenebræ factæ ſunt in vniuerſam terram: in Iudæa, ſcilicet, alioqui
mat.27.45 cum facta fuerit illa ſolis obſcuratio per interpoſitionem lunæ (vt Dioniſius ait) non potuit ad omnes orbis partes ſolem obſcurare. Sic & illud quod apud Ioannem phariſæi conſultantes dixerunt contra Dominum: Totus mundus poſt eum abijt,
Ioa.12.19 mat.11.21. ideſt, maxima populi multitudo. Hac loquendi phraſi Chriſtus minabatur exitium Bethſaidæ, Corozaim, & Capharnaum, & alijs ciuitatibus, quæ non receperant Apoſtolos, pollicens mitius ſe acturum cum Sodoma, & Gomorrha, quā cum illis in die iudicij. Deniq; Ioannes Euangeliſta eleganti quodam, ac hyperbolico epilogo concluſit dicens: Sunt alia multa,



multa, quæ fecit Ieſus, quæ ſi ſcriberentur per ſingula, nec ipſum arbitror mundum capere poſſe eos, qui ſcribendi ſunt, libros, ſignificans plane citra mendacium ingentem diuinorum operum copiam, & multitudinis exceſſum. Ergo augendi gratia per hyperbolem dicimus: Niue candidior. Sic Hieremias in Threnis: Candidiores Nazaræi eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, ſaphiro pulchrior es. Sic & illud. 2. regu. 1. Aquilis velociores, leonibus fortiores. Ita Cicero in Antonium: Quæ Charibdis tam vorax? Charibdim dico? quæ ſi fuit fuit animal vnum. Oceanus medius fidius vix videtur tot res, tam diſsipatas, tam diſtantibus in locis poſitas tam cito abſorbere potuiſſe. Sic illud Vergilij.

*Geminique minantur*
*In cælum ſcopuli.*

Idem Aeneid. 7.

*Illa vel intactæ ſegetis per ſumma volaret*
*Gramina, nec teneras curſu læſißet ariſtas.*

Nec pauciora ſunt minuendi genera. Sic illud Leuit. 26. Terrebit te ſonitus folij volantis. Sic & illud thren. 4. Denigrata eſt ſuper carbones facies eorum: non ſunt viſi in plateis, adhæſit cutis eorum oſsibus, aruit & facta eſt quaſi lignum. Ita quoque Vergilius.

*Vix oßibus hærent.*

Sic quoq; Cicero in quodam ioculari libello, quem Fabius Quintilianus refert.

*Fundum Varro vocat, quem poßim mittere funda,*
*Ni lapis exciderit, qua caua funda patet.*

Yperbolem quidam ad methaphoram referunt, quod in ea ſimilitudo & collatio, vel ad amplificandum, vel ad extenuandum reluceat: aſt ego nec probo nec improbo, ſed maioris explicationis gratia diſtinxi: & quaſi audacioris ornatus tropum ad ſummum vſq; locum reſeruaui. Atq; tandem, vt ſupra, iterum admonere oportet, cauendum eſſe ne ea, quæ in diuinis literis abſque tropo ſunt dicta, ad eoſdem, præſertim ad hyperbolem quaſi per vim trahamus, quod faciunt qui miſcent ſacra profanis. VT enim quæ tropice dicuntur, citra tropum intelligi apte nequeunt: ita ſimpliciter

pliciter dicta, ad tropos & ſchemata retorquere periculoſum.
Credo tamen Dei gratia in his me certum ſeruaſſe modum,
quæ omnia Eccleſię iudicio ſubmiſſa ſunto.

## Caput. 24. Quod ſacra ſcriptura nunquàm *deſtituatur literali ſenſu.*

FREQVENTER apud Eccleſiæ Doctores anti- 1
quos legimus, quòd defficiente literali ſenſu ad myſti
cum recurrendum eſt. Ita Origenes homil. 4. ſuper Ge
puerb. 26. 9. neſim: Non ſemper (inquit) in diuinis literis hiſtoriæ ſenſus ſta
re poteſt, vt illic: ſpinæ naſcentur in manu ebrioſi. Et ibi: Vox
3. reg. 6. 7 mallei, & ſecuris non eſt audita in domo Dei. Et libro. 4. Peri
arcon Cap. 2. conatur oſtendere in pluribus locis ſcripturæ ſen
ſum literalem deficere, quod diuina prouidētia factum eſſe di
cit, ne videntes perpetuam literæ ſignificationem habere ve-
ritatem, putaremus non eſſe propter aliud, quàm literæ ſen-
ſum conſcriptam, aliaque myſteria non continere. Quini-
mo Gregorius ſæpiſsime ſuper Iob, præſertim libro. 4. capi.
3. ait: Vbi defficit litera, recurrendum eſt ad myſticum ſenſum.
ps. 78. 7. Sicut in pſalm. 78. Comederunt Iacob: & illud: Zelus domus
tuæ comedit me: quæ literalem ſenſum habere non videtur.
At hæc omnia intelligenda ſunt de ſenſu ſimplici, quo deffi-
ciente ad tropum recurrendum eſt, qui interim propter dif-
ficultatem myſticus appellatur: vel negānda prorſus quôd
non ſint vſque quaque vera. Nam pluſquam certum eſt, nul-
lum eſſe ſcripturæ locum, qui non habeat ſenſum literæ ve-
rum, vel ſimplici, vel tranſlatitia ſignificatione. Alioqui
cum ſacra ſcriptura interdum hiſtoriam, interdum præce-
pta & doctrinam tradat, niſi vbique perpetuam veritatem
contineret, eſſet prorſus in eis locis fabuloſa. Neque vl-
lus vnquam fuit (niſi manifeſtè hæreticus) qui totam ſcrip-
turæ literam perpetuò veram eſſe negaret. Sunt tamen inter
catholicos, qui vbi ſenſus literalis proprius eſſe poteſt, recurrāt
ad tropos: vt qui per metaphoram aiunt intelligendum eſſe
Euam ex Adæ coſta fuiſſe productam. Id autem præter erro
ris lapſū, eſt abuti doctrina. Nā Auguſtini regula eſt libr. 3. de
doctrina chriſtiana, nō eſſe ad metaphoras, & tropos recurren
dum



dum, niſi aperta neceſsitas cogat, vt ſupra admonuimus. Obſer
uandum tamen figuram, vbi occurrat, ſiue in verbis, ſiue in re
Gen. 3. 19. Gen. 2. 23. bus: non tollere veritatem literæ, vt illud Gene. 3. Puluis es, &
in puluerem reuerteris. Et illud: Os nunc ex oſsibus meis, &
caro de carne mea. Nam tametſi tum iam non eſſet os ſolum:
3 reg. 18. 24 neq; adhuc puluis: per ſinedochem tamen maxime, vbi nomē
materiæ accipitur pro re facta ex illa materia. Sic Helias per
mat. 19. 24 luce. 10. 4. Ironiam dicebat: Deus vere dormit, aut in diuerſorio eſt. Sic
per hyperbolem: Facilius eſt camellum per foramen acus tran
ſire, quam diuitem intrare in regnum Dei. Sic & illud: Nemi-
nem per viam ſalutaueritis: per hyperbolem docebat tantam
curam, & ſollicitudinem prædicandi euangelij Apoſtolos ha-
bituros, vt nil eſſet, quod eos ab officio prędicationis retar-
daret.

## Caput. 25. Quod ſcriptura ſub eiſdem ver- *bis plures interdum habeat ſenſus literales.*

NEC MODO à literæ ſenſu ſcriptura deſtituitur, ve
rum ſub eodem cortice plures literales ſuſus multo-
Genes. 1. 31 ties accipit. Ita Auguſtinus habet libro. 3. de doctrina
Chriſtiana cap. 27. & 12. confeſ. à cap. 20. ad finem. Nam vt ab
ipſo ſcripturæ principio exordiamur, illud Geneſ. 1. In prin-
cipio creauit Deus cælum & terram. triplicem ſenſum habere
poteſt: Primum: In principio, ideſt, in filio Dei, ideſt, per diui-
nam ſapientiam omnia fuiſſe condita, iuxta illud pſal: Verbo
domini cæli firmati ſunt. Et: Omnia in ſapientia feciſti. Et il-
lud apoſtoli: locutus eſt nobis in filio, per quem fecit & ſæcula.
ps. 32. 6. ps. 103. 24. Heb. 1. 2. Quod in Symbolo confitemur per quē omnia facta ſunt. Al-
ter ſenſus eſt, vt principium, ordinē dicat ad ſequentia: ac ſi di-
ceret, primum omnium factum eſt cælum, & terra: deinde fa-
cta ſunt cætera. Tertius eſt: Initio temporis creauit Deus om-
nia, nam antequam fierent, tempus non erat, ſed cum illis in-
cæpit. Hæc ex Auguſtino lib. 1. Super Gene. ad literam cap. 1. à
quo accepit diuus Thomas. 1. par. quæſt. 46. Immo vero ſunt
qui exponant: In principio, deſt, per patrem: ſicut in Euange-
lio Ioannis: In principio erat verbū, ideſt, in patre: eſt enim Deus
alpha, & ò, principiū & finis. Rurſus, in principio erat verbū,
ideſt,

ideſt ab æterno cum patre. En quam ſit multiplex vtriuſq; loci
literalis ſenſus. Et illud: Ex Aegypto vocaui filium meum, du
matth. 2. 15 plicem habet literę ſenſum, alterum de populo Iſraelitico, alte
pſ. 8. 6. rũ de Chriſto. Et illud pſ. Minuiſti eum populo minus ab ange
lis, gloria & honore coronaſti eũ: de homine, & de Chriſto in
pſ. 2. 7. terpretatur apoſtolus. Sicut illud: pſ. 2. Filius me⁹ es tu, ego ho
die genui te: Et de Dauide, & de Chriſto ad literã intelligitur.
Quinimo non ſolum ſimpliciter de Chriſto, quoad æternã ge
neratione͂, ſed de illius reſurrectione dictum eſſe Paul⁹ in actis
interpretatur. Pręſertim quod litera tot patitur ſenſus, quot au
thor Deus intellexit ex verbis ipſis ſignificari. Significãtur au
tẽ ſępe ex eadẽ litera plures, quos De⁹ intellexit. Sunt ergo om
nes literales: quæ ratio vt eſt diui Thomæ, ſic eſt efficaciſsima.
Nec opus eſt vt author homo omnes intellexerit: potuit enim
Moſes vnum aut alterum intendere, cæteros ignorare, vt ho
mo: tametſi quatenus Propheta ſpiritu Dei illuſtratus omnes
agnouerit. Sicut Ionas non intellexit cõminatorium eſſe ſuum
ipſius oraculum de Niniue ſubuertenda, vt homo, licet Prophe
tię ſpiritu pręſenſerit. Sic Eſaias de morte Ezechiæ. Quod ſi
Deus optimus maximus ſcripturam abſq; miniſtro, ſed ſe ſolo
ſcripſiſſet, nemo negaret omnes ſenſus, quos fert litera, ab eo
intentos, ac prorſus literales. Cur ergo non modo? Nec huiuſ-
modi ſenſus variãtur, quod ab vno, vel altero authore citẽtur,
ſed idẽ perpetuo literæ ſenſus manet. Cõtingit tamẽ vt ex plu
ribus literæ ſenſib⁹, quos idem locus habet, vnus ab vno, & al-
ter ab alio authore referatur. Sic Eccleſia in die natiuitatis pro
æterna, vel tẽporali Chriſti generatione refert illud: Ego hodie
genui te, quod ab apoſtolo adducitur pro reſurrectione, vt di-
ximus. Et tñ vterq; literalis ſenſus eſt. Certũ quippe eſt, teſti-
monia ab apoſtolis ad literã adducta in confirmationem eius,
quod docebant, eum habere ſenſum literalem, in quẽ ab ipſis
referuntur: quippe ab Spiritu ſancto edocti, neq; errare, neq;
ignorarę, neq; extra rem afferre poterant. Verum eſt tñ quod
multa referũt vel per ſimilitudinem, vel in ſenſu ſpirituali, vel
per accõmodationem, vt peculiariter ſuis locis videbim⁹. Illud
enim Exod. 12. Os non cũminuetis exeo, de agno intelligendũ
erat in ſenſu literali, at in ſpirituali, propheticũ erat in Chriſti
morte adimplendum, vbi res illa, nempe integras oſsium, non
eſſe Chreſti crura frangenda ſignificabat, in quẽ ſenſum refer-
tur



tur à Ioanne cap. 19. ſui euãgelij. Proinde ait: vt impleretur ſcri
ptura, nempe prophetica in ſenſu ſpirituali: alioqui quorſum Ioã. 19. 36.
allegaret? Accipit ergo verba veteris inſtrumenti, vt illic ſunt.
Quare eundẽ proculdubio ſenſum retinẽt: tametſi vbi ſemel
ab ipſo relata ſunt literaliter intelliguntur de Chriſto quæ te-
ſtimonia prius eundem ſenſum literalem habebant, ſed ab E-
uangeliſtis explicata ſunt. Sed quid moror? Paulus ad Galat. 4.
in ſenſu allegorico non affert hiſtoriam filiorum Abrahæ? Et Gal. 4. 22
ad Epheſ. 5. Sacramentum magnum in Chriſto, & Eccleſia pri
morum parentum coniunctionem? Referebant vero Apoſto
li in ſenſu ſpirituali teſtimonia; quod ſcirent apud Iudæos, qui
Meſsię fidem profitebantur, & quam maiore ex parte deſigna Ephe. 5. 32
bant, hiſtorię plurimum valitura: tum maxime propter nos, vt
doceremur veterẽ legẽ figuram, & typũ fuiſſe euangelij. Illa ve
ro ſemel adducta ab ipſis, literalia ſunt expreſſa: Alioqui ad
docẽda dogmata, & hęreticos cõuicendos, ex literali ſenſu dũ-
taxat ſumitur efficax argumentum. Spiritualis enim valde eſt
ægnimaticus, & amphibologicus: tametſi interdum ab apoſto
lis ad ſuadendum ſumeretur ijs, qui recipiebant illum, ſicut à
concionatoribus modo fit, licet plęrumq; ab his pluſquam ſa-
tis eſt. Ita Hieronimus in illud Matth. 13. de fermento abſcon-
ſo: ſenſus (inquit) ſpiritualis eſt quidem pius, ſed nunquam pa
rabola, & dubia ænigmatum intelligentia poteſt ad authorita
tem dogmatum proficere. Eadem eſt Auguſtini ſentẽtia in epi
ſtola. 45. ad Vincentium. Vnde Dioniſius Carthuſinus in epi-
ſtolam ad Titum: Symbolica (inquit) Theologia, quæ ex ſimi
litudinibus procedit, non eſt argumentatiua. Hinc apparet ſen
ſum ſpiritualem minus efficacem eſſe ad conuincendum hære-
ticos. Atq; hæc de literali ſenſu dicta ſint, ad ſpiritualem per-
gamus.

EVANGE-

# EVANGELICARVM INSTITVTIONVM LIBER TERTIVS.

## *De myſticis ſcripturæ ſenſibus.*

### Caput. i. Quid ſit ſpiritualis ſenſus ſeu myſticus, & *Etymologia illius.*

POST QVAM DE SANCTAE 1

ſcripturæ litera quoad ſimpliciſsimos hiſtoriç ſenſus ex locorum ipſius collatione, ſacrorũ expoſitione patrum, ethnicorum philoſophãtiũ exemplis, proprijs linguarum Hebraicæ, Grecæ, Latinæ, & vulgari b⁹ hominũ phraſibus diſſeruim⁹: ſupereſt vt hoc libro tertio reſeratis theſauri cæleſtis ianuis, in ſecreti⁹ ſponſi cubiculum ingrediamur, arcana ac recondita diuinæ ſapientiæ myſteria introſpiciamus: bibamuſq; Ambroſiam, nectarq; Dei, ad quę nos vocat dicens: Venite, bibite & inebriamini chariſsimi. Nam tametſi totum quod legimus in diuinis libris (præter legale abolitum) niteat quidẽ, & fulgeat in cortice, ſed dulcius in medulla eſt. Qui edere vul nucleum, frangat nucem. Reuela, inquit Dauid, oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua. Si tantus propheta tenebras ignorantiæ cõfitetur, qua nos putas paruulos & pene lactentes inſcitiæ no ẽte circundari? Ob id, velamen in faciem Moiſi poſitum legis, dum Iſraeliticæ plebi legem ferebat: ſignificans abſtruſa & recondita eſſe myſteria, quæ ſub hiſtoriæ cortice gerebantur: per Chriſtum quidem aperienda. Sicut autem quæ ad noſtræ fidei ſacramenta in lege veteri plurimum figurata cernimus: Ita quæ ad anagogem, & mores noſtros componendos, vt beatam vitam aſſequamur, tradita ſunt in Euangelio, maiore exparte conſpicimus. Fertur namq; velut medium eſſe inter legem & fælicitatem, non ſolum tempore, ſed myſteriorum interpretatione & claritate. Erant quippe olim ſacrarum literarũ arcana

C.5.1. pſ.118.18.

Ex.34.35.

myſteria



myſteria plurimum abſtruſa, nec humanæ mentis acies ad eas penetrare poterat: vt recte dixerit Propheta: vere tu es Deus abſconditus. At vbi Dei filius, verbum & ſapientia patris, paterni pectoris, & ipſe ſui interpres, non Prophetarum vt antea, ſed proprio ore nobis loqui cæpit: depulſa mentis caligine clareſcere cæperant omnia, & à vero ſole iuſtitiæ in altum ſublata nebula, euaneſcentibus per veram intelligentiæ lucem tenebris, mentis acies, quaſi reiectis ab oculis Pauli ſcammis, cæcis hominibus, quibus è cælo magna lux effulſit, reſtituta eſt. Quare nil deeſt pijs fidelibus, quibus Euangeliorum volumina accuratius euoluere datur, per quæ nobis diuina Prophetarum oracula, & figuris conuoluta myſteria patefacta ſunt, quominus vere myſticos illos ſpiritualis intelligentiæ ſenſus aſſequantur. Ergo iam ad ſcripturarum ſpiritum aſſequendum, poſt literæ intelligentiam accedamus oportet, quem ſacri Doctores ſpiritualem ſeu myſticum ſenſum appellauerũt. Is itaque eſt ſacræ ſcripturæ intelligentia, quæ ex rerum ſignificatione ſumitur. Vbi enim per voces hyſtoria conſpicitur, & res in ea geſtæ ex prima ipſarum inſtitutione aliud quid deſignãt, quàm apparet: illic reconditum eſt myſterium, & ſpiritualis intelligentia. Vt agni Paſchalis victima Chriſti mortem in ſacrificium pro noſtra omnium ſalute oblati, præter comeſtionis & ceremoniarum hiſtoriam, myſticè deſignabat. Ea igitur ſignificatio ſcripturæ ſpiritus eſt, propter quæ indicanda, quæ apud veteres patres geſta fuiſſe legimus, in figura contigerunt illis. A Chriſto Ieſu redempre noſtro, tum etiam ab Apoſtolis, præſertim Paulo ſcripturæ ſpiritus dicitur. Vt enim caro ſine anima viuificante mortua eſt, & nil valet: ita legis veteris litera ſine ſpiritu intelligentiæ, quaſi caro mortua nil prodeſt. Quod non obſcurè pronuntiauit Chriſtus cum Ioann.3. dixit: Spiritus eſt qui viuificat, caro non prodeſt quicquam. Et Paulus: Spiritus eſt qui viuificat, litera occidit. A ſacris vero doctoribus paulo apertius ſenſus ſpiritualis ſeu myſticus nuncupatur. Spiritualis quidem, vel quia ab Spiritu ſancto reuelatus (vt Apoſtolus ait) Nobis reuelauit Deus per ſpiritum ſuum: vel ab ſpiritu creato, ſeu anima noſtra, ad cuius ſalutem & ſpiritualem vitam informandam & dirigendam conceſſus

Eſai.45.15

Quid ſit ſẽſus ſpũalis

Ioã.6.63. Cor.3.6.



eſt:

eſt: ſeu quaſi à ſenſibus & rebus corporeis ſemotus, vt aer, qui Hebræis: Ruach, Græcis, Pieuma, nobis ſpiritus appellatur. Myſticꝰ etiam ab eodem, apo tu mnim, ſterin: quod eſt, occultare & ſeruare, quaſi rẽ occultã, & in ſecreto abſconditã retinere. Ita enĩ ſub legis litera myſteria fidei cõdebãtur. Inde ergo myſticꝰ ſenſus. i. reconditꝰ, quod nomẽ deſũptũ videtur ex Paulo cũ alias, tũ maximè ex primæ ad Cor. epiſto. c. 2. vbi ait:
1. cor. 2. 5. Sapientiã loquimur inter pfectos, ſapientiã verò nõ huius ſæculi, ſed loqmur Dei ſapiẽtiã in myſterio quę abſcõdita eſt. Vt enim quæ ptioſiora, & pluris habẽtur, ab hoĩbus recõdũtur, donec tẽpus ſit quo euulgẽtur: ita myſteria Chriſti ad ipſiꝰ vſq; tpa in lege fuere recõdita, donec p ipſũ nobis reſerata ſunt.

## Cap. 2. à quibus ſit primũ deſũptus ſpiritualis *ſenſus*.

NOn eſt doctorũ eccleſiaſticorũ figmentũ (vt quidã falſo illis impoſuerũt) poſt literæ intelligẽtiã, ſpũalẽ ſẽſũ ĩ ſacris literis, cuiꝰ in illis frequẽs habetur mẽtio, repire. Primũ nãq; Apoſtolus ad Gal. ſcribẽs. c, 4. duorũ filiorũ Abra-
Gal. 4. 22. hæ, Iſmaelis & Iſaac hiſtoriã enarrãs, inqt: Abrahã duos filios habuit, vnũ de ancilla, & vnũ d libera. Sed q de ancilla, ſecũdũ carnẽ natus eſt, qui aũt de libera p repromiſsionẽ, quæ ſunt p allegoriã dicta. Hec. n. ſunt duo teſtamẽta, vnũ quidẽ à mõte Sina in ſeruitutẽ generãs, quæ eſt Agar (Sina. n. mõs eſt in Arabia qui cõiũctus eſt ei, quæ nũc eſt Hieruſalẽ) & ſeruit cũ filijs ſuis. Illa aũt qui ſurſũ eſt Hieruſalẽ, libera eſt, quę eſt mater noſtra. Et ſubdit. Nos fratres ſecũdũ Iſaac pmiſsiõis filij ſumꝰ. Et paulo poſt: Nõ ancillæ filij, ſed liberæ, qua libertate xp̃s nos liberauit. En Paulus diſcriminat ſenſũ literæ, nẽpe hiſtoriã Abrahæ & filiorũ eius, ab ſpũali duorũ teſtamentorũ. ſ. legis & euãgelij, ſeu ſynagogę, cuius filij ſicut filiꝰ Agar ſerui fuerunt: & eccleſię, cuius filij liberi ſumus à ſeruitute legis veteris, quia filii liberæ: nõ ſecus ac Iſaac filiꝰ Sarræ. Immo allegoriã pprio noĩe appellat, quæ ſenſus eſt ſpũalis, & ad credenda ptinẽs, vt ſtatim videbimꝰ. Rurſus idẽ apoſtolꝰ. 1. ad cor. 10. ſub noĩe figu-
1. cor. 10. 1. ræ ſpũalẽ ſenſũ exp̃ſsit. Patres, inquit, noſtri oẽs ſub nube fuerunt, & oẽs mare tranſierũt, & oẽs in Moiſe baptizati ſunt in nube & in mari, & oẽs eandẽ arcam ſpiritualẽ mãducauerunt, & oẽs eundẽ potũ ſpiritualẽ biberunt (bibebant autem de ſpi-

ritali



ritali conſequente eos petra, petra aũt erat (Chriſtus) ſed non in pluribus eorũ beneplacitũ eſt Deo, nã proſtrati ſunt in deſerto. Hæc autem in figura facta ſunt noſtri. Et ſtatim: Hæc autem omnia in figura contingebant illis. Narrat Apoſtolus hiſtoriam, & ſpiritualiter interpretatur illam: Nã petra illa quæ aqua ſcaturiuit, Chriſtum præfigurabat fontem aquæ viuæ, q̃ & Samaritidæ promiſit, & omnibus ſitientibus properantibꝰ ad illam. Figuram quoq; nominauit ſenſum illum ſpiritualẽ: nam ſicut figura in elocutione ad ſenſus ſpectat literæ: ita figura in rebus ſignificantibus ad intelligentiam ſpiritus. Deinde
ad Epheſ. 5. referens illud Geneſeos quod de Eua dictum eſt: Eph. 5. 32.
Propter hãc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erũt duo in carne vna: ſacramẽtũ (inqt) hoc magnũ eſt, ego autẽ dico in Chriſto & Eccleſia: quaſi diceret: myſterium & intelligentiam ſpiritualem reconditam eſſe ſub matrimonij integumento.

Item Petrꝰ in. 1. canonica c. 3. In diebus (inquit) Noe cũ fabri- Pet. 1. can. 3. 20.
caretur arca, pauci, ideſt, octo animæ ſaluæ factæ ſuut p aquã. Quod & vos nunc ſimilis formæ ſaluos facit baptiſma. Primũ narrat hiſtoriam, deinde ſpiritualem ſubiungit intelligentiã, per arcam, videlicet, Eccleſiã intelligens. Inſuper Ioannes euã-
gelista. c. 19. hiſtoriã agni paſchalis adduxit ex lib. Exod, c, 12. Ioa. 19. 36.
ac ſimul ſpũalem intelligentiã de Chriſti morte nõ confractis
cruribus. Et Apocalyp. 5. Vidi, inquit, in dextera ſedẽtis librũ Apoc. 5. 1.
ſcriptũ intus & foris, ideſt, quo ad literã & ſpiritũ: illa enim legentibus foris apparet quaſi cortex: at ſpũs intꝰ eſt, quaſi nucle-
us. Chriſtus præterea redẽptor noſter Matth. 12. hiſtoriã addu- matth. 12. 40.
xit Ionæ, quã ſubinde ſpiritualiter interpretatus eſt. Sicut Ionas fuit, inquit, in vẽtre Ceti tribꝰ diebus & tribus noctibꝰ: ſic
& filius hominis erit in corde terræ. Et Ioan. 3. Sicut Moſes ex- Ioã. 3. 14.
altauit ſerpentem in deſerto: Ecce hiſtoriam: ita oportet ex-
altari filium hominis: Ecce ſpiritualem intelligentiam. Et Lu- Luc. 24, 45
cæ vltimo: Aperuit diſcipulis ſenſum ſcripturarum, non ſolum ad literam, ſed ad ſpiritum earum aſſequendum. Proinde
ſubdit: vt intelligerent ſcripturas. Adhæc Paulus. 2. cor. 3. Ido- 2. cor. 3. 6.
neos nos fecit, ait, miniſtros noui teſtamenti, non literę, ſed ſpiritus: acſi diceret: non legis Moſaicæ ad literã, quemadmodũ veteres intelligebant illam, ſed ſecundum ſpiritualem intellectum, qualem nos docet lex euãgelica: Nam litera occidit, ſpi-

 ritus

ritus vero viuificat: quod ita exponit Auguſtinus libro ter-
tio de doctrina Chriſtiana c. quinto. Eos occidit legis veteris
litera, qui ſpiritualiter intelligenda, literaliter intelligunt.
Rom. 7. 1 cor. 10. 11 Idem Romanis ſcribens capit. ſeptimo, &. 1. Corinthio. 10. Et
alibi ſæpe vtriuſque intelligentiæ meminit. Quæ loca di-
u9 Hieronym9 congerit commentarijs in epiſtolam ad Ga-
latas capit. quarto, ad comprobandum ſpiritualem ſcripturæ
ſenſum. Nã lex vetus ob id miniſtratio mortis, & lex mor-
tis, & vmbra legis paſsim appellatur (inquit) ab Apoſto-
lo propter occidentem literam iam abolitam: ſpiritualis nun-
cupatur, propter allegoriam ſub litera comprehenſam. Nam
Manna, & ſubito fontis eruptionem, tanquam allegorice
accipienda, cibum & potum, ſpirituales vocabat Apoſtolus
ad Corinth. loco citato. Hæc ex Hieronymo, Auguſtino lo-
cis adductis, & Origene in Leuit. homilia ſeptima, & Cyril-
lo ibidem in libris. 9. &. 10. aduerſus Iulianum. Quinimo &
Prophetę, qui ſub vigente litera degebant, ſpiritualem ſen-
Hier. 4. 4. Eſai. 1. 16. ſum illius nihilominus intellexerunt. Hieremias capit. quar-
to. Circunciſionem ſpiritualem cordis exponit per carnalem
illam ſignificatam. Circuncidimini, inquit, Domino, & au-
ferte præputia cordium veſtrorum viri Iuda, & habitatores
Hieruſalem. Et Eſai. capit. 1. Sacrificia legalia per ſpiritualia
interpretatur: & infra. Ieiunium illud legale, per ſpirituale:
ezech. 1. 10 Non eſt, inquit, hoc ieiunium quod elegi: ait Dominus: &
ſubnectit opera miſericordiæ. Ezechiel. capit. ſecundo, librum
vidit clauſum & inuolutum intus & foris, quod propter li-
teram & ſpiritum dictum eſſe teſtatur ibi Hieronymus. At
ſancta mater Eccleſia habet clauem illam Dauidis, ideſt,
Chriſti authoritatem, qui ex genere Dauid fuit ſecundum
carnem: vel, Dauidis ſpiritus intelligitur ad interpretandos
Apoc. 3. 7. omnes Prophetas per Antonomaſiam, quia excellentiſsi-
mus omnium Prophetarum: de qua Ioannes in Apocalip-
ſi traditam fuiſſe ait angelo Philadelphiæ, ideſt, Pontifici
Romano, qua claudit, & nemo aperit, ideſt, ſine cuius au-
thoritate nemo poteſt interpretari: aperit & nemo claudit:
ideſt, cuius interpretationem nemo debet reijcere. Habet e-
nim tanquam Eccleſiæ caput authoritatem exponendi, inter-
pretandi myſteria in ſcriptura recondita. Hunc ſcripturæ
ſenſum Iudæi non intelligunt velamen habentes in cordibus
eorum:



eorum: loquitur enim illis Moſes adhuc velata facie, ſicut pro
pter hoc myſterium legẽ dedit cum velamine. At vbi per Chri
ſtum velum templi ſciſum eſt, omnia ad ſpiritũ patefacta ſunt,
& aperta nobis ianua ingrediendi in cellaria regis, vt bibentes
& inebriati lætemur, & exultemus in Domino. Vnde Cyril-
lus in prologo ſuper Leuiticum (quem alij Origeni aſcribũt)
ait: Sicut verbum Dei carne veſtitum proceſsit in mundum, &
aliud erat quod videbatur in eo, aliud quod intelligebatur: ita
per Prophetas verbum Dei profertur ad homines literæ vela-
mine tectum, vt litera quidem aſpiciatur tanquam caro, la
tens vero intrinſecus ſpiritualis ſenſus tanquam diuinitas ſen-
tiatur.

## Caput. 3. De impugnationibus quibus impe- *titur, & elucidatur ſenſus ſpiritualis.*

NON ſatis eſt veram doctrinam tradere de ſcripturæ
diuinæ ſpiritu, niſi & improborum impugnationes
afferamus. Melius enim clareſcit veritas, ſi menda-
cijs opponatur: non ſecus ac candor nigredini obiectus ſplẽ-
deſcit magis, & lux in tenebris lucet. Oppugnatur ergo pri- 1. obiectio
mum quod ſcriptura vtatur rebus ad ſignificandum, cum id
vocum ſit proprium (vt Ariſtoteles dixit libro primo de in-
terpretatione capit. primo) aut ſcripturarum, vt tradit Au- Solutio.
guſtinus libro ſecundo de doctrina Chriſtiana capit. quarto.
At cum Deus vtrorumque ſit author, & vocum & rerum, v-
triſque indidit ſignificandi virtutem, quibus ad id in diuinis 2. obiectio
literis vſus eſt. Deinde Deus ſuauiter omnia diſponens, lu-
cide & perſpicue loqui debuit, quo imbecilles homines facili-
us ſuam diuinam voluntatem intelligerent, præſertim cum
ipſe vitam ęternam promiſerit ijs qui ſapientiam diuinam il-
luſtrauerint. Res autem non ſunt perſpicua ſigna, ſed obſcura,
amphibologica, & ænigmatica: tranſitus enim Iſraelis per ma
re rubrum ſubmerſis Aegyptijs ſimbolum fuit noſtri bapti- Exo. 14. 22
matis, vbi peccata, veluti olim Aegyptij, ſubmerguntur. Hoc Solutio.
autem facilius verbis edocere potuit. Quinimo & decuit non
ſolum perſpicuis ſignis, ſed & obſcuris noſtram ignauiam ex-
ercere, & domare ſuperbiam, vt pluris faceremus quæ mag-
no labore parta fuiſſent. Facile enim contemnuntur, quæ ſine 3. obiectio

 la-

Rom. 15. 4 bore parantur. Inſuper Apoſtolus ad Roman. 15. Quæcumque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, ideſt: ad corroborandam fidem noſtram . At ex ſenſu myſtico à rerum ſignificatione ſumpto efficax argumentum deduci non

Solutio. poteſt, ut eſte Auguſtino epiſtola quadrageſima octaua ad Vincentium. Verum per ſenſum literalem efficaciter firmantur dogmata: per ſpiritualem vero vtcumque confirmantur, præſertim apud fideles, quorum memoriæ firmius ac tenatius per res, quàm per voces, myſteria commendantur. Maxime quòd cum quæ ſpiritualiter ſignificantur, alibi per literam edocentur. Decuit vtroq; modo ſignificari.

4. Solutio. ADHAEC ſi ſpiritualis ſenſus eſt intelligentia rerum alias ſignificantium, erit ſpiritualis ſignificatio animalium arietis & hirci, cum eorum cornibus, quibus cum bella, tum regna Medorum ſignabantur: at apparet literalis, cum nullus alius eſſe poſsit.

Solutio. 5. Tho. quolib. 7. q. 6. ar. 2. ad. 1. LITERALEM ſenſum eſſe Thomas affirmat, ne vnquam eo ſcriptura deſtituatur: neque cum eo ſpiritualem coincidere, quoniam res illæ non ſunt primæua ſui conditione ad ſignificandum inſtitutæ: vt tranſitus maris rubri: manna è cælo deſcendens: & aqua de petra fluens. Nec bella aut regna Mædorum, quæ ſignificabant, ad Chriſtum & eius eccleſiam vlla ex parte pertinebant: immo nec verę res erant animalia illa, ſed per imaginationem confictæ.

Alia ſolutio. VERVM HAEC non cogunt: dici namque poteſt ſenſum literalem eſſe viſionem illam: quæ de fictis animalibus per modum hiſtoriæ narrantur: & ſpiritualem ſenſum eſſe bellorum & regnorum ſignificationem: quod ad mores pertinere nulli dubium eſſe poteſt. Diſcimus namque Deum è gente in gentem regna transferre, & propter iniuſtitias ſuas tyrannos opprimi & humiliari: vnde ex diuina viſione ad id inſtituta ſunt, prout conficta. Immo & agnus paſchalis, & virga Aaron, & id genus alia, non ſunt ex primæua ſua creatione ad ſignificandum inſtituta: tamen quia ad ſpiritualē vitam pertinet eorum ſignificatio, ſpiritualem ſenſum reddūt. Quare communi quadam vocis extenſione ſignificatio rerum omnium, de quibus ſermonem facit ſcriptura, ſpiritualis ſenſus dici poteſt: quod iam concionatoribus communis abuſus obtinuit.





Præterea tabella ante diuerſorium, ramus ante tabernam, veſtes mimorum in comedijs: res ſunt ſignificantes, à quibus tamen nullus ſpiritualis ſenſus ſumi poteſt. A'ſthæc ad ſpiritualem vitam minime pertinent, ob id eorum ſignificationes non dicuntur ſpirituales. Quinimo iuxta quoſdam, nec veſtes Pōtificiæ, nec tintinabula, nec lapides pretioſi, nec alia ornamenta ſummi ſacerdotis (de quibus Exod. 28. longa fit mentio) ad ſenſum ſpiritualem pertinent: tametſi mihi non probatur: eorum enim interpretationes ad mores ſacerdotum, ad Chriſti Pontificis ſummi allegoriam, immo ad vitam beatam conferre videntur. Solutio. Exod. 28.

## Caput. 4. Quòd extra ſacras literas nuſquam *ſit ſpiritualem ſenſum reperire.*

APud priſcos Aegyptios ſolenne fuit, ſapientiæ myſteria non literis communibus euulgare: ſed quibuſdam rerum ſimilitudinibus & animalium figuris, quæ noſtrates Gieroglyphica appellauerūt. Hinc Macrobius lib. 1. Saturnalium refert eoſdē illos veteres āni circulū expreſsiſſe ſerpente circumuoluto, qui caudam ore teneret: ita enim annus tēporum vicibus in ſe reciprocantibus currit.

Gręcam pręterea ſententiam, feſtina lente, Delphino anchoræ aduoluto expreſſerunt. Anchora quippe quæ naturæ pondere nauim remoratur, antequàm opus aggrediaris, conſulendum eſſe deſignat. Delphinus vero animal perniciſſimum, poſt deliberationem, citiſsime operandum. Vnde adagium: matura lente: quod eſt: Prius cōſule, ſed vbi conſulueris, mature opus eſt facto.

Sic & illud: Meden agan: nequid nimis: regula & circino exprimebant: quaſi docerent in optima ratione morum nil à recta via deflectendum, nec plus aut minus quá ratio exigeret operandum.

Auguſtinus etiā lib. 3. de doctrina chriſtiana. c. 7. docet, Gētiles vſos eſſe hoc philoſophādi genere, vt rebus res ſignificarēt. Vbi refert Claudiani carmina de Neptuno, qui ita depingebatur, vt prolixitate comæ & barbæ, & earum canitie Oceani fluctus & flumina referret.

*Tu Neptune pater, cui tempora cana crepanti*
*Cincta ſalo reſonant, magnus cui perpete mento*

*Profluit Oceanus, & flumina crinibus errant.*

ET in comicorum comedijs, rebuſq; quæ illic geruntur,
mores hominum annotantur. Vt in Dauo vafrities & aſtutia
ſeruorum: in Thaide meretricum illecebræ, quibus incautos
iuuenes decipiunt: in Menedemo nimius amor parentis. Vn
de Plutharcus in opere cui titulus: Quomodo oporteat audi-
re poemata: plurima interpretatur tanquam ad mores intelli-
genda. Immo vero de allegorijs Homeri circa Deorum fabu-
las atq; figmenta, multa volumina ſcripſit Ariſtoteles, quæ ſi
extarent, non tam fuiſſet olim deluſa Gentilitas. Quin etiam
ſunt qui Ouidij metamorphoſes per tropologiam exponunt,
& allegoriam rerum. Neq; abſre Prothei fabula ad inconſtan
tes, Phaetontis ad temerarios accõmodari poteſt. Dæmones
etiam ad ſignificandum res inſtituunt, quibus homines illudãt,
vt eſt videre cum apud alios, tum apud Ciceronem in lib. de di
uinatione & fato. Nam in animalium extis futura coniectabã-
tur ethnici flamines. Et apud Liuium duodecim vultures Ro-
mani imperij tempus deſignauerunt. Quibus omnibus addu-
ci quis poteſt, vt aliis gentium voluminibus ſpirituales intelli-
gentias, non ſecus ac in arcanis literis, perquirat. Veruntamen
adeo proprium eſt illis res in eis contentas, quam pri-
mum productæ, aut naturæ neceſsitate geſtæ fuere, ad ſignifi-
candum inſtitutas eſſe, vt in cæteris diſciplinis non fuerint ea
ratione & intentione vel conditæ, vel geſtæ. Sed ſi veræ ſunt,
alio progenitæ, poſtmodum ad ſignificandum impoſitæ: ſi au-
tem fictæ, ad id ipſum per phantaſiam confinguntur. Exem-
pli gratia: Manna è cælo deſcendens, & aqua de petra fluens,
exitus de Aegipto, & tranſitus maris rubri, prima ſui condi-
tione eo creata & geſta ſunt, vt præter ſaturitatem & liberta-
tem quam Iſraeliticæ genti præbuerant, aliud quid mirabili-
us ſignificarent. At coluber in circulum tortus, delphinus an
choræ appoſitus, dæmonum ſigna, & comediarum geſta
ab hominibus vice nominum imponuntur, vel confinguntur
ad aliquid deſignandum. Quare eorum omnium ſignificatio
literalis cenſenda eſt. Præſertim cum Deus qui eſt ſcripturæ
author res ipſas ſolus creare poſsit, & ex primæua earum con
ditione ad aliud figurandum in eadem inſtituere. Vnde Gre
gorius libro tertio Moralium: ſacra ſcriptura, inquit, om-
nes



nes ſcientias atque doctrinas ipſo locutionis ſuæ more tranſ-
cendit, quia vno eodemq; ſermone dum narrat geſtum, pro-
dit myſterium.

## Caput. 5. Qua de cauſa in ſcriptura ſpiritualis *ſenſus poſitus ſit.*

SED videndum reſtat, qua commoditate aut neceſsita
te in diuinis literis ſpiritualis ſenſus inditus fuerit. In-
ter alia vero, ob id potiſsimum exiſtimo, vt fides ven
turi Meſsiæ in mundum hominum memoriæ plurimum com-
mendaretur, & Iudaicæ genti perſuaderetur maximè. Nam ſi
ſolis verbis id prædictum eſſet, non niſi doctores legis, & ex il
lis forte rari cognouiſſent. At cum rebus ipſis ſignificabatur,
hiſtorijs, beneficijs, ſolennitatibus, ſacrificijs, & ceremonijs, in
quibus totus populus quoditie verſabatur, non poterant hanc
fidem ignorare. Hac quippe de cauſa permiſi ſunt Hebræi in
Aegipto tam grauia & dura pati, vt beneficiũ liberationis è ca
ptiuitate Pharaonis eſſet illis in memoriam ſempiternam. Ita
namq; Exod. 12. legimus: erit verbum, ideſt, factum iſtud le-
gitimum tibi & filijs tuis vſq; in æternum. Et cum dixerint
vobis filij voſtri, quæ nam eſt iſta religio? dicetis eis: victima
tranſitus domini eſt. Quorſum tanta commendatio beneficij
niſi vt altius deſcenderet in corda eorum fides vẽturi Meſsiæ.
Et quanquam totus ille populus nondum intellexerit myſte-
ria: nobis tamen ſunt maximo argumento ad corroborandam
fidem, quæ tantis operibus fuit ſpiritualiter præfigurata. Qua-
ducti ratione Apoſtoli, & ab ipſo Chriſto ſeruatore primum
edocti, ad ſtatuendum euangelium opera, & ceremonias legis,
tanquam veritatis figuram & vmbram afferebant. Vnde Pau-
lus ad Hebræos ſcribens, legem veterem, euangelicæ veritatis
vmbram nuncupauit.

ACCEDIT altera ratio, nempe, vt myſteria fidæi non
eſſent omnibus euulgata: quæ ſi nudis verbis prorſus traderen
tur, vulgo incredulo, ac ingratiſsimæ genti ludibrio eſſe poſ
ſent. Hinc Deus Abrahamo apertius venturi in mundum
Meſsiæ myſterium, quam primæuis hominibus aperuit. Quod
proinde fidelibus myſtice, & per ſenſum ſpiritus reuelauit,
quoad-

quoadusq; hominibus fidei aſſuetis palam perChriſtum oſten
Matth.7.6 deretur. Quam ob rem Chriſtus inſtituit Apoſtolos Mat-
thæ.7. Nolite ſanctum dare canibus, nec mittatis marga-
Mat.13.11. ritas ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus ſuis. Mat-
thæ.13. quærentibus diſcipulis quare in parabolis loqueretur
populo: quia vobis, inquit, datum eſt noſſe myſteria regni
Dei: cæteris vero in parabolis, vt videntes non videant, & au
dientes non intelligant. Ita placuit altiſsimo Deo reuelare
ſua myſteria paruulis & humilibus, quos elegit: ſuperbis vero
& elatis hominibus, quos perinde faſtidit, abſcondere & cela-
re. Propterea liber Apocalypſis quoad ſenſum ſpiritualem
dicitur intus ſcriptus, & ſeptem ſigillis obſignatus. Et apud
Ezechielem inuolutus ob myſteria ibidem recondita. Ita Hie-
ronymus & Gregorius comment. in cap.2. Ita Auguſtinus
homil. 4. in Apocalypſim. Sic intelligendum puto illud Pau
li: Spiritus omnia ſcrutatur, etiam profunda Dei, ſpiritualibꝰ
ſpiritualia comparantes: animalis homo non percipit ea, quæ
ſunt ſpiritus Dei, ſpiritualis autem iudicat omnia.

## Caput. 6. Quomodo ſenſus ſpiritualis dignoſ *cendus ſit.*

QVANAM ratione dignoſci poſsit ſpiritualis ſen
ſus perquirendum eſt: Nam impluribus à literali di-
ſtigui non poſſe videtur. In metaphoris enim vbi leo
pro Chriſto propter fortitudinem ſumitur, aut pro dæmo-
ne ob feritatem, res per vocem ſignificatæ alias res vltra de-
ſignant. Erit ergo ſpiritualis ſenſus: & tamen eſt metaphori-
cus literalis. Sic illud: Ego ſum vitis & vos palmites. Voces
res, & res alias res per metaphoram referunt. Quare & meta
phoricus, & ſpiritualis vtrimque apparet. At facile difficul
tas expenditur. Si enim verba res veras ſignificant, quę ad alias
deſignandas aptæ ſunt, præter literalem ſenſus ſpiritualis erit.
Si autem pro rebus tantum ſumi poſsunt, quas proprie aut per
tropum indicāt, literalis eſt dumtaxat. Exemplis appoſitiſsimis
Eſai.7.14. res aperitur & illuſtratur, Eſai.7. Virgineum partum hoc mo-
do prædixit: Ecce virgo concipiet & pariet filium. Vbi quia
voces in propria & ſimplici ſignificatione ponuntur, ſolum eſt

reperire



reperire literalē ſenſum. Rurſus idem propheta cap.11. de eodē
myſterio ſic vaticinatur: egredietur virga de radice Ieſſe, & flos Eſai.11.1.
de radice eius aſcendet: vbi quia per metaphoram & tropum
res vice nominum vſurpātur ad idem ſignificandum, adhuc
literalis tantum erit. Sed num.17. idem virginis partus per vir-
gam Aaronis, quæ inter alias germinauit, exprimitur. Vbi
quia præter virgam germinantem, quam verba ſignificant, num.17.
conceptus virgineus ac floridus apte præfiguratur, ſenſus erit
ſpiritualis, ſimul cum literali. Ad eundem modum illud Ge-
ne.19. de vxore Loth reſpiciente Sodomam, & ob id verſam in
ſtatuam ſalis, præter hiſtoriam, ſenſum habet ſpiritualem tro
pologium: docet enim fugiendum à Sodoma, ideſt, mundo vi-
tijs redundanti, & admōtem perfectionis aſcendendum. At
Lucæ.9. vbi Chriſtus ait non eſſe aptum regno Dei, qui appo-
nit manum ad aratrū & reſpicit retro: ſolus eſt ſenſus literalis
metaphoricus, dū aratrum, pro perfectione euāgelica ponitur
retro reſpicere, pro cōuerſione ad ſæcularia deſideria. Pariter
transfiguratio in montem Thabor, præter literam, ſenſum
habet anagogicum de futura gloriæ beatitudine. Sed illud: E-
go diſpono vobis, vt edatis & bibatis ſuper menſam meam
in regno meo: tantum eſt literæ metaphora. Si vero verba
ſignificant res confictas & imaginarias, quale eſt illud Danie-
lis. 8. Vbi Propheta vidit arietes & hircum, & eorum cor-
nua, quibus & regna, & bella Medorum & Græcarum ſignifi
cabantur, vnus dum taxat literalis ſenſus eſt: iuxta Thomam:
quod lib.7. quęſt.6. art.2. ad.1. quatenus voces, & res confictæ
vice nominum, Græcorum & Medorum bella deſignarūt: ſeu
etiam ſpiritualis, quatenus illa bella indicant, rurſus alia ab An
tichriſto gerenda. Tametſi non deſunt qui putent ibi verba
in propria ſignificatione vſurpari, & duos ſubinde ſenſus ſpiri-
tuales oriri: vnum moralem quo docemur regna de gente in
gentem ob ſcelera trāsferri: & alterum allegoricū de bellis ab
Antichriſto gerēdis. Quod de ſōno Pharaonis Gē, 41. dici pōt
quod per ſeptem boues, & ſeptem ſpicas, totidem annos ferti-
litatis ſubnotantur per metaphoram, & vice nominum habē
tur iuxta Thomam, vnde literalis ſenſus eſt. Lapis quoq; ille
abſciſus de monte, qui apud Danielem ſtatuam quadrifor-
mem confregit, per metaphorā Chriſtus eſt, & totus ille ſenſꝰ

literalis

literalis, tametſi intus reſerat allegoriam, qua credimus per euangelij præconium in quatuor orbis partibus, Chriſtū Gentiū idola & dæmonis potentiam deſtructurum. Lapis ego vice nominis vſurpatur, & per tropum literæ ſenſum reddit.

## Caput. 7. Quis potior ſenſus ſpiritualis, an literalis: & an ex ſpirituali aliquando colligi poſſit efficax argumentum.

QVod ſi quiſpiā roget è duobus iſtis ſenſib⁹ quis potior cēſendus ſit, cū vterq; potiſsim⁹ eſſe videatur: ſpūalis quidē quia ad literalē confertur, velut aīa ad corpus: immo iuxta Paulū litera occidit, ſpiritus autē viuificat: literalis contra, quia fundamentū & baſis eſt ſpiritualis, ſine quo ille conſiſtere nequit, ex eoq; ſolum colligitur efficax argumētum ad hæreticos reuincendos, & eccleſię dogmata confirmāda, facile diſſoluitur iſte nodus. Nam in lege veteri, & in illius hiſtorijs, ceremonijs, & ſacrificijs, præceptis iudicialibus, & legalibus, ſpiritualis ſenſus præſtat, quod ab Spiritu ſancto eſt maximè intentus ob veritatem in illis vmbris obuolutam. At in euangelica lege, & in his, quæ de veteri teſtamento manent, vt ſunt præcepta moralia, ſenſus literalis eſt potior, quòd ſit veritas à Deo præcipue intenta: tametſi cum literali ſimul ſpiritualis interdum reperiatur. Huius doctrinæ doctor eſt Paulus ad Coloſſenſes. 2. vbi veteris legis ceremonias, legalia, & id genus alia vmbræ comparat: ſpiritualem vero intellectum eorum corpori. Quātum ergo pręſtat corpus vmbræ, tanto ſpiritus literę. Idē. I. ad Cor. 9. referēs illud: Non alligabit os boui trituranti: concludit, nunquid de bobus cura eſt Deo? Nonne propter nos vtiq; hoc dicit? Propter nos ſcripta ſunt, nā debet in ſpe, qui arat, arare. Vbi cōſtāter affirmat Paulus potiſsimā Dei curam loco illo legis, nō eſſe de bobus, ſed de nobis. Idē prima ad Timoth. 5. Et alibi, quę ne in re aperta plus ſatis immorari videar, non refero. At quæres, nunquid ad efficaciā colligēdi rationes & argumēta ſpiritualis ſenſus vſui eſſe poſsit? Vt enim ex litera ſemper efficacia argumenta colliguntur: ita ex ſenſu myſtico nunq̄ niſi cū liquido per fidem conſtat cum ſenſum ſpiritualem illi con-

Coloſ. 2.
1. cor. 9. 9.



congruere. Senſus namq; ſpiritualis ſemper innititur vni⁹ rei ad aliam ſimilitudine: at argumentum à ſimili aut vno, aut certe vtroq; claudicat pede. Nec ſubinde non eſt verus: at certitudine fidei nec tam certus, nec perſpicuus, ſed ęnigmaticus. Tamen vbi à Chriſto, vel apoſtolis in ſcriptura canonica aſſertur, & ſenſus ſpiritualis planus redditur, efficacem augmentationē reddere inter nos, & dogmata validiſsime confirmare poteſt. Vt ex interpretatione Pauli in illud: Non alligabis os boui trituranti, efficaciter conuincitur Eccleſiæ paſtores & doctores non eſſe ſua mercede fraudādos. Nec alibi putes ſuperuacaneū eſſe ſenſum ſpiritualem, cum ad oſtendendas veteris legis prophetias fuiſſe iam in nouo completas, ſuadendamq; legem populo fideli, ſi non mathematicis, ſaltem probabilibus rationibus vim habebit.

## Caput. 8. De triplici ſenſu ſpirituali, Allegoria, Tropologia, & Anagoge: & quod ſimul eidem literæ poſſint accōmodari.

SPIRITVALIS ergo ſenſus cenſetur (vt dixim⁹) quatenus res ſignificatæ per voces, ad alias res deſignādas inſtitutę ſunt. Quod ſi futurum quid in lege gratiæ ſignificāt, ſenſus eſt allegoricus: Sic duo filij Abrahā Iſaac, & Iſmael allegorice duo teſtamenta deſignant: vt Paulus docet ad Galatas. 4. Si autem res ad mores ſpectant, tropologiam reddunt, ideſt, moralem intelligentiā, vt pręceptum illud Deu. 25. Non alligabis os boui trituranti: quod (vt modo dicebam⁹) moraliter docet pręlatos pro laboribus ſpiritualibus dignos eſſe ſtipendijs temporalibus: atq; ita exponit Apoſtolus. 1. Cor. 9. Dicitur autem tropologia, apo tu tropu, qui eſt mos, quaſi ad mores reſpiciens. Si vero ad beatitudinem referantur, Anagogia redditur, ideſt, de ſupernis intelligentia, vt ingreſſus Chriſti cum triumpho, & palmarum ramis in ciuitatem Hieruſalem: Et eccleſiam triumphantem anagogice deſignauit, & introitum in cæleſtem Hieruſalem cum ſpirituali victoria, vt ibidem interpretatur Hieronymus. Quinimo quatuor illi ſenſus vel vnica dictione Hieruſalem deſignantur. Hiſtoria quaten⁹ vrbem illam Iudeę ſignificat, in qua regnauit Solomon, vt ipſe ait

Gal. 4.
Deut. 25. 4.

ait Eccleſiaſt.1. Allegoria quatenus Eccleſiam militantem: Sic
pſ.121.6. pſal.121. Rogate quæ ad pacem ſūt Hieruſalem, & abundātia
Eſai.52.1. diligentibus te. Tropologia prout animam fidelē:, Sic Eſai. 52.
Conſurge, conſurge Hierusalem, quæ ſedes in puluere. Anago
Gal.4.26. gia, prout Eccleſiam triumphantem: ad Galatas.4. Quę ſurſum
eſt Hieruſalem libera eſt & mater noſtra. Et Apocalyp.21. Vi
di ciuitatem ſanctam Hierusalem, de cælo à Deo paratam ſi-
pſ.147.1. cut ſponſam ornatam viro ſuo. Ita pſal.147. Lauda Hieruſalem
dominum, lauda Deum tuum Sion: quadrifariam exponi po
teſt. Vnde verſiculus.

*Litera geſta docet, quid credas allegoria,*
*Moralis quid agas, quo tendas anagogia.*
*Sicut Hieruſalem Polus eſt terrena fidelis,*
*Conſtans Eccleſia, mons fortis, patria ſumma.*

Itaq; nō nunquā in vna eadeq; re (vel verbo) hiſtoria ſimul & myſticus de Chriſto, vel eccleſia ſenſus & tropologia, & anagoge referūtur, vt in Hieruſalē. Sic templū dñi, iuxta hiſtoriā, domus quam ędificauit Solomon lib.3. regum: iuxta allegoriā corpus domini, de quo ſaluator ait Ioan.2. Soluite templū hoc
Ioan.2.19. & in tribus dieb⁹ excitabo illud. Dicebat autē (inquit Ioānes) de templo corporis ſui, ſiue eccleſia: de quo Paulus.1. Corin.3
1.Co.3.17. Templum Dei ſanctum eſtis vos: per tropologiam quiſq; fideliū: quibus dicitur: an neſcitis quod corpora veſtra templum ſunt Spiritus ſancti, qui in vobis eſt? Per anagogem: ſuperni gaudij māſiones, cui aſpirabat regius vates dum aiebat: Beati, qui habitant in domo tua domine, in ſæcula ſæculorum laudabunt te. Sic Apocali.22. Ioannes ait ſe non vidiſſe templum in ciuitate cęleſti, quia dominus, inquit, omnipotens templum illius eſt, & agnus.

Non ſemper tñ vnicuiq; textui plures ſenſus accōmodātur. Nam præcepta, vt diliges dñm Deum tuum: Et doctrina, vt: Deus tuus De⁹ vnus eſt: Et conſilia, vt Matth.19. Si vis perfectus eſſe vade, vende quæ habes, da pauperibus, ſequere me: Et interpretationes: vt ſemen eſt verbū Dei: vnicā intelligentiam habere videntur. Sic ſane Paulus in epiſtolis fere ſemper vnicum habet ſenſum. Ergo ſacræ literæ interdū exponendæ ſunt quatuor ſenſibus, interdum trib⁹, interdū duobus, interdū vnico dūtaxat, pro vt res exegerit: quod docuit Thomas in quod libeto



libeto.8. loco ſuperius adducto. Diſtinctionē vero ſenſuum ſpiritualium tradit Origines lib.4. Peri arcon, cap.2. vbi ex illo prouerb.22. Tu autem deſcribe ea tripliciter in conſilio & ſcientia: ſimili quodam ab homine ducto tropologiam & allegoriam à literali diſtinguit. Vt enim homo corpore, anima, & ſpiritu conſtat (diſtinguitur enim ſpiritus ab anima ratione, quatenus illa corpus informat, ſpiritus ad ſuperna eleuatur meditāda) ita ſacræ ſcripturæ litera eſt quaſi corpus, anima, moralis ſenſus: ſpiritus, allegoricus. Et ſuper cap.7. Gen. homelia.2. arcā Noe tripliciter exponit: primo ad literam, deinde per allegoriam de Chriſto, qui crucem fabricatus eſt velut arcā, qua nos à peccatorum colluuie liberauit. Tertio moraliter de anima pœnitentis, qui inundantibus vitijs conuertit ſe, & ſecundum longitudinem, latitudinem, & profunditatem ędificat arcam, ideſt, per fidem, ſpem, & charitatem. Sed iam de ſingulis diſſerendum eſt. Hieronymus comin. in caput.16. Ezechielis, eoſdem tres ſenſus ſcripturæ diſtinguit. Et in Epiſtola ad Hebdibiam quæſtio.12. ex illo prouerb.22. & varijs locis Apoſtoli. Idem ſentit Eucherius Lugdunenſis Epiſcoporum vetuſtiſsimus in præfatione libri de formulis ſpiritualibus. Diuus Auguſtinus ſuper Geneſim ad literam cap.1. inquit: In omnibus libris ſanctis intueri oportet quæ facta narrentur, quantum ad literam: quæ futura prænuntientur, quantum ad allegoriam: quæ agenda præcipiantur, quantum ad mores: quæ æterna intimentur, quantum ad anagogiam. Ex quo diuus Thomas.1. par. quæſtio.1. artic.10. deſumpſit, & Neoterici poſt illum quadruplicem diuinarum ſcripturarum ſenſum hauſerunt.

## Caput.9. De Allegoria ſpiritus.

ALLEGORIA: Apotu allegorenęin: quod eſt, ad aliud dicere: nomen habet, vt præter id quod audis, aliud ſentias: vnde quaſi ad aliud elocutio. Ita Auguſtinus libro.3. de Doctrina Chriſtiana Caput.11. HINC allegoria in verbis eſt figurata locutio, quæ ad meta

methaphoram refertur àpluribus: de qua illic nos diximus: Sed
inde transfertur ad allegoriā rerū, & ſenſum ſpiritualem, quas
Auguſtinus & Beda ad hunc modum diſtingunt, vt illa ſit di-
cti, hęc facti. Ea igitur nominum pretermiſſa, quę rerum eſt, ge
nerali quadā acceptione myſticos omnes ſenſus amplectitur.
Sic enim apud ſacros doctores frequenter vſurpatur. At pecu-
liari ac pro priore ſignificatione eum dumtaxat ſenſum deſig-
nat, qui occulta fidei ſacramenta, & nobis credenda myſteria
proponit, quam noſtrates rerū figuras appellant: Sic enim Au
guſtinus & omnium ſcholaſticorum vſus obtinuit. Sed iam tan
dem ordine myſteriorum fidei, & ſacrorum ſcripturę volumi-
num rem aperiamus.

Gen.2.8. Geneſis.2. legimus: Plantauit dominus Deus lignum vitę in
medio Paradiſi, cuius fructum qui ederent nūquam eſſet mor
tem ſubituri, vitam enim nunquam interituram fructus eius
conferebat. Huius rei allegoriam aperuit Solomon prouerb.3,
vbi Dei ſapientiam æterniq; patris filium lignum vitę omnib[9]
amplectentibus eum eſſe declarauit immortalem vitā illis col-
Cant,2.3. laturū. Sic idem in canticis: ſub vmbra (inquit ſponſa) eius quē
deſideraueram: nempe arboris huius ſponſi deſideratiſsimi ſe-
di: Et fructus eius dulcis gutturi meo. Et rurſus: Sicut malus in
ter ligna ſiluarum: ſic dilectus meus inter hominum filios. Ioan
nes quoq; in Apocalypſi vidit arborem vitę ad diuinitatis flu
enta conſitā quæ ſingulis menſibus, hoc eſt, omni tempore fru
ctum ſuum redderet. Sic Auguſtinus in Geneſim.

Gen.2.21. Geneſis.2. Immiſit dominus ſoporem in Adam, & tulit de co
ſta Euam, quam cum vidiſſet ait: os nunc ex oſsibus meis, & ca
ro de carne mea: propter hanc relinquet homo patrem & ma-
trē, & ad hærebit vxori ſue. Hiſtoriam in ſacramentum matri
monij refert Chriſtus Matth.19. Allegoriam interpretatur A
Eph.5.32. poſtol[9].1.Cor.6. Et Eph.5. Sacramentum, inquit, magnum eſt,
ego autem dico in Chriſto & Eccleſia. Nam in vtero virginis
noſtrę humanitati coniunctus, quaſi ſponſus in thalamo dormi
ens dominus, aut in cruce moriens per mortem & ſanguinem
è latere ſuo fluentem Eccleſiam ſibi in ſponſam copulauit. Sic
Gloſſa.

Geneſis.6. per arcam Noè, in qua ab inundante diluuio ſer-
uatum eſt gen[9] humanum, figuratum eſt ſacrum Chriſti baptiſ
ma. Vt Petrus allegorice exponit in.1. Canonica ſic inquiens:

In



In diebus Noe cum fabricaretur arca in qua octo animæ ſaluę
factæ ſūt per aquā, quod & vos nūc ſimilis formæ ſaluos facit 1.Pet.3.20
baptiſma. Ge.17. Abrahamo commutatur nomen, prius enim
dicebatur Abram, ideſt, pater excelſus: poſt dictus eſt Abra- Gen.17.5.
ham: hoc eſt, pater multitudinis. Sic Deus Optimus Maxim[9]
prius: Ieoua, ideſt, tanq̄ q eſt in ſeipſo, Deus excelſus: poſt fa-
ctus homo, Ieſuagh, ideſt, Saluator, quaſi ad nos pater multi- Rom.4.17
tudinis. Quod ipſe Deus expreſsit illico vt nomen cōmuta- Eſai.63.16
uit: nam ait: Patrem multarum gentium conſtitui te. Et Pau
lus Roma. quarto. Abraham pater omnium noſtrum, ſicut
ſcriptum eſt: patrem multarum gentium conſtitui te ante
Deum, qui viuificat mortuos. Eſai. capit.63. retexerat allego-
riam, inquiens: Tu es (inquit) pater noſter, quia Abraham neſ
ciuit nos.

Geneſis.21. Iſaac Abrahæ filius, & Sarræ ſterilis in concep-
tione miraculoſa, & inſigni obedientia, dum ad ſuum de ſe ſa-
crificium ligna detulit ipſo manente illæſo, & ariete in ſacri-
ficium oblato, & benedictione poſterorum per illum, Redem-
ptoris typum geſsit, qui ex Virgine naſci, & ad ſuam ipſius
mortem crucem baiulare, & nos omnes per illum benedici vo
luit, manente eius diuinitate intacta. Allegoriam inſinuauit
Apoſtolus ad Romanos.9. dicens: Non omnes qui ex circun- Rom.9.6.
ciſione Iſraelitæ, neq; qui ſemen Abrahæ filij: ſed in Iſaac vo-
cabitur tibi nomen: ideſt: Non qui filij carnis, hi filij Dei, ſed
qui promiſsionis. Ita Tertullianus aduerſus Martionem, & ad
uerſum Iudæos, Auguſtinus contra Maximum lib.3. capit.26.
& lib.18. contra Fauſtum cap.26.

Geneſis.26. in Iacob & Eſau filijs Iſaac, quos vno partu eni
xa eſt Rebecca, è quibus poſterior natu primogenita, & pa- Gen.25.22
tris benedictionem præripuit: duo populi Iudaicus, & Gen-
tilicus deſignati ſunt: quorum primogenitus Iudaicus & Dei
benedictionem, & primogenituram amiſit, Ethnicus obti-
nuit. Quod expreſsit Malachias propheta capit. primo. & A- Malach.1.2
poſtolus ad Roman. cap. nono. Et Chriſtus apertiſsime in pa- Rom.9.10
rabola duorum filiorum, quibus in vineā ire mandauit: at ma-
ior promiſit ſe facturum, & tamen ſpreuit mandatum patris:
minor initio reluctatus eſt, ſed pænitentia ductus voluntatem
paternam executus eſt.

Geneſis.30. venditione Ioſephi à fratribus in Aegyptum a-

K lieni-

Amos.2.6 alienigenarũ regum adumbrata eſt traditio, & venditio redẽp
toris à Iuda, & populo ſuo. Sic per Amos prophetã explanatũ
eſt: ſuper tribus ſceleribus, & ſuper quarto non parcã, quia vẽ-
diderunt iuſtũ. Sic Stephanus actu. 7. quod ipſe Dn̄s indicauit
illis verbis, vnus veſtrũ, qui intingit mecũ manum in paropſi
de, me traditurus eſt: quaſi diceret, ex fratribus: iuxta vaticiniũ
pſalmi: qui manducat panẽ mecũ, magnificabit ſup me ſupplã
tationẽ. Et alibi: Si inimicus meus maledixiſſet mihi ſuſtinuiſ-
ſem vtiq;: tu vero homo vnanimis, dux meus & notus meus, q
ſimul mecum dulces capiebas cibos. Ita Ambroſius in homil.
de benedictione Ioſeph. Et Rupertus abbas.

Exo.3.2. Exodi.3. Sub rubo ardenti, incõbuſto tamẽ, virginis de ſig
natur integritas: ſic Eccleſia interpretatur: Rubũ, inquit, quẽ
viderat Moſes incõbuſtum, tuam o Dei genitrix conſeruatã
agnouimus virginitatem. Sic fere omnes ſacri Doctores.

Exodi.12. ĩ ſacrificio agni Paſchalis, Chriſt⁹ in ara crucis im
Exo.12.46 Ioan.19.36 molatus allegoricè præſignatus eſt. Quod Ioannes retexit. c.
19. ſubdens, ob id non eſſe Chriſto crura confracta, quôd ſcrip
tum eſſet de eo: Os non comminuetis ex eo.

Exo.13. Exod.13. per egreſſum filiorum Iſrael de Aegipto, & tranſi
tum maris rubri, & Chriſt⁹ noſtræ libertatis aſſertor, & baptiſ
1.cor.10.2 mus Chriſtianorum adumbratur. Ita Paulus: Patres noſtri o-
mnes in Moiſe, & in mari baptizati ſunt. Lege Auguſtinũ lib.
3. de Trinit. cap. 10. & in Ioannem.

Exo.17.6. Exod.17. ſub typo pcuſſionis petræ, è qua fluxit aqua ad ſe
dandã Iſraelitarũ ſitim, ne perirẽt: præſignata eſt apertio late-
1.cor.10.4 ris Chriſti, è quo manauit aqua. Ita Allegoriã retexit Paulus:
Bibebant de ſpiritali cõſequente eos petra, petra aũt erat Chri
ſtus. Ita Auguſtinus de vtilitate pænitentiæ. cap. 1.

Exo.24.8. Exodi.24. In reſperſione populi cum ſanguine taurorũ vi-
ctimę pacificæ, dicente Moſe: Hic eſt ſanguis fæderis quod pe
pigit Dominus vobiſcum: præſignatus eſt Chriſtus Ieſus ſan-
matth.26.28. guinem fundens pro nobis. Sic ipſe Ieſus rem aperuit conſecra
tione proprij ſanguinis, Matth. 26. Hic eſt enim calix ſangui-
Hæb.9.11. nis mei noui & æterni teſtamenti. Sic Paulus ad Hebræ. 9. la-
tiſsime: Chriſtus Ieſus Pontifex non per ſanguinem vitulorũ,
ſed propriũ &c. Et ſubdit: Si ſanguis taurorũ inquinatos ſãcti
ficat ad emundationẽ carnis, quanto magis ſanguis Chriſti qui
...7.14. per Spiritũ ſanctũ ſemetipſum obtulit immaculatũ Deo, emũ





dabit conſcientiã noſtrã? Sic quoq; Ioã. in Apocalyp. Hi ſũt,
ait, qui lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine agni.

Exod.34. ſub typo Moſis, q velata facie videretur à populo: Exo.34.35.
alioqui ob ſplẽdorẽ de vultu illi⁹ egrediẽtẽ ab eis cõſpici nõ po
terat: pſignabatur futurũ Iudęos p̄mẽtis cęcitate ſplẽdorẽ ſpũs
q in ſacris literis eſt, nõ cõtueri, q adhuc ſub literę cortice & ce
remonialiũ velamine ſũt. Retexit allegoriã Apoſt. 2. cor. 3. Fi- 2.cor.3.13.
lij, inqt, Iſrael nõ poterãt intendere in faciẽ Moiſi, ppter gloriã
vult⁹ eius, quæ euacuatur. Et paulo poſt: Moſes ponebat ve-
lamẽ ſup faciẽ ſuã, vt non intẽderẽt filij Iſrael in faciẽ ſuã. Sed
obtuſi ſũt ſenſus eorũ, & vſq; in hodiernũ diẽ id ipſum velamẽ
in lectione veteris teſtamẽti manet nõ reuelatũ, q in xp̄o eua-
cuatur. Cũ enim legitur Moſes velamẽ poſitũ eſt ſup cor eorũ:
cũ aũt conuerſi fuerint ad Dn̄m, auferetur velamẽ. Nos enim
reuelata facie gloriã Dei ſpeculamur, & in eandẽ imaginẽ tranſ
formamur à claritate in claritatem. Hæc Paulus.

Leuit.14. pro mũdatione lepræ duo paſſeres offerri iubebã leui.14.4.
tur, quorũ alter immolaretur demiſſo altero: quo typo Chri-
ſti paſsio eſt præſignata, qui pro mũdãda peccatorũ lepra mor
tuus eſt, libera manẽte diuinitate. Ad quod Paul. alluſit ad Ti ad tit.2.14.
tũ. 2. Tradidit ſemetipſum pro nobis, vt nos redimeret ab ini-
quitate, & mundaret ſibi populũ acceptabilẽ. Lege Theodore
tũ, & Origenem in Leuiticũ ſuper hunc locum.

Num.11. ſub Mãna, quod filijs Iſrael contulit Dn̄s, vt etiã
Exo.16. dicitur, præfiguratum eſt ſanctiſsimum corpus Chri- Exo.16.4. Ioan.6.31.
ſti: vel ipſomet interpretante Ioan. 6. Patres, inquit, veſtri mã
ducauerunt Mãna, & mortui ſunt: qui manducat hũc panẽ, vi
uet in æternũ: Ego ſum panis vitæ, caro mea vere eſt cib⁹. Et:
Moſes non dedit vobis panẽ de cælo verũ, & pater meus dat
vobis panẽ de cælo verũ, panis enim Dei eſt qui deſcẽdit de cę
lo, & dat vitã mundo: Ego ſũ panis viuus q de cælo deſcẽdi. Ita
Auguſtinus in Ioan. Et libro de vtilitate pænitentiæ. c. 1. Cyril
lus & Origenes in Ioannem, Theodoretus in canticis.

Num.17. ſub virga Aaronis germinante, ac proferente flo- num.17.8.
res & amigdala: Virginis partus & integritas allegorice indica
tur, eccleſia dicẽte: Virga floruit, Deũ & hominẽ genuit. Ad il
lud alluſiſſe videtur ĩ vaticinio Eſaias: Egredietur virga de ra Eſai.11.1.
dice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet.

Num.21. ſub typo ſerpentis ęnei quem Moſes ſuſtulit, & de num.21.8.

ligno ſuſpendit: Chriſti redemptoris crucifixio adũbrata eſt.
Ioan.1.14. Quod ipſe aperuit in euangelio Ioan.c. 3. dicens: Sicut Moſes
exaltauit ſerpentem in deſerto, ita oportet exaltari filiũ homi
nis. Lege Tertullianum lib.3. aduerſus Martionem. Et Damaſ-
cenum lib.2. de fide orthodoxa.

uum.25.9. Num.25. & in Deuteronomio in filijs Iſrael, qui in deſerto
proſtrati ſunt, & non introierunt in terram promiſſam: deſig-
nantur, qui ob ſua ipſorum ſcelera, ius adeundi æternam fæli-
1.cor.10.8. citatem & beatitudinem amittunt. Sic Apoſtolus.1.Corin.10.
Patres noſtri omnes mare tranſierunt, ſed non in pluribus cõ-
placitum eſt Deo, nam proſtrati ſunt in deſerto. Hæc autẽ in
figura facta ſunt noſtri, vt non ſimus concupiſcentes malorũ,
ſicut illi concupierũt, neq; fornicemur, ſicut illi fornicati ſunt:
& perierunt in vna die triginta millia.

Ioſue.1. Ioſue.1. ſub typo tanti ducis, q filios Iſrael in terrã promiſſã,
deuictis & interfectis inimicis introduxit: Chriſt⁹ redẽptor no
ſter præfiguratus eſt: qui profligatis animorũ hoſtib⁹ dęmoni-
b⁹, & in tartara detruſis, nos in terrã viuentium cæleſtẽ patriã
aduexit, niſi noſtra ipſorum culpa pereamus. Vterq; Ieſus, v-
Hæb.4.7. terq; dux: ſed ille in Palęſtinã, hic in beatitudinẽ intromittit.
Ita Stephanus actuum.7 Et Paulus ad Hæbræos.4. Non introie
runt, inquit, Iſraelitæ omnes in requiem, id eſt, terram promiſ-
ſam: Nam ſi eis Ieſus, nempe filius Naue, requiẽ præſtitiſſet, nũ
quàm de alia loqueretur poſthac die. Feſtinemus ergo, inquit,
ingredi illam requiem, ſcilicet, beatitudinem, habentes Ponti
ficem magnum, qui penetrauit cælos Ieſum filium Dei. Ad
hunc modum Origenes & Tertullianus.

Iud.7.7 Iudicum.7. Gedeon paucis militum copijs, ſed ijs ſelectiſſi-
mis, confractis vaſis figulinis ſolo ſplẽdore lucis intus incluſæ,
& validiſſimo tubarũ clãgore hoſtes Madianitas terruit, in fu
gam vertit, deuicit & ſpoliauit. Quo Chriſti de dæmonibus, &
inferno triumphus ac victoria allegorice expreſſa ſunt. Is enim
paſſione corporis, diuinitatis fulgore & maieſtate inferorum
Eſa.7.4. potentiam fregit, & ab eis ſpolia detulit. Quod præſenſit E-
ſaias cap.9. ſui vaticinij de Chriſto prædicens: Virgam humeri
eius, nempe dæmonis, & ſceptrum exactoris eius ſuperaſti, ſi-
cut in die Madian. Sic Hieronymus commen. in Eſaiam.

Iud.13.7. Iudicum. 13. in conceptione Sanſon, cuius matri angelus ap
paruit, & nomen illi imponendum prædixit, & Nazaræum
futurum:



futurũ: Chriſti incarnatio denũtiata per angelũ & nominis im
poſitio, & Nazaręus dicẽdus, typicè præfigurata ſunt. Ita Mat math.2.2.
thæus.c.3. de Chriſto redemptore ait prænuntiatum eſſe in ꝓ
phetis: Nazaręus vocabitur. Ita Hieronymus commentarijs
ibidem in Matthæum.

Iudicum.16. Sanſonis facto quo Gazæ detentus, & militũ Iudi.16.3.
copijs ad cuſtodiam circumuentus, poſt medium noctis ſurre-
xit, & vectes ferreos confregit, & Gazę portas ſecũ detulit in
montem: præſignata eſt Chriſti ſepultura, militũ cuſtodia, glo
rioſa reſurrectio, & in cælum aſcenſio, ducta ſecum captiuita-
te noſtra. Id ſubinſinuauit Petrus in actis: impoſſibile, inquit,
erat Ieſum vinculis mortis detineri, quem Deus ſuſcitauit ſolu
tis doloribus inferni. Sic gloſſa.

Iudicum.16. In eodẽ: Sanſon qui toties deuicit hoſtes ab eis
multa perpeſſus, & tandem ſua ipſius morte interemit tan- Ibidem.30
tam Philiſtinorum multitudinem: Chriſtus Dei filius expreſ-
ſus eſt, qui tot à Iudæis pro nobis pertulit, & victo ſæpe dæ-
mone, tandem per mortem perfectum de illo triumphum re-
portauit. Quod non obſcure prędixit ipſe: cum exaltatus fue-
ro, inquit, à terra, omnia traham à me. Id etiam ſubindicauit Hæb.11.32
Apoſtolus ad Hebræos.11. Defficiet me, inquit, tempus enar
rantem de Gedeon, Barac, Sanſon, Iepte, qui per fidem vice-
runt regna, operati ſunt iuſtitiam &c. Et concludit: Deus pro
nobis melius prouidit, vt nõ ſine nobis conſũmarentur. Pſal. ps.117.22
117. refertur hiſtoria lapidis reprobati, quam nuſquam alibi le-
gimus, niſi forte in ſacris ſcripturis amiſſis haberetur. Cum
enim foris adducerentur lapides ad templi ſtructuram, vnus
ab artificibus reiectus eſt non inuento loco, in quo reponere-
tur: donec angulo duorum ſemicirculorum pro claui ædificij
ſedẽ illi aptiſſimam inuenerunt. Hiſtoriam attulit Dauid his math.2 42.
verbis: lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus
eſt in caput anguli, allegoriam per vaticinium obſcure indi-
cauit, ſubdens: A Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in
oculis noſtris. At Chriſtus Dominus eam illuſtrauit Matthæi
21. parabola de vinea & colonis qui filium domini ſui intere-
merunt: ſubdens: Nunquàm legiſtis in ſcripturis: lapidem quẽ
reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli? pro
pterea quod ipſe, tanquàm lapis angularis, duos populos e-
rat adunaturus. Ita Petrus actuum quarto. Ieſus Nazarenus, Act.4.11.

1.Pet.2.7. quem vos crucifixiſtis, hic eſt lapis qui reprobatus eſt à vobis ædificantibus, qui factus eſt in caput anguli, & non eſt in aliquo alio ſalus. Sic quoque Petrus.1.cano.capit. 2. & Paulus ad Romanos. 9.

Ruth.4.10 Sub typo Booz, qui Ruth alienigenã duxit vxorẽ: Chriſt⁹, qui ſibi gentiũ eccleſiam deſponſauit, pręſignatur. Sub Samuele, ſub Dauide, ſub Solomone, ſub Eſdra, ſub Aſſuero mille modis adũbratur, vt ſacerdos, vt rex, vt iudex. Sed hęc de Allegorijs, quę in ſacris literis aperiuntur ſatis dicta ſint: ad hãc normã poterit quiſpiã arcanos reſerare fontes, & haurire plures.

## Caput.10. De Tropologia ſeu ſenſu ſpirituali *ad mores.*

MYSTICus ad mores ſenſus Tropologia dicitur, cũ id quod longe ſecretius ac ſublimius eſt, & non omnibus peruium, ſed in intima verborum medulla reconditum, ad noſtros componendos mores per res ipſas ſignificatur. Ita vt in Tropologia de litera conſurgamus ad maiora, & quicquid in priore populo carnaliter factũ eſt, iuxta moralẽ interptemur literam, & in animarum emolumẽta cõuertam⁹. Sic Hieronymus quæſt.12. ad Hebdibiam. Quàm vero vtiliſsimum ſit ad morum inſtitutionem tropologice arcanas literas explicare, hinc maximè apparet, quod veteris legis plæraque, quæ ceremonias illius appellitant, niſi per tropologiam explanari non poſſunt. Quid enim eſt à porcinis carnibus abſtinere niſi immunda carnis opera fugere? quid non comedere rapaces aues: niſi à rerum alienarum furtis & rapinis abſtinendũ? quid nullum fieri debere ſacrificium abſque ſale appoſito: niſi cum gratia & ſapore Deo omnia eſſe offerenda? Plane nullum propemodum reſponſionis genus nobis relinqueretur cõtra impios veteris legis, & prophetarum calumniatores, cum obijciũt: cur Deus huiuſmodi legẽ de rebus leuiuſculis, & nullius fere momenti tulerit, niſi ex earum ſignificatione populum infantilẽ & rudem voluiſſet paulatim manu ducere, vt ad altiora conſurgeret: & niſi ad mores plurimum conducere tropologiã cõmmonſtremus. Quinimo in veterum hiſtorijs pauca reperiemus, quæ animum myſtice paſcant, ſi literæ tropolo-





pologiam auferamus. Contra vero ſi eam obſeruemus, quàm ſunt dulciſsima omnia, doctrinæ, amoris, & ſuauitatis plena? Ergo quorundam locorum tropologiam in medium afferamus, oſtendentes quantum ad componendos mores conducere poſsint. Ex quibus facile erit & reliquos ad eundem modum interpretari.

In creatione hoĩs, prior homo format⁹ eſt, deinde mulier ex coſta de latere dormiẽtis educta. Tropologia eſt hoĩem muliere dignitate ſuperiorẽ, ſed cõſortio amoris ęqualẽ, ita vt nõ dominã habeat, nec ſeruã, ſed ſuæ carnis ſororẽ. Sic Paul.1.Timo. 1.tim.2.13. 1.cor.11. 2. Adam primus formatus eſt. Et 1.Corin.11. Non enim vir ex muliere, ſed mulier ex viro formata eſt.

Serpẽs ſeduxit Euã, nõ Adamũ: qui poſtmodũ ab vxore decept⁹ eſt. Docemur dęmonis ingeniũ eſſe imbecilliora prius aggredi, fęminãq; eſſe naturã ſua multo imbecilliorẽ viro, qua ad vincendũ & illaqueandũ hominẽ nil potentius, nil validius. 1.tim.2.14 Retexit Tropologiã Apoſtolus ibidẽ: Adam, inquit, non eſt ſeductus, ſed Eua, quam ſerpens ſeduxit in aſtutia ſua.

In diluuio & ſubuerſiõe Sodomorũ docemur, impios ac ſcelerib⁹ deperditos, & effrænatos hoĩes irã Dei cũ ſecuriores ſũt repẽte ſæuire. Tropologiã docuit Dñs Matth.24. dicens: In diebus ante diluuiũ erant hoĩes comedẽtes & bibẽtes, nubẽtes & matth.24.38. nuptui tradentes vſq; ad eũ diem, quo intrauit Noe in arcã, & nõ cognouerunt donec venit diluuiũ, & tulit omnes. Deinde, quid eſt præcipue Abrahamo, vt egrederetur e terra ſua & cognatione ſua, & abiret in terrã, quã illi Dominus commonſtrabat, niſi per Tropologiã quod docuit Redẽptor ſæpius in euãgelio? Qui non renuntiauerit oĩbus, quæ poſsidet, non poteſt me⁹ eſſe diſcipulus. Et alibi: qui non reliquerit patrem aut matrẽ, aut fratres, aut ſorores, aut filias aut filios, aut vxorem, aut agros, adhuc & ſe ipſum propter me, non eſt me dignus. Quam rem latiſsime perſequitur Hieronymus in epiſtola ad Heliodorum de vita ſolitaria: docens qua ratione quis in eam ſententiam adduci poſsit, vt omnia relinquat. Facile, inquit, contemnit omnia, qui ſemper cogitat ſe moriturum. Adde: & qui perpetuo conſideret, niſi deſerat ea, ab eiſdem ſe deſerẽdũ. Circuncisionẽ, quam Dominus præceperat Abrahamo Gen. Rom.2.25 17. interpretatur Apoſtolus ad Romanos.2. & ad Galatas.6. & alibi ſæpe tanquam moribus conuenientem, non de præputij

putij amputatione in carne, ſed de circunciſione cordis in ſpiritu: quod olim preoſtenſum fuerat à Moſe in Deutero. cap. 10. (Deut. 10.16) Circuncidite, inquit, preputium cordis veſtri, & ceruicem veſtram ne induretis amplius. Sic quoq; Hieremias cap. 4. (Hiere. 4.4) Circũcidimini domino, & auferte præputia cordium veſtrorum viri Iuda, & habitatores Hieruſalem.

Sub peregrinatione omnium patriarcharum Abrahã, Iſaac, & Iacob, & duodecim filiorum eius, & reliquorum poſterorũ vt dominus prædixerat Abrahamo Geneſ. 15. Erit ſemen tuũ peregrinum ſuper terram: quid aliud ſignificatur, quam quod ſæpe Apoſtolus docet: quandiu in hac vita ſumus peregrinari ad dominum, quod ciuitatem manentem non habeamus, quia enim huius mundi figura citiſsime tranſit? Reliquum eſt vt qui rebus ſæculi abundant, tanta cum temperantia illis vtantur, ac ſi illis carerent.

Angeli hoſpitio recepti ſunt in Sodomis, & tamen violato hoſpitij iure, vim illis inferre Sodomitæ tentauerunt. Docemur præ libidinis ardore nullũ ſeruari ius: ſicut accidit Leuitę Ephratęo in Gabaa Benjamin, Iudicum. 19. vnde poeta.

*Nuſquam tuta fides.*
*Non hoſpes ab hoſpite tutus.*

Præceperat angelus Loth, & familię vt non reſpicerẽt ad Sodomorum ſubuerſionem. At vxor Loth non ſeruato præcepto reſpexit, & conuerſa eſt in ſtatuam ſalis. Ad mores docet Spiritus ſanctus non eſſe gratum Deo quod animo vindictę congaudeat quis de punitione alterius. Noli, inquit, lętari de perditione alterius: quod enim hodie illi, cras tibi. Forte voluit mulier retro reuerti in Sodomam, vt quæ reliquerat, deſumeret. Nam ſic videtur dominꝰ Lucæ. 17. tropologiæ ſpiritũ interpretari: In illa (inquit) hora qui fuerit in tecto & vaſa eius in domo, ne deſcendat tollere illa: Et qui in agro ſimiliter non redeat retro. Memores eſtote vxoris Loth. Et alibi: qui aſpicit retro non eſt aptꝰ regno Dei. Sed quid eſt quod in ſtatuã ſalis conuertatur? in ſtatuam quidem, ne vlterius moueri poſſet: ſalis vero, vt quæ alterius perditione lætata eſt, omnium moribus condimentum eſſet, futura perpetuum exemplum: ob id quoq; ſtatua, quod huius generis ſimulacra ob indelebilem memoriam reponi conſueuerunt. In incæſtu Loth cum

filiabus



filiabus ſuis, præ nimia vini potatione, docemur fugere ebrietatem, quæ hominem alienat à mente. Nolite, inquit, Apoſtolus inebriari vino, in quo eſt luxuria. Quinimo interdum accidit, vt alibi dicitur, quod vinum ſicut mulieres, facit homines apoſtatare à Deo.

Seruiuit Iacob Labam Ethnico homini auunculo ſuo pro Rachele ſeptem annis: & tandem pro tanto labore donata illi Lya deceptus eſt. Tropologice docemur ſic in mundo rependi beneficium, vt pro bonis meritis mala fiat retributio. Vnde pſalmus: Retribuebant mihi mala pro bonis: & Dominus: Multa bona opera feci vobis, propter quod horum vultis me lapidare? Vnde per prophetam conqueritur: Popule meus quid feci tibi: aut quid moleſtus fui? reſponde mihi.

EX libro. 1. Regum Chriſtus affert per Matthæum hiſtoriam Dauidis, & Abimalech ſacerdotis: cum ob famis neceſsitatem detulit illi panes propoſitionis, quos extra neceſsitatẽ ſæcularibꝰ edere non licebat: cuius tropologiam retexit ad diſcipulorum ſuorum defenſionem.

Tropologia vſus eſt dominus Matth. 12. cum poſt narrationem hiſtorię Niniuitarum, ad mores ſubnectit: Viri Niniuitę (mat. 12.14) ſurgent in iudicio, & condemnabũt generationem iſtã, quia egerunt pœnitentiam in prædicatione Ionæ: & ecce pluſquam Ionas hic.

Rurſus hiſtoriam reginæ Sabba tropologice expoſuit ibidem, (Ibidem. 24) ſubdens: Regina Auſtri ſurget in iudicio, & condemnabit generationem iſtam: quia venit à finibus terræ videre ſapientiam Solomonis, & ecce pluſquam Solomon hic.

In Exodo, & Deuteronomio præcipitur vt ſiquis viderit ouem, aut bouem alteriꝰ errantem in agro, reducat ad dominũ: & ſi aſinum ſubiacentem ſubleuet cum eo: (Exo. 23. c. Deut. 22. 1. mat. 12. 11. lucæ. 6. 6.) quorum allegoriam dominus aperuit apud Matthæum, docens peccatores errãtes cõuertere, ac miſeros pauperes ſubiacentes ſubleuare.

Huc perperã referuntur à quibuſdã parabolæ, quibus dñs ad mores componendos nos inſtruit: vt parabola qua docet in conuiuijs ſeruandam humilitatem, ad finem ſubnectens: Sic omnis qui ſe humiliat, exaltabitur, & qui ſe exaltat, humiliabitur. Et item parabola de villico iniquo, qua docet miſericordiam exercendã in fratres, concludens: Non ne oportuit & te miſereri conſerui tui? & poſt quam præcepit illum tradi tortoribus

bus

bus,ſubiungit:ſic fiet vobis niſi remiſeritis vnuſquiſque fratri ſuo de cordibus veſtris. Quoniam hæc & ſimilia ad literam pertinent,tametſi morum doctrinam doceant: vt ex Iuniolo ſupra docuimus lib.2.cap.3.num.8.

## Caput.11.De Anagoge, ſenſu ſpirituali, de futura beatitudine.

ANAGOGIA, vt verbis vtar Hieronymi quæſti. 12.ad Hebdibiam, ſpiritualis Theoria, ideſt, meditatio eſt, qua ad ſublimiora tranſimus, terrena demittimus,de futurorum beatitudine,& cæleſtibus diſputamus,vt præſentis vitæ meditatio, vmbra futuræ beatitudinis ſit. Dicitur autem Apotu anagogin,quod eſt, ad ſuperna deducere. Sic ſtatus primorum parentum ſub originali iuſtitia: beatorum fælicitatem poſt hanc vitam anagogice deſignabat. Vt enim illic in Dei gratia & amore vita foret, ſine morte abſque vlla neceſsitate: ita in beatitudine,ſed multo quidem fælicius, quanta locorum differentia ſubindicat. Ita Ioannes in Apocalipſi cap,21.Rurſus eiectio illorum è Paradiſo ab

Mat.13.49 Gen.32.10

Seraphim cum gladio flammæ ignis, anagogice pręfigurat futuram malorum punitionem, & detruſionem in tartarorum ignem incombuſtibilem: Exibunt, ait, angeli, & ſeparabunt malos,& mittent in caminum ignis. Regreſſio Iacob è Meſopotamia cum vxoribus & filijs, & tot ouium & armentorum turmis in Palęſtinam, à qua tot annis exulauerat:anagogice refert ingreſſum noſtrum in cæleſtem patriam, à qua exules ſumus: quibus tunc dominus dicturus eſt: Euge ſerue bone & fidelis quia in pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam: intra in gaudium Domini tui. Quod apparet Patriarcam intellixiſſe, cum ſecum reputans dicebat: In baculo meo tranſiui Iordanem iſtum,nunc cum tot turmis regredior. Proinde luctatur cum angelo, & pręualet, & Iſrael, hoc eſt, videns Deum appellatur.

mat.25.21. lucç.19.17

Ioſue.

INGRESSVS populi in terram promiſſam poſt tot annos peregrinationis in deſerto, poſt tot ærumnas & labores confectos, profligatis& deuictis hoſtibus populi Dei,pręſignauit



uit ingreſſum populi Chriſtiani, poſt diem iudicij cum victoria,in terram viuentium, in qua regius vates ſe bona Dei immenſa ſperabat viſurum. Anagogiam retexit Apoſtolus ad Hebræos.12.cum ait: terram illam tantopere à patribus deſideratam non eſſe illam Palæſtinorum regionem, ſed angelorum, futuram cæleſtem patriam,meliora habentem fundamẽta,cuiꝰ Deus author,artifex,dominus,templum,ſol, lætitia & gaudium ſempiternum,vt Ioannes ait in Apocalypſi.

pſ.26.13 Heb.12.22 ibidẽ.14.14 Apoc21.22

Porro ciuitas Hieruſalem, fælix ille regum ſtatus, ſub Dauide & Solomone, vt in libris.2.&.3. regum legimus; quid aliud anagogice præſefert, quam beatorũ fælicitatem? quod non obſcure pronuntiauit Dauid in pſalmo.82.Glorioſa,inquit,dicta ſunt de te ciuitas Dei. Et ſubdit: Sicut lætantium omniũ noſtrũ habitatio eſt in te.

Hiſtoria Lazari mendici,& diuitis epulonis quid deſignat prorſus,niſi bonorum præmium,& malorũ punitionem? quorum euentu retexit dominus anagogem dicens : Mortuus eſt Lazarus,& deductus eſt ab angelis,mortuus eſt diues & ſepultus eſt in inferno.

luc.16.20. ibidẽ.22.

ASCENSVS redemptoris in ciuitatem Hieruſalem in die palmarum cum tot hominum centurijs, glorioſo triumpho & ſumma gloriæ acclamatione, ô ſanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine Domini, rex Iſrael, ô ſanna in excelſis: Quid aliud eſt per tropologiam, niſi fælicisſimus ille triumphus Chriſti cum ſuis fidelibus poſt iudicium, cum quibus ad patrem regredietur,ſeſſurus ad dexteram maieſtatis in excelſis,poſitis ſub ſcabello pedum inimicis, ideſt, calcatis,& in inferna truſis in manus miniſtrorum crudelium,& immanium tormentorum,occurrentibus nobis tot angelorum millibꝰ reſonabunt vndiq; voces cum triumpho: O ſanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine domini,rex Iſraël, ô ſanna in altiſsimis. Quod futurum dominꝰ predixit triduo ante mortẽ ſuam,cum iã iam valere diceret in vltima concione, quam ad populum habuit,in templo Solomonis. Amen dico vobis,aiebat,non me videbitis amplius,donec dicatis: Benedictus qui venit in nomine domini: Quod nuſquam fieri potuiſſe, niſi in vltimo eius aduentu,oſtẽdit Hieronymꝰ cõmentarijs in Matthæũ,in cap.13. Tandem tranſlatio Henoch, & raptus Heliæ per currũ igneum in cęlũ,fuga quoq; Helię in montẽ Oreb,& Dauidis

mat.21.1. mar.11.1 luc.19.29. Ioan.12.14 mar.23.39 Gen.4.4. Eccl.44.16

4.reg.2.11. Dauidis in deſertum Ziph:nil aliud per anagogen quàm Chri
ſti in cælum aſcenſionem deſignauerunt:illa vero apertiſsime
Cant.8.14 noſtram fęlicitatem. Ad quod & ſponſa Cantic. vltimo allu-
ſiſſe videtur: Fuge dilecte mi, inquiens, aſsimilare capreæ, hin
ps.67.16. nuloq; ceruorum ſuper montes Bethel. Et pſalm. 67. Aſcendi
Ephe.4.8. ſti in altum, cæpiſti captiuitatem, dediſti dona hominibus. A-
nagogen retexit Apoſtolus ad Epheſ. 4. captiuitatem expo-
nens, parentes noſtros olim per peccatum captiuos: dona ve-
ro, varia meritorum & gloriæ præmia per Chriſtum redemp-
torē illis collata.

## Caput.12. Ex euangelicarum inſtitutionum *arte, quaſi ex prototypo, exempla exprimuntur.*

CVM oĩa quæ ad Euãgeliſtarũ iſtitutionũ artē ſpecta 1
re videtur, in mediũ attulerimus: ſupereſt vt ex eiſdem
quaſi ex prototypis, exēpla expreſſa exhibeamus. Vt
ſolent artifices metallorũ fuſſores è matricibus imaginęs illisp
omnia ſimiles exprimere; ita quoq; in diſciplinis vſu venit.
Quare cũ vniuerſa, quæ diximus, eo tendant, vt arcana diuinæ
ſapientiæ myſteria, ac reconditam ſacrarum literarum intelli-
gentiam ex quatuor prædictis ſenſibus, & eorũ partibus, qua-
ſi è ſacris fontibus hauriamus: operæpretium erit, id ſigillatim
oſtendere in nonnullis ac præcipuis tum rebus, tum ſacræ ſcri-
pturæ verbis. Quod vt in his, ita in reliquis ad eundem modũ
fieri manifeſtum erit.

### DE DEO HISTORICE.

Primum omnium (vt par eſt) Deus Optimus Maximus ſe
offert, qui iuxta hiſtoriam & ſimplicem intelligentiam vnũ
eſt atq; ſupremum numen, à ſeipſo eſt, à quo vniuerſa pēdent,
cuius virtute ſunt, viuunt, mouentur, gubernantur, ſine quo
in nihilum redigerentur. Solus omnipotens, ſolꝰ increatus, ſolꝰ
incomprehenſibilis, ſolus infinitus, ſolus ſimpliciſsimus & pu-
rus actus. Incircunſcriptus, immutabilis, incorporeus, &
immortalis. Sine ſui principio & fine, immo ipſe omni-
um principium & finis. Vbique præſens ſed latens, vbique
totus ſed immenſus, inuiſibilis, incorporeus & æternus. At tā-
dem omnium rerum non modo quæ ſunt, ſed quæ excogitari
poſſunt,



poſſunt, perfectiones habet in infinitum perfectius & eminen
tius. Quare quod non eſt, vt cumq;: quod eſt, minime dici po-
teſt, niſi à ſe, qui ſolus ſui perfecte conſcius eſt. Quę omnia in
ſacris literis edocentur, & ad literam intelligēda ſunt: vt quod
Deus ſit vnus: Deuter.6. Audi Iſrael, dominus Deus tuus Deus Deu.6.4.
vnus eſt. Quod ſe ipſo ſit & ſua eſſentia. Exod.3. Ego ſum, qui Exod.3.14.
ſum: &, qui eſt, miſit me ad vos, & nomen, Ieoua, ineffabile, à Ibidem.
radice, Haiah, fuit, id ipſum plane indicat. Quod ab ipſo ſint &
pendeant omnia: Apoſtolus ad Rom.11. Ex ipſo, & per ipſum
& in ipſo ſunt omnia. Et Ioan.1. Omnia per ipſum facta ſunt, Rom.11.36 Ioann.1.5.
& ſine ipſo factum eſt nihil quod factum eſt. Et actorum.17. Act.17.28.
In pſo viuimus, mouemur & ſumus. Et pſ.103. Emitte ſpiritũ pſ.103.30
& creabuntur, & renouabis faciem terrę, &: Auferes ſpiritum
& defficient, & in nihilum reuertentur. Quod ſit omnipotēs: Lucæ,1.37.
Lucæ.1. Nõ eſt impoſsibile apud eum omne verbum. Quod in
creatus omnia creauerit: Eccleſia ex Athanaſio: Increatus Pa
ter, increatus Filius, increatus Spiritus ſanctus: & tamen non Gen.1.1.
tres increati, ſed vnus increatus. Geneſ.1. In principio creauit pſ.88.12.
Deus cælum & terram: Et pſal. Cælum, terram, marę, & omnia
quæ in eis ſunt: Et ſapiens, creauit omnia ſimul. Quod incom- 2 par.2.6
prehenſibilis. 2. Paralyp. cap. 2. Cæli cælorum capere eum ne- Ibidē.6.18
queunt: Et ibidem.6. Cæli cælorum non te capiunt. Et Iob.11. Iob.11.9.
Forſitan veſtigia Dei comprehendes? & ad perfectum omni-
potentem reperies? Excelſior cælo eſt, & quid facies? profun- 1.Tim.6.16
dior inferno, vnde cognoſces? Quod inuiſibilis. 1. Timoth.6.
quem nullus hominum vidit, ſed nec videre poteſt. Et Ioan.1. Ioan.1.18.
Deum nemo vidit vnquam. Et Exod.33. Non videbit me ho- Exo.33.21.
mo & viuet. Quod incorporeus, & nullis membrorum linea- Ioan.4.24 Iob.11.9.
mentis compactus: Ioan.4. Spiritus eſt Deus. Quod immenſus Eſai.66.1.
Iob.11. Longior terra menſura eius, & latior mari. Et Eſai.66.
Cælum mihi ſedes eſt, & terra ſcabellũ pedum meorũ. Quod Hier.23.24
incircũſcriptus pariter & illocalis. Pſal.138. Si aſcendero in cæ- Amos.9.2.
lum, tu illic es, ſi deſcendero in infernum, ades. Et Hiere.23. Cæ mala.3.6.
lum & terram ego impleo. Et Amos.9. Si deſcenderint in in- num.23.19
fernum, manus mea educet eos: ſi aſcenderint ad cælos, detra- 1.Tim.6.16
ham eos, ſuper omnia quippe eſt regendo, ſubtus omnia ſuſtinē
do non pondere laboris, ſed infatigabili atque infinita virtute.
Quod immutabilis: Malachiæ.3. Ego Deus & non mutor. Et
num.23. Non eſt Deus vt homo quod mentiatur, aut ſi filiꝰ ho
minis

minis quod mutetur. Quod immortalis. 1. Timoth. 6. Solus habet immortalitatem, nempe à ſe ipſo per ſuam eſſentiam & nō ab altero participatam, vt anima, & angelus.

## Caput. 13. De Deo per tropos.

VBICVMQVE in ſacris literis motus animæ, ſeu humana membra Deum habere legimus, non ad literam, ſed tropice intelligenda ſunt. Simpliciſsima enim natura eſt immutabilis & inperturbata, nec aliud ipſe, aliud quod habet, ſed ipſum eſt quod habet & quod eſt. Subinde ſiquis Deo humana membra, vt corpus, caput, capillos, oculos, cor, brachia & his ſimilia: motus etiam animæ, vt iram furorē deſiderium, appetitum, obliuionem, pænitentiam, recordationem more humano habere credit, proculdubio in corde ſuo idola fabricat, quibus honorem ſoli Deo debitum exhibet, & latriæ adorationem: quare & hæreticus eſt, credens corporeum Deum, & idolatra. Scriptum eſt enim: ſpiritus eſt Deus: quod & gentium philoſophi, atq; poetæ aſſecuti ſunt. Vnde ſancta ſcriptura his verbis non ad literam, ſed tropice loquitur more noſtro, vt nos imbecilles ad ſpiritualia per corporalia manuducat. De qua re Auguſtinus nos admonet lib. 1. de Trinitate cap. 1. Et lib. 1. de Geneſi contra Manicheos cap. 17. & libro quæſti. in Leuit. cap. 93. Et lib. octuaginta trium quæſtionum, quæſt. 52. & lib. 2. ad Simplicianum, quæſtio. 2. & libro. 1. contra aduerſarium legis & prophetarum cap. 20. Et Eucherius libro de formis ſpiritualibus. Et Pagninus in Iſagoge, à quibus fere hæc omnia deſumpſimus. Ergo per animam Dei
Leui. 26. 11 voluntatem ante incarnationem accipimus. Leuit. 26. Non
abominabitur anima mea vos. Per caput, diuinitatem, cui om
1. cor. 11. 3. nia ſubduntur, intelligere debemus: Sic Apoſtolus: Caput
Dan. 7. 9. Chriſti Deus. Per canitiem, æternitatem: Ita Danielis. 7.
Antiquus dierum ſedit, & capilli capitis eius quaſi lana mun-
Apoc. 5. da: quod & Ioannes in Apocalypſi repetiuit. Per capillos
interim angelos, interim pulchritudinis ornatum, vt in can-
ticis. Per veſtimenta candida, puritatem aut ſanctorum co-
Heb. 4. 3. mitatum. Per oculos, diuinum intuitum, cui omnia patent,
omnia nuda & aperta ſunt, vt Apoſtolus ait Hebræ. 4. Per

palpebras,



palpebras, occulta iudicia, ſeu ſpiritualem elucutionem, vt
pſal. 10. Palpebræ eius interrogant filios hominum. Per aures pſ. 4. 13.
intelligimus ipſum omnia audire, & nil eum ſub ſilentio late- pſ. 10. 4.
re: vt Sap. 1. Auris zeli Dei audit omnia, & tumultus murmurā
tium non abſconditur. Per nares, orationum ſanctorum accep
tationem. Sic pſal: Dirigatur domine oratio mea ſicut incen- Sap. 1. 10
ſum in conſpectu tuo: Et: in odorem ſuauitatis. Per faciem, e-
ius in nobis notitiam & reuelationem: Sic pſalmus: Oſtēde no pſ. 140. 1.
bis faciem tuam, ideſt, cognitionem, interim in ſignum amoris pſ. 79. 8.
interim pro oſtenſione diuinitatis: vt illud: Poſteriora mea
videbis, faciem videre non potes. Per os Dei, ſermonem vi Exod. 33. 23
ſionem & inconcuſſam ſanctarum ſcripturarum veritatem:
Eſai. 1. Os Domini locutum eſt. Per ſermonem & verbum Eſai. 1. 20.
Dei, Chriſtum Dominum æterni patris filium. Sic Ioann. 1. Ioan. 1. 1
In principio erat verbum, & Deus erat verbum, & verbum
caro factum eſt. Et Sapiens: Dum quietum ſilentium tene- Sap. 18. 14.
rent omnia, omnipotens ſermo tuus à regalibus ſedibus pro-
fiſiuit. Et pſalmus: Miſit verbum ſuum, & ſanauit eos: Per e- pſ. 11. 7.
loquium Dei, ſanctam ſcripturam: Eloquia Domini, elo- pſ. 118. 103.
quia caſta: Et: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua: Interim pſ. 148. 5. pſ. 32. 6.
iuſsionem, vt pſalmus: Ipſe dixit & facta ſunt, mandauit & cre
ata ſunt: Et pſalmus: Verbo Domini cæli firmati ſunt. Per
linguam Dei, diuinam inſpirationem & aſsiſtentiam ſpiritus
ſancti in tradendis ſanctis ſcripturis per ora prophetarum. 2. Pe
tri. 1. Spiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homines: 2. per. 1. 21
vnde Eccleſia canit: Locutus eſt per prophetas. Hinc lingua
Dauidis ab ipſo mouebatur: pſalmus. 44. Lingua mea cala-
mus ſcribæ velociter ſcribentis. Per labia: vtrumq; teſtamen- pſ. 44. 2.
tum, & ſanctarum ſcripturarum, quibus nobis loquitur Deus,
conſonantiam. Sic prouerb. 16. Diuinatio in labijs regis: in
iudicio non errauit cor eius. Per brachium Dei, fortitudinem, pro. 16. 10.
vt pſalmus: Proieciſti ſicut vulneratum ſuperbum in fortitudi
ne brachij tui. Et Lucæ. 1. Fecit potentiam in brachio ſuo. pſ. 88. 11.
Interim pro filio, vt Eſai. 53. Brachium Domini cui reuelatum Eſai. 53. 1.
eſt? Et Hieremiæ. 32. Eduxiſti Domine populum in bra- Hier. 32. 2.
chio extento. Interim pro Filio & Spiritu ſancto, vt E-
ſai. 51. Brachia mea populos iudicabunt. Per manum Dei, Eſai. 5. 51.
poteſtatem illius, Hieremiæ. 18. Sicut lutum in manu figu-
li, ita vos in manu mea domus Iſrael. Nonnunquam flagellū Hier. 12. 6

Iob:

Iob.ait:Manum tuam longe fac à me. Et ibidem. Miſeremini
Iob.13.21. mei, ſaltem vos amici mei, quia manus domini tetigit me. So-
ibid.19.21. phoniæ.1. Extendam manum meam ſuper Iudam & habita-
Soph.1.4. tores Hieruſalem & diſperdam eos. Per dexteram, Dei filium
pſ.117.16. pſalm.117. Dextera domini fecit virtutem, dextera Do-
mini exaltauit me. Rurſus per dexteram, vim & potentiam
pſ.73.11. illius. Vt pſalm. Hoc opus dexteræ excelſi. Interim gloriam
pſ.110.1. & maieſtatis thronum, & iuſtorum ſortem. Sic pſalm.110. Se-
dea dextris meis, Per ſiniſtram vero, locum & ſtatum repro
Mat.23.33. borum. Mattheus ait, ſtatuet hedos à ſiniſtris. Per digitum
Exod.7.19 Dei, potentiam eius: in Exod. Digitus Dei eſt hic: & pſalm.8.
pſ.8.4. Luc.11.20. Videbo cælos tuos opera digitorum tuorum. Interdum Spiri
Mat.12.28 tum ſanctum, vt Lucæ.11. Ego in digito Dei eijcio dæmonia:
quod Matthæus cap.12. expoſuit dicens: Ego in ſpiritu Dei
eijcio dæmonia. Itaq; vt digitus, brachium & corpus vna na-
tura ſunt: ita Pater, Filius & Spiritus ſanctus, tres perſonæ, ſed
vna ſubſtantia. Per imaginem Dei, & figuram eius, filium:
Hebræ.1. Splendor gloriæ & figura ſubſtantiæ eius. Et: Fi-
Hebre.1.3. lius imago patris. Interdum, hominem: vt Apoſtolus: vir
1.cor.11.17 imago Dei eſt. Sed intereſt, nam filius Dei eſt naturalis imago
patris ex ſua ſubſtantia genitus, equalis illi per omnia: at homo
non ita, ſed ex nihilo ad ſimilitudinem illius conditus eſt: Ge-
Gen.1.27. neſ.1. Sicut filius regis naturalis imago eſt patris, quia ex ſua
ſubſtantia genuit ſimilem ſibi: at imago regis ſigillo impreſſa
non eſt naturalis imago illius quia non eiuſdem, ſed alterius na
turæ eſt: ſubinde homo & imago Dei eſt, & ad imaginem, ſed
Dei filius ſolum imago: teſtantur Apoſtoli loca adducta, &
Auguſtinus lib.1. retractationũ. Per cor, arcana ſapientiæ eiuſ
dem. Per alas & ſcapulas, protectionem ab inſidijs diaboli &
prauorum hominũ, ſumpta methaphora ab auibus pullos ſub
alis tenentibus: vnde pſalm.16. Sub vmbra alarum tuarum pro
tege me. Deut.32. Expandit alas ſuas atq; portauit in hume
pſ.18.8. Deut.32.11 ris ſuis. Et pſal.90. Scapulis ſuis obumbrauit tibi, & ſub pennis
pſ.90.4. eius ſperabis. Venter dei, ſecreta origo generationis æternæ:
vt pſalm.110. Ex vtero ante luciferum genui te: interdum iu-
pſ.110.3. dicia incõprehenſibila eiꝰ. Iob.38. de cuius vtero egreſſa eſt gla
Io.38.29. cies? gelu de cælo quis genuit? Per poſteriora, opera externa,
per quæ inuiſibilia intellecta conſpiciuntur. Rom.1. Interdum
Rom.1.20 Exod 33.23. incarnationem & humanitatem filij. Exod.33. Poſteriora mea
videbis



videbis, faciem, ideſt, diuinitatem in hac vita videre non po-
tes. Per pedes, ſtabilimentum, virtus, & dominium in omnẽ
creaturam pedibus illius ſubiectam. Alludit p̄s.8. Omnia ſub- p̄s.8.7.
iecisti ſub pedibus eius.

## Caput.14. de externis Dei per eoſdem tropos. *& de quibuſdã affectibus ex operibus externis.*

INter externa primum occurrunt veſtimenta. In Deo p̄s.92.1.
autẽ per veſtimenta intelligimus decorem gloriȩ, pul
chritudinẽ maieſtatis. Sic p̄s.92. Dñs regnauit, decorẽ p̄s.103.1.
induit. Et p̄s.103. Confeſsionem & decorem induiſti: amictus
lumine ſicut veſtimento. Per calciamenta, imperium in gen-
tes. p̄s.59. In Idumeã extendam calciamẽtum meum, mihi alie- p̄s.59 10
nigenæ ſubditi ſunt. Per greſſum, occurſum in adiutorium no
ſtrum: ad eundem modum per aſcenſum & deſcenſum illius,
auxilium prȩſtandum, aut vindictam ſumẽdam ſignificamus.
Abſcõdere ſe Deum, eſt negare cognitionem ſuam immeritis
hominibus, vt olim gentium philoſophis Roman.1. nunc Iu Rom.1.6
dæis, Ibidem illud: Cæcitas contigit Iſraeli: & illud: Velamen Ibid.11.25
habentes in cordibus eorum. Contra vero oſtendere ſe: eſt 2.co.3.15
in corda hominum occulte ſe inſinuare per inſpirationem, il-
luminationem & gratiam. Sedere Dei, eſt regnare & præſide- ps.79.1
re: Sic pſalmus: Qui ſedes ſuper Cherubin manifeſtare coram
Ephraim & Manaſſe. Et pſalm.46. Regnabit Dominus ſuper p̄s.46.9
gentes, Deus ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuam. Stare Dei, eſt
cum præſto eſt ad ferendum nobis auxilium: vt Abach.3. Ste Abach.36
tit & menſus eſt terram. Et actorum.7. Stephanus vidit Ieſum
ſtantem ad ſubueniendum ſibi in martyrio. Tranſire Dei, eſt Act.7.56
recedere ab impiorum animis cum in eis ſubrepit peccatorum
ſcelus & perfidia. Ambulare Dei, eſt delectari, & velut per Leui.26.12.
complacentia ſpartiari, & permanere in animabus iuſtorum.
Leuiti.26. Inhabitabo in eis, & deambulabo, & ero illorum 2.cor.6.16
Deus. Et 2. Corinthio.6. & alibi: Neſcitis quod templum Dei
eſtis vos. Loqui Dei, eſt in mentes hominum inſpirare, vel
per ſanctas ſcripturas docere: vnde paſsim apud Prophetas:
Hæc dicit Dominus: vel per angelos illuminare, vt Abraha-
mum, Iacobum, Manue & alios: vel per ſomnia admone-

re, vt Ioſephum & Magos: vel per aliarum creaturarum vi-
ſiones, vt Moiſem per rubum. Videre Dei, eſt omnia cog-
noſcere quaſi præſentia ſibi vt ſunt: interdum verò eſt bene
Gen.1.31 geſta probare: Geneſ. primo. Vidit Deus cuncta quæ fecerat,
& erant valde bona. Cognoſcere Dei, eſt nos cognoſcentes
Ibid.22.12 facere ex idiomate linguæ Hebraicæ: Geneſ. vigeſimo ſecũdo.
Nunc cognoui (ait Dominus) quòd timeas Deum: ideſt, cog
Exo.16.4 noſcere feci, ſeu expertus ſum. Sic Exod. 16. Tentabo vtrum
cuſtodiant mandatum meum, an non. Ideſt, experiar, ſeu ex-
perimento monſtrabo. Sic illud: Deſcendam & videbo.
Neſcire Dei, eſt reprobare: Sic illud Lucæ decimo tertio. Ne
ſcio vos, diſcedite à me operarij iniquitatis. Sic illud Matthę.
Gen.18.21 vigeſimo quinto. Zelare Dei, eſt corrigere & caſtigare, ſeu
per flagella creaturam ad ſe adducere: Sic illud: Zelo zelatus
Luc.13.27 ſum: inde Deus zelotes. Iraſci Dei, eſt peccantibus iuſtam vl
tionem inferre: vnde vltio diuina furor, indignatio & ira Dei
dicitur. Pænitere Dei, eſt quòd aliter inchoatum & ſtatutum
3.reg.19 Exo.34.14 erat, in aliud mutare: cum in Deo nulla ſit mutatio nec pæni-
Gen.6.7 tudo. Sic pænitere dicitur quod creaſſet hominem, cum in-
duxit diluuium. Geneſ. ſexto. Sic pænituit quòd Saulem crea-
uerat Regem, cum abſtulit regnum ab eo. Sic populus Iudęo-
rum prius electus, reprobus factus eſt, & gentium reprobus e-
lectus: Iudas de Apoſtolo traditor damnatus, latro ad Para-
Ps.110.4 Ps.131.11 diſum aſſumptus. Contra vero non pænitere, eſt ſtatuta nul-
Ps.88.36 lo modo mutare, quod ſignificari ſolet vel repetitione verbo
rum, vel iureiurando: pſalm. 110. Iurauit Dominus, & non
pænitebit eum. Et illud: Iurauit Dominus Dauid veritatem,
& non fruſtrabitur eum. Et illud: Semel iuraui in ſancto meo,
ſi Dauid mentiar: pro non mentiar ei. Obliuiſci dicitur, nõ
per crudelitatem, aut memoriæ deffectũ: quæ in Deo nõ ſunt,
ſed cum ſceleratorum culpa illis non miſeretur. Sic quoque
Ps.12.2 faciem auertere dicitur: vnde pſalmus: Vſque quò Domine
obliuiſceris? vſque quô auertis faciem tuam à me? Indurare
corda malorum dicitur, cum exigentibus eorum culpis indu-
ratos relinquit, aut ſpecialia auxilia & motiones ſubtrahit:
ſeu in grauiora peccata quotidiè incidere permittit. Dormire
dicitur, cum tarde ſuo ſecreto iudicio ſubuenit: pſalm. 43. Ex-
Ps.43.23 urge quare obdormis Domine? Contra vero vigilare, eſt in
Ps.120.4 ſubueniendis pijs præſto eſſe. Sic pſalmus; Ecce non dormita-
bit



bit, neque dormiet, qui cuſtodit Iſrael.

## Caput. 15. De Deo Allegorice.

QVAE IN NOVO teſtamento per fidei articu-
los credimus, in veteri adumbrata & prædicta ſunt,
vt ſigillatim fuſius libro ſequenti dicemus: nunc vt-
cunque ad allegoriæ ſpiritualis formam intelligendam ex-
preſſa exempla ſubnectenda ſunt. Quod Deus vnus cum ſit
in ſubſtantia, trinus ſit in perſonis: adumbratur in tribus an-
gelis, quos vidit Abraham, & vnum adorauit, in Geneſi: Qui
nimo initio eiuſdem libri Hebraicè legimus: In principio crea
uit Eloin: ideſt, Dij, cælum & terram, non quod ſint plures
Dij, cum ſcriptum ſit: Audi Iſrael Deus tuus Deus vnus eſt, Gen.18.2
quod aperte ibidem verbum ſingulare, creauit, indicat: ſed Gen.1.1
tres perſonæ cum ſint & vnus ipſe Deus, creauit (inquit) Dij Deut.6.4
cælum & terram: plurale cum ſingulari nectens. Seraphin Eſa.6.3
quoque apud Eſaiam id inſinuantes, ter ſanctum appellaue-
runt: Sanctus, Sanctus, Sanctus: Dominus Deus ſabbaoth:
quod quotidie Eccleſiæ vſus repetit. Quod creator cæli & Exo.24.10
terræ, & omnium quæ ab eis continentur, ac Dominus vni-
uerſorum ſit, adumbratur Exodi. 24. vbi Moſes; Aaron, A-
biu, & ſeptuaginta de ſenioribus populi viderunt Dominum
habentes ſub pedibus quaſi lapidem Saphirum, & quaſi cælũ
cum ſerenum eſt. Et angelus in Apocalypſi: Cuius pes vnus Apoc.10.2
erat ſupra terram, alter ſupra mare. Quòd ſit iuſtificator, in
renouatione mundi per diluuium, in mundatione lepræ Na-
aman, & Iob Patriarchæ, & illuminatione cęcorum, & reſur
rectione puellæ Archiſynagogi, & adoleſcentis filij viduæ,
& Lazari: & in Apocalypſi, dum apparet quaſi filius homi- ibid.1.13
nis inter candelabra ſeptem purgans & illuminans ea. Quòd Ps.112.7
glorificator: in erectione regni Dauidis, de quo dicitur: Suſ-
citans de puluere egenum, & de ſtercore erigens pauperem,
vt ſedeat cum principibus, & ſolium gloriæ teneat. Item in
magnificatione ſolij Solomonis, in impletione templi, gloria, Gen.28.12
maieſtate, & ſplendore libro. 3. regum. 8. Quòd factus ſit homo
per naturarum vnionẽ in vna perſona: ex commenſuratione 3.reg.8.11
et accubitu ſenis Heliſæi Prophetæ cum puero mortuo, quem 4.reg.4.32
ſuſcitauit: & ex Patriarchæ Iacob ſcala, in cuius ſummitate
Deꝰ, in infimo vero homo iacebat dormiẽs, & imago mortui.

Quod vero ex virgine natus abſq; virili ſemine, apparet ex ru
Exo.3.2 bo ardenti ſine combuſtione, in Exodo, & ex porta templi per
Eze.44.2 quam nemo tranſiuit niſi Dominus. Quod pro nobis mortu⁹
num.21.8 ex ſerpente æneo, Numer.21. & ex Ieſu filio Ioſedech ſacerdo
zach.3.3 te magno veſte ſordida induto, nempe humanitatis corpore
Eſai.63.1 flagellis fœdato: & ex veſtibus ſanguine conſperſis, quibus in-
dutum aſcendere conſpexit filium hominis. Eſai.capit.63. cum
Iud.16.3 dicebat: Quis eſt iſte qui venit de Edon tinctis veſtibus de Boſ
rah? Quod victor reſurrexit, in ſurrectione Sanſonis ante au-
Iud.16.3 roram in Gaza, cum vectes ferreos confregit, & portas ciui-
4.reg.2.11 tatis abſtulit in montem. Quod in cælum aſcenderit, per He-
noch, & Heliam, qui raptus eſt in curru ad cælum: per aſcen-
Ge.47.29 ſum Iacob & Ioſephi in Rhedan, qua intrarunt Aegyptum:
Ioſ.3.14 per ingreſſum populi in terram promiſsionis: per mare rubrū,
2.reg.19.39. deſertum & vada Iordanis. Quod iterum venturus Iudex, in
reditu Dauidis in Hieruſalem deuicto Abſalone, & in iudicio,
quo aduerſarios ſuos iudicauit.

## Caput.16. De Deo tropologice.

DOcet nos ſancta ſcriptura ethicen ſpiritus, hoc eſt, mo
ralem diſciplinam per exempla ab ipſo Deo deſum-
pta. Quod ſimus iudices integri & incorrupti, & non
niſi auditis partibus ſententiam feramus: in iudicio quod exer
cuit cum primis parentibus & ſerpente, ante expulſionem è
Gen.3.14 Paradiſo: cum Cain ante latam aduerſus eum ſententiam: cum
Gen.4.9 Sodomitis dum deſcendit requiſiturus ſcelerum ſuorum cla-
gen.18.21 morem: cum ſeruo nequam in euangelio, & villico iniquita-
tis: in Dauide cum Amalechite, & cū interfectorib⁹ Isboſeth.
Quod miſericordes, & pij, & faciles ad condonandum, in para
Luc.15.12 bola de filio prodigo: in actibus Redemptoris, cum alapa cæ-
ſus, flagellatus, iniurijs laceſsitus, & in crucem actus non modo
comminabatur, non acriter regerebat, aut repellebat iniuriā:
verum nec verbum reſpondebat, adeo vt iudicem in magnam
tantæ manſuetudinis admirationem raperet, quinimo pro in-
mar.8.19 terfectoribus orabat. Quod egentibus ſubueniamus, duplici ſa
turatione multitudinis, altera quinq; panibus, altera ſeptē, nos
docuit. Sic olim coruis præcepit & viduæ: vt Heliam paſcerēt
in torrente Cyſſon, & in Sarepta Sydoniorū. Quod diuitiarū
con-



contemptores, & paupertatis amici ſimus: ſuo exemplo nos in-
ſtituit, qui diues cum eſſet, pro nobis egenus fact⁹ eſt. Sic olim
Berzellai oblatas diuitias, & honorem reſpuit. Quod nos inui
cem diligamus, quod mites, humiles, puri, pacifici, modeſti, cō 2.cor.8.9
tinentes, ſufferentes iniurias, non malum pro malo reddentes:
integerrimæ ſuæ vitę decurſu omnium virtutum ſingulare ſpe
cimen dedit. Vt enim optimus dux in acie dimicans ad bel-
lum milites prouocat: ita Imperator noſter Chriſtus, vt nobis
ſegnius militantibus ad fortiter cum hoſte congrediendum
animos adderet, ſeipſum in exemplum dedit, vt quēadmodū
ipſe feciſſet, ita & nos faceremus. Et ne nos deterreret laborū
magnitudo, & hoſtis infracta potentia, imbecillitatem noſtrā
animabat dicens: Confidite, ego vici mundum. Ioh.16.33

## Caput.17. De Deo per Anagogen.

VT olim in veteri teſtamento geſta per allegoriam ad
ſuſcipiendam fidem Redemptoris nos inſtruebāt: ita
per nouæ legis hiſtoriam Anagogice de futura doce-
mur beatitudine. Tametſi non deſunt illic plurima, quæ ſub re
rum inuolucris idipſum inſinuent. Nam ingreſſus in terrā pro
miſſam, cęleſtem patriam præfigurat bonis omnibus abundan
tē, de qua Dauid dicebat: Credo videre bona Domini in terra ps.26.13
viuētiū. At id expreſsius Dominus aperuit & præſignauit in-
greſſu in Hieruſalem cum triumpho, & populi acclamatione:
Benedictus qui venit in nomine Domini, oſanna in excelſis.
Apertius in aſcenſione in cęlum oſtendens nobis iter, ſi per vi
uam fidem charitatis opera & perfectum ſacramentorū vſum
eum ſequi velimus. Paradiſus terreſtis, & arbor vitæ in medio
plantata, typus fuit gloriæ cæleſtis. At multo clarius Bethlehe Luc.2.9
miticum ſtabulum, & præſepe Domini id præſignauit, vbi an
geli apparent cum gloria cęleſti, non vt cum ignis romphea pa
rentes è Paradiſo eijciant, & prohibeant ingreſſum: ſed canen
tes gloriam Deo, pacem hominibus, lætum afferunt nuntium,
quo nos inuitant & alliciunt, vt ad videndum Dominum per-
gamus feſtinanter. Solomonis regnum pacificum, beatorum fę
licitatem præfigurauit. At multo fælicius Chriſti vita & Euan
gelium: Ecce, inquit, pluſquam Solomon hic. Templum illud matth.12.42.
antiquum toties gloria Domini repletum, & vrbs Hieruſalem

 tanta

tanta lętitiæ vbertate ſuffuſa, futuram ſanctorum lętitiam ſempiternam in gloria maieſtatis Dei præoſtendebat. At multo fælicius templum corporis Chriſti, & ciuitas ſancta Hieruſalē, quam Ioannes in Apocalypſi Dei reuelatione quaſi agni ſpōſam ornatam vidit, eandem fælicißimam beatitudinem commonſtrauit.

Apocalyp. 21.

Ad eundem modum poſsit quis ſacrarum literarum ſtudioſus exempla appoſitiſsimè exprimere: vt in his verbis Eccleſia, Chriſtus, angelus, homo, aqua, abyſſus, & his ſimilibus: pro picietq; quâm illi fæliciter ars hæc & inſtitutio Euangelica ſuccedat. Nos enim hęc quaſi facilia (ne ingēs ſuccreſcat volumen) libenter omittimus.



# EVANGELICARVM INSTITVTIONVM LIBER QVARTVS.

## *De ſcripturis tùm canonicis, tùm apocryphis.*

## Caput. I. De libris canonicis veteris teſtamenti, *de varia eorum partitione, numero & authoritate.*

QVANQVAM Euangeliorū nomine libros oēs canonicos non incōgrue intelligere poſsum⁹, per quos ſūma veritas lætiſsimū & optimū nūtiū nobis anūtiat: tamē filio Dei Ieſu Chriſto redēptori noſtro, eiuſq; Euāgeliographis, quos ſancta recepit Eccleſia, placuit ſuā ipſorū hiſtoriā hoc peculiari nomine nūcupare. Quamobrem tametſi à nobis Euāgelium in ea vſq; quaq; vulgata loquēdi cōſuetudine vſurpetur: refert nihilominus huic operi multū ad decerpenda ex eis teſtimonia in rerum confirmationem, difficilium locorum intellectum aſſequendum, exempla petēda & firmandā fidem, libros ab Eccleſia iam nunc in canonem relatos noſſe, & ab eorum notitia, quaſi fundamento huius libri, exordium auſpicari. Primum quidem veteris teſtamenti volumina iuxta Hebręorum & ſanctorum Patrum conſenſum percurrentes, ad Euangelicæ legis libros deueniemus. Libri ergo canonici veteris inſtrumenti hi ſunt, qui à ſanctis Dei hominibus diuino ſpiritu afflatis ad noſtrā eruditionē cōſcripti, ſemper apud omnes integram habuerunt authoritatē. Sed tamē eorum plures tū olim ab Hebræis, tum etiā ab orthodoxis patribus initio naſcentis eccleſię recepti, prothocanonici dicti ſūt. In veteri teſtamēto rem primū aperiam⁹. Prothocanonici ſūt quinq; libri Moſis, Ioſue, Iudices cum Ruth, Samuel, Reges, Eſaias, Hieremias cum threnis, Ezechiel, Daniel, duodecim prophetę minores, Iob, Pſalmi, Prouerbia, Eccleſiaſtes, Cātica, Pa-

ralypomenon, Eſther, Eſdras cum Nehemia, qui iuxta Hebrai
carum literarum numerum viginti duo à quibuſdã Hebręorũ
numerantur, quos ex noſtris Oręgenes, Epiphanius, Gregoriꝰ
Theologus, Hieronymus, & Ruffinus ſecuti ſunt. À quibuſdã
vero Ruth, & lamentationes ſeorſum ponuntur, & iuxta Græ
corum elemẽtorum numerum, & ſeniorũ in Apocalypſi pro
thocanonici numerãtur viginti quatuor, quod peritiſsimi He-
bręorum Dauid Kinhi, & Benezra probauerũt, & more Chal
daico triplicata litera, Iod, ob diuini nominis honorẽ ſuarum
literarum numero ſupputauerunt. Nec minus mirum ad rei
conſenſum, libros quinq; ex his duplices eſſe, videlicet, Samue
lis, regum, Paralipomenon, Eſdræ, & Hieremiæ cum threnis,
quod apprime quadrat cũ Alphabeto Hebraico, in quo quin
que literæ duplices inueniũtur, Caph, mem, nun, pe, çadic: qua
re ſi has addideris, viginti ſeptem libros numerabis, & adhuc mi
raberis magis. Nam ſi Ruth, à iudicibus ſepares, viginti octo re
peries, quod maxime Hebræorum elementorum numero con
ueniet alphabetico, ſiquidem inter duplices, Sin, quoq; connu
merare ſolent. Multis autem nominibus ac varijs hos protho-
canonicos libros tam Hebræi, quam noſtrates partiri ſoliti
ſunt: nam eo tempore quo Chriſtus dominus paſſus eſt, proce-
res Iudęorum tripartito ſecuerũt, in legem, pſalmos, & prophe
tas. Legem appellabant libros quinq; Moſis, pſalmos autem
ſeu carmina, librum hymnorum Dauidis cum tribus Solomo-
nis: prophetas vero cæteros, prothocanonicos: qua de re Philo
Iudæus, & Ioſephus aduerſus Appionem nonnihil attigerũt.
Immo vero Chriſtus dominus Matthæ. 7. 11. 22. Et Lucæ vlti- mar. 7. 13.
mo, aperte eodem diuiſionis genere eoſdem libros partitꝰ eſt. ibid. 11. 13.
Neceſſe eſt (inquit) impleri omnia, quæ ſcripta ſũt in lege Mo ibid. 22. 40
ſis, prophetis, & pſalmis de me. Luc. 24. 44.

Iudæorũ præterea, & Gręcorum vetuſtiſsimi in legem, pro 2
phetas, & hagiographa ſecuerunt. Legem appellant libros Mo
ſis, prophetas, Ioſue, iudices cum Ruth, Samuelem, reges, Eſa-
iam, Hieremiam cũ lamentationibus, Ezechielem, duodecim
minores prophetas: Sic numerãt prophetarum libros octo. Ha
giographa vero reliquos nouem, quanquam nonnulli Ruth,
& lamentationes inter hagiographa ſcriptitent, & numerum
augeant, faciantq; vndenarium. Hæc Hieronymus in præfa-
tione ad libros regum, & in Danielem, & in prologo galeato.
Iſido



Iſidorus quoq; in ſexto etymologiarum. Aliam longe diuer-
ſam partitionem ſecuti ſunt Epiphanius in lib. de partibus diui
næ ſcripturæ: & Damaſcenus libro quarto de Orthodoxa fide
qui in quatuor quinarios: legale, hagiographicum, carminum,
propheticum: & inſuper in binarium vnum illos viginti duos
libros diſtribuerunt. At Gregorius Theologus in hiſtoricos
diuiſit à Geneſi vſq; ad Eſdram: in carmineos ſeu porticos, à
Iob vſq; ad cãtica: in propheticos, maiores, ſcilicet, & minores
prophetas. Reiecit autem librum Eſther ob additiones in eo
inſertas, quem Athanaſius in Synopſi, & Melito Sardienſis in
epiſtola ad Oneſimum canonicos libros enumerantes ob eã-
dem cauſam prętermiſerũt. Nouiſsime omniũ Neoterici Rab-
bini viginti quatuor prothocanonicos libros quadrifariam di-
uidũt, in thora, id eſt, legem: in Neuijm Riſonim, id eſt, prophe
tas priores: in Neuijm acharonim, id eſt, prophetas poſteriores
& in Chetuuim, id eſt, ſcripta: cuius ſectionis partes longius per
ſequi nolo, quod ea res parum aut nihil vtilitatis legentibꝰ ſit al
latura, niſi quod iuxta hanc partitionem Hebręorũ codices e-
uulgati ſunt. Atq; hęc de prothocanonicis libris dicta ſint ſa-
tis.

Deuterocanonici, aut ſecundi ordinis libri ſunt, qui poſt A
poſtolorum tẽpora ab eccleſia inter canonicos fuere recepti: vt
Eſther, Thobias, Iudith, Baruch, epiſtola Hieremię, ſapiẽtia So
lomonis, Eccleſiaſticus, Oratio Azarię, hymnus trium puero-
rum, Suſannę hiſtoria, Belis hiſtoria, Machabęorum primꝰ &
ſecundus. Quos oẽs veteres orthodoxi patres primitus apo-
cryphos nuncupauerũt, vt author eſt Hieronymus in pręfatio
nibus ad Thobiam & Iudith. Quãuis in his codicibus, qui vul
go circunferuntur, mendũ eſt, & pro apocryphis, hagiographa
leguntur: quod plane orationis ſenſus oſtẽdit, cum dicat Tho-
biam à canone reiectum inter hagiographa cõputari: id eſt, in
inter apocrypha: nam hagiographa prorſus in canone ſunt.
Et rurſus ait, Iudith inter hagiographa legi, nec ſubinde vale-
re ad ea, quæ in intentionẽ veniunt confirmanda. At hagiogra
pha integræ ſunt authoritatis. Legendum igitur apocrypha,
quæ minoris certitudinis ſunt. Præterea temporum ſucceſsio-
ne hos eoſdẽ libros Deuterocanonicos ſancti doctores appel-
lauerunt eccleſiaſticos, quod primum eccleſia à Cathecumenis
legi, deinde à fidelibus recitari permiſit, non ad res fidei confir
mandas

mandas,ſed ad multorũ notitiã capeſſendã. Demum eccleſia eoſdem recepit in canonẽ,& eiuſdẽ eſſe authoritatis cũ prioribus definiuit. Quę omnia deſumpta ſunt cũ ex canonibus Apoſtolorum per Clementem,tum ex varijs conciliorum decretis,prẹſertim Carthaginenſis.3. Toletani.4. Florentini & Tridentini,in quibus videre licet ſucceſsione temporũ Canonicorum librorũ numerũ Spiritus ſancti afflatu ſuccreuiſſe, quod multis in locis Hieronymus annotauit,& Athanaſius in Synopſi,& Ruffinus in Symbolo,&copioſi⁹ multo iuniores patres. Atq; ita dictum ſit de libris canonicis veteris inſtrumenti, de apocryphis illius dicemus poſtmodum , nunc interim noui teſtamenti libros Canonicos percurramus.

## Caput.2. De libris canonicis noui & vtriuſque teſtamenti ex Synodo Tridentina: & eorum partitione ex Auguſtino.

PROTHOCANONICI ſeu primi ordinis libri noui teſtamenti ſunt,qui ab omnib⁹ orthodoxis patribus recepti,certiſsima eccleſiæ traditione indubitatæ fidei ſemper fuerunt,vt Matthęi euangelium integrum,Marci euangelium præter vltimũ caput, Lucę euangelium præter hiſtoriam de ſudore Chriſti,& angeli confortatione quæ eſt in cap.22.Ioannis euangelium prẹter hiſtoriam de muliere adultera in cap.8. Acta Apoſtolorũ,Epiſtolę Pauli, ad Romanos vna,ad Corinthios duę,ad Galatas vna, ad Epheſios vna, ad Philippẽſes vna,ad Coloſenſes vna,ad Theſalonicẽſes duę,ad Thimoteum duæ,ad Titum vna,ad Philemonen vna.Petri epiſtola prior,Ioannis epiſtola prima.Hæc ſcripta primum definiuit eccleſia eſſe canonica.Deinde tempore procedente eos etiam de quorum autoritate olim controuerſum fuerat,ab Spiritu ſancto ducta inter canonicos recepit, vt Marci vltimum cap.hiſtoriã de ſudore Chriſti,& angeli confortatione Luc.22 hiſtoriã de muliere adultera Ioã.8,epiſtolã Pauli ad Hebręos,Iacobi epiſtolam,Petri poſteriorẽ,Ioannis ſecundã & tertiã,Iudę vnã,Ioannis Apocalypſim.Quæ oĩa iam eiuſdem cũ pręcedentib⁹ irrefragabilis authoritatis & catholicę veritatis ſũt. Atq; hęc oĩa ex eiſdem conciliorũ decretis,& prędictorũ patrum ſententijs deduci & confirmari poſſunt.Sed à nobis hoc ordi-



ordine enarrata ſunt ad vetuſtatem intelligẽdam , ſacrorumq; doctorum & antiquorum patrum codices, ne quis in eiſdem hallucinetur,& in errores labatur.

2 TENENDVM igitur eſt quod nouiſsime in concilio Tridentino ſeſsione.4. Eccleſia catholica definiuit, iuxta cui⁹ decretum libri canonici hi ſunt. Moſis Pentateucum,Iudices, Ruth,quatuor libri regum, Paralypomenon duo:Eſdrę prim⁹ & ſecũdus qui Nehemias,Thobias,Iudith,Eſther,Iob, pſalmi Dauidis centum quinquaginta,Solomonis parabolę, Eccleſiaſtes, Canticum canticorum, Sapientia, Eccleſiaſticus, Eſaias, Hieremias cum threnis,Baruch,Ezechiel,Daniel,Oſeas,Ioel Amos,Abdias,Ionas,Micheas,Nahum,Abacuch,Sophonias Aggeus,Zacharias,Malachias , Machabæorum primus & ſecundus,Matthæus,Marcus,Lucas,Ioannes, acta Apoſtolica, Pauli epiſtolæ ad Romanos,ad Corinthios duę,ad Galatas,ad Epheſios,ad Philippẽſes,ad Coloſẽſes,ad Theſalonicẽſes duæ ad Timotheum duæ,ad Titum,ad Philemonem, ad Hebręos, Petri duę,Ioãnis tres,Iacobi vna,Iudę vna,Apocalypſis.Quos tametſi non omnes Apoſtolorũ canones numerent,nec patrũ vetuſtiſsima concilia, vt in noſtris inſtitutionibus fuſi⁹ annotauim⁹:Iam nunc tamen poſt recentiorum conciliorum decreta pro ſacris non ſuſcipere cũ omnibus ſuis partibus,prout in vulgata latina editione habentur,& eccleſia legere conſueuit,ſumma impietas & proculdubio hęreſis eſt aperta. Cõcil. Tri.

3 Iam vero ab Auguſtino lib.2.de doctrina Chriſtiana, veteris teſtamenti volumina,ſiue prioris , ſiue poſterioris ordinis canonica in duas claſſes, hiſtoricam & propheticam, diſtributa ſunt. Hiſtorica cõplectitur à Geneſis vſq; ad Eſdrã,cui ſubnectit Iob ante Thobiã,vt inter eos libros qui ſedibus vagantur, prim⁹ obtineret locũ ob hiſtorię vetuſtatem,deinde Thobias, poſtea Iudit, deinceps Eſther, demũ Machabęi, atq; ita fit vt hiſtorici libri numero ſint viginti duo:Prophetica vero claſsis à Dauide exordium ſumit,& per Solomonem,& Eccleſiaſticũ Eſaiam,Hieremiam,Baruch, cęteroſq; prophetas,tum maiores,tum minores vſq; ad eorum vltimum Malachiã diſcurrit, & totidem viginti duos libros amplectitur. Atq; ad eundem modum noui teſtamẽti volumina partitus, euangelia quatuor cum Actis ad hiſtoriam refert. Epiſtolas vero Pauli,cæteraſq; canonicas cum Apocalypſi ad prophetiam. Auguſtin.

Theologi

Scholaſti-ci. Theologi verò ſcholaſtici quadrifariam diuidūt, in libros le
gales, ſcilicet: Pentateucum: in hiſtoriales, à Ioſue vſq; ad Iob
cum Machabæis: in ſapientiales, à prouerbijs vſq; ad Eccleſia-
ſticū: in prophetales, à Dauide & Eſaia vſque ad Malachiam.
Eodem ordine diuidunt eos, qui noui teſtamenti ſunt: legales
appellant quatuor Euangelia: hiſtoriales, Acta Apoſtolorum:
Sapientiales, Pauli & aliorum epiſtolas: Prophetales, Apoca-
lypſim. Sed vt facilior & ſimplicior mihi multo magis proba-
tur Auguſtini partitio, quam in ſcholijs, quæ vniuerſæ ſcriptu
ræ adijcio, omnia canonica ſcripta in tria volumina, vnū de hi
ſtoricis veteris inſtrumēti: alterū de Propheticis, tertiū de om
nibus noui teſtamenti codicibus diſtribuēs, libētiſsime ſequor.

Horū vero librorū canonicorum tanta eſt authoritas, vt eiſ
dem timorē, honorem, irrefragabilem veritatē deferre par ſit.
Quod ſi quid, quod veritati aduerſū appareat nobis, occurrat,
mendoſū eſſe codicē, aut nos minime intelligere illud credēdū
eſt. Hæc fere ex Auguſtino in epiſtola ad Hieronymum.

Poſt hæc diuinæ ſcripturæ volumina, candē authoritatē ha
bent Apoſtolorū canones, quos ſancta recepit Eccleſia, à Cle
mente collectos, & conciliorū vniuerſaliū decreta, & Romano
rū Pontificū ſanctiones, & iura quę velut diuina oracula vene
rari, & deoſculari mihi (quoad vixero) in animo eſt: quoniam
ab eodem Spiritu ſancto profecta ſunt.

## Caput. 3. De ſcriptoribus, materia, tempore, *& ſtylo librorum chronicorum veteris teſtamenti, quibusq́ linguis primo ſcripti.*

CVm ſupra oſtenſum à nobis ſit primarium ſacrarum li
terarum auctorem Deum eſſe Optimum Maximum:
ſupereſt nunc docere quinam fuerint ſcriptores ho-
mines, quorum animis arcana ſua ac diuina myſteria ſuggeſ-
ſit, ſenſus aperuit, mentes illuſtrauit, linguas diſertas fecit,
Pentateu-cus. manus admouit, dum hæc altiſsima oracula illis ad fidelium
ſalutem ſcribenda dictabat. Et ipſorum ordinem obſeruantibꝰ
primum libri quinq; legis ſe offerūt, quos Pentateucū. i. quin-
tuplex volumen Græci appellauerunt: quos ſcripſiſſe Mo-
Moſes ſcri-ptor. ſem ad eius vſq; mortis narrationem: quę ad calcem Deutero
nomij



nomij refertur, vbi dicitur: Et mortuꝰ eſt Moſes, nemo eſt qui
ignoret, ſi probe nouit quæ Exodi. 24. habentur, vbi de ſe ip-
ſo quaſi in alteriꝰ perſona ſic ait: Scripſit Moſeh omnia verba exod. 24. 4.
Domini, & omnia iudicia. Et rurſus Deuteronomij. 31. Scrip- deut. 31. 9.
ſit Moſch legē hanc (nēpe Prothononomiū & Deuteronomi
um) & dedit eam ſacerdotibus filijs Leui portantibus arcam,
ſcilicet, vt inibi deferretur. Certum autem eſt ex mul-
tis ſacrarum literarum locis in arca nō ſolum decalogum, aut
alia ſcripturæ fragmenta aſſeruata, ſed quinq; libros legis inte
gros. Quod vero in fine Deuteronomij additur de morte & ſe
pultura Moſis per octo verſus vſq; ad calcem libri, quidam a- deut. 38. 7
iunt Ioſuæ ſcripſiſſe, vt ſuam cū morte Moſis hiſtoriam necte
ret, quidam id Eſdræ tribuunt. Ioſephus vero autumat Moſem
iā moriturum virtute prophetica ſuam ipſius mortem ſacris li
bris aſcripſiſſe, veritus ne Iudęi propter excellentes virtutes ſu
as à Deo in cęlum raptum prędicarēt. Scripſit ſermone Hbrai-
co: quanquā Philo Iudęꝰ Chaldaico putet. Sed ob id exiſtimo lingua.
quod olim ante corruptionē Chaldaica eadem fuerit, quę He-
brea, ſi quidē inde Abraham ortus patriam linguā in Paleſti
nam aduexit, quam poſteri vſq; ad Moſem & tranſmigratio-
nē in Babylonem conſeruarunt, quo tempore iam Chaldęi na
tiuam linguā corruperant, & Hebræos captiuos longo tempo-
ris interuallo in eandem barbariem cōpulerunt, quæ apud eos
vſq; ad tempora Saluatoris, & Hieroſolymorum à Romanis nomen.
excidium perdurauit. Horum librorum nomenclaturam He-
bræi ab initio librorum ſumunt: vt primus, Bereſit, in princi
pio: ſecundus, Vale ſemoth, hęc ſunt nomina: tertiꝰ, Vaicra, &
vocauit: quartus, Vaiedabber, & locutꝰ eſt: quintus, Helle had
deuarim, hęc ſunt verba. Gręci vero melius à materie libri prę-
cipua, vt ſeptuaginta, appellarunt. Primum Geneſim, à rerum
creatione: ſecundum Exodum, ab exitu de Aegipto: tertium,
Leuiticum, quod de Liuitarum officijs agat: quartum Nume-
ri, quod tribuum multitudinem ad bellum & māſiones nume
ret: quintum, Deuteronomium, ob legem repetitam. Primus
liber continet hiſtoriam duorum millium trecentorū & octo tempus. geneſis.
annorū à creatione mundi ad mortē Ioſephi Patriarchę. Secū
dus à morte Ioſeph vſq; ad conſtructionem tabernaculi in de- exodus.
ſerto, cētum quadraginta ſex. Tertius à tabernaculi erectione leuiticus.
vſq; ad numerationem eorum, qui apti erant ad bellum, vnius
menſis

menſis. Quartus à prima die menſis ſecundi anni ſecundi egreſſionis de Aegypto, vſq; ad manſionem in campeſtribus Moab ſuper Iordanem, triginta octo annorum, menſium nouem & dierum viginti. Quintus à manſione in campeſtribus Moab, vſq; ad mortem Moſis, duorum menſium. Vixit autem Moſes annis centũ viginti: Et mortuꝰ eſt anno ab orbe cõdito bis milleſimo quadrigẽteſimo nonageſimo tertio, & inſuper anni ſequentis die vigeſimo, ante Chriſtum natũ milleſimo quadrigenteſimo ſexageſimo nono, minus diebus viginti. Itaque ſumma annorum ab exordio mundi vſque ad Chriſtum natum eſt trium millium nongentorum ſexaginta duorum, iuxta Hebræorum voluminum ſupputationem, ſecus iuxta ſeptuaginta interpretum editionem, de qua re inferius dicturi ſumus.

Numeri

Deuteron.

Liber Ioſue ab eodem duce ſcriptus eſt Hebræo ſermone ſibi familiari: ſic namq; legimus libri huius capite vltimo: Scripſit Ioſue poſt mortem Moiſis omnia verba, quæ locutꝰ eſt ad eum dominus in volumine legis domini. Hiſtoria eſt decem ſeptem annorum de tranſitu filiorum Iſrael per Iordanẽ, de regum regnorumq; impiorum ſubuerſione, de diuiſione terræ promiſſę. Cætera vero ab eius morte vſq; ad finem libri adiecit Samuel, qui cæteros libros hiſtorię ſequẽtes vſq; ad finẽ primi regũ ſubtexuit. Nonnulli putant Eſdrã. Theoditorꝰ cenſet totũ librum collectũ ex libro Iuſtorum multo poſt Ioſue mortem. Vixit centum viginti annis, obijt Ioſue anno ab orbe condito bis milleſimo quingenteſimo decimo, ante Chriſtũ milleſimo quadrigenteſimo quingenteſimo ſecundo.

Ioſue

Liber Iudicũ Hebraice à Samuele cõpoſitꝰ eſt, cui attexuit Ruth Moabitidis hiſtoriã. Continent autẽ libri trecentorũ decẽ & ſeptem annorũ narrationem a morte Ioſue vſq; ad Heli cuiꝰ principatꝰ incępit anno mũdi bis milleſimo octigẽteſimo decimo, ante Chriſtũ milleſimo cẽteſimo quĩquageſimo. 2.

Iudices.

Libri quos Samuelis appellant Hebręi, Gręci vero primum & ſecundum regum, ab eodem incepti, ſed á Natham & Gad prophetis eodem dictionis genere abſoluti eſſe creduntur. Dicitur enim lib. 1. Paraly. cap. 29. geſta Dauid priora & nouiſsima ſcripta ſunt in libro Samuelis videntis, & in libro Nathã prophetæ, & in volumine Gat videntis. Sed incertum eſt an hi tres cõpleuerint duorũ priorum librorum regum hiſtoriam,

libri regũ 1. & 2.

1. paralyp. 29. 29.

an



an alia volumina ſcripſerint, quæ non extant. De hoc capite ſexto ſub nominibus Gad & Nathã. Iſidorus autumat Dauidẽ ſuã ipſius hiſtoriam per centum viginti annos ab Heli vſq; ad finem ſecundi regum contexuiſſe: ideſt vſq; ad mortẽ ſuam que fuit anno ab orbe condito bis milleſimo, nongenteſimo ac trigeſimo, & ante Chriſtũ milleſimo trigeſimo ſecundo. Tertiũ vero & quartũ libros regum á Hieremia compoſitos ex eo vel maxime apparet, quod vltimũ caput quarti libri regũ, cum vltimo Hieremię ſtylo, verbis, & narratione cõueniat. Itaq; duobus his libris continetur hiſtoria quingentorum triginta ſeptẽ annorum. Quare excidium Hieruſalem, & tranſmigratio in Babylonem, in qua protrahitur hiſtoria à mundi Geneſi per ſacros libros vſq; ad finem regum, accidit anno ab orbe condito termilleſimo, trecenteſimo, quadrageſimo ſeptimo, & ante Chriſtum ſexcenteſimo decimo quinto.

libri regũ 3. & 4.

Excidium Hieruſalẽ quo tpore.

Libri duo Paralypomenon, ideſt, pręteremiſſorum: quod ea quæ ab exordio mundi ad finem regum in alijs omnibus prædictis libris prætermiſſa ſunt, breuiter in his & per compendium explicantur ab Eſdra, qui. 1. Paralypo. 6. Ioſedech ſacerdos dicitur, ſub vno volumine comprehenſi ſunt, quaſi in ſummam redigens à principio omnia eodem tempore geſta, vt ſuã ipſius hiſtoriam ſubnecteret, vt fecit.

libri duo paralypo.

Librum Eſdrę literis Hebręis primũ à ſe inuentis, ſed Chaldęo ſermone Eſdras digeſsit. Cui Nehemias adiecit eodem dictionis & ſcripturę caractere alterũ librum ſuo nomine pręnotatũ, qui. 29. Eſdrę appellatur, quod res geſtas ſub illo ſimul enarret, & apud Hebręos à priore nõ ſit diuiſus, ſed in vnũ connexus. Subſecuntur liber tertius & quartꝰ Eſdrę appochryphi quod incertũ ſit de eorum authore, & de infallibili hiſtorię veritate. Gręci patres tertium Eſdrę canonicum faciunt, & primo loco reponunt, quod hiſtoriam cõnectat cum vltimo capite libri. 4. Regum, ex rebus geſtis in captiuitate ante reditum in Hieruſalem, quem narrant liber primus & ſecundus Eſdræ. At Eccleſia catholica tertium & quartum Eſdræ hactenus non retulit inter canonicos, ſed appochryphos iudicat. Vixit Eſdras cũ Nehemia, & templum inſtaurauit, anno ab orbe condito termilleſimo quadringenteſimõ vigeſimo primo, qui fuit Iudaicę liberationis tertius, & ante Chriſtum quingenteſimus quadrageſimus primus. Mortuus eſt in extrema ſenectute

libri duo Eſdræ, & nehemiæ.

libri Eſdre 3. & 4. appochrypli.

ctute

ſtute poſtquã omnes pene diuinas ſcripturas in excidio Hieroſolymitano à Chaldęis incęſas memoriter,& nõ ſine diuinitatis numine fideliſsime(vt prius erant per Spiritꝰ ſancti aſsiſtentiam)reſtituiſſet,nouis ac promptioribus ad ſcribendũ repertis literis, ne cum Samaritanis ex gentibus aduenis,qui literas à Moſeh traditas(prout didicerãt) retinebant, commune quid haberent. Ergo Iudæi literis eiuſdem valoris,figura tamen à Moſaicis ſeu Samaritanicis diſcrepantibus vtuntur. Ita Hieronymus,tametſi res adhuc ſub iudice ſit non vſq; quaq; certa.

Ge.36.33. Liber Iob.

7 Iob pronepos Eſau,vt apparet Geneſ.36.(tametſi Hieronymus in quæſtionibus Hebraicis à Nachor fratre Abraham genus duxiſſe exiſtimet)primus omnium hominum,quorum extent literarum monimenta,ſcripſiſſe fertur lingua & caracteribus Syrijs, anno ab orbe condito bis milleſimo trecenteſimo ante Chriſtum mileſimo ſexcenteſimo ſexageſimo ſecundo, omnes ſpiritualis militiæ ſuę pugnas, victorias, ac triumphos eruditiſsimo diſertiſsimoq; ſermone cõplexus eſt. Ab initio vſq; ad tertium caput ſoluta oratione progreditur: hinc vero vſq; ad quadrageſimum ſecundum, hexametris verſibus decurrit,inde vero ad finem iterum proſa concluditur. Moſes vero antequam quinq; legis libros conſcriberet, in ſermonẽ Hebraicum tranſtulit Iob,vt Origines comment. in eundem, & Iudæorum Rabbini teſtantur,ad populi captiui ſub Pharaone in Aegipto conſolationẽ. Vixit annos ducentos & decem iuxta Hebraicam veritatem: ſeptuaginta ante perſecutionem ſuã poſt eam vero centum quadraginta, Athanaſiꝰ addit triginta.

Liber Thobiæ.

8 Thobias poſt recuperatam ſanitatem Chaldaica lingua librum hunc compoſuit eiuſdem fere argumenti cum Iob: calamitates enim ſuas,& diuinas conſolationes digeſsit,dum captiuus teneretur in Niniue,ſub Salmanaſar Aſsyriorũ regẽ,qui anno Oſſeę regis Iſrael nono,&Ezechiæ regis Iuda ſexto, Iſraelitas deuicit, & tranſtulit in Aſsyriã iuxta Haylam & Abor ciuitates Medorum. Chaldaica veritas nonextat, nam qui Hebraicis literis exaratus repertus eſt his temporibus Conſtantinopoli,non per omnia reſpondet noſtris codicibus, magis cõſonat Græcis. Hieronymus cõfitetur ſe vnꝰ diei labore è Chaldaica tranſtuliſſe lingua,cuius opus in editione vulgata probatur. Vixit centum duobus annis,iuxta Hebræos, iuxta Græcos



cos vero centum quinquaginta octo: ſepultus eſt Niniue anno ab orbe condito ter milleſimo quingẽteſimo ſexageſimo, ante Chriſtum quatuorcenteſimo ſecundo. Numeratur hic liber inter canonicos in cõcilio Florentino ſub Leone decimo. & Tridentino ſeſsione.4.& Carthaginenſi tertio,cui interfuit Auguſtinꝰ anno quatuorcẽteſimo decimo poſt Chriſtũ natũ, cõfirmatũ à Leone.4.20.diſt.c.de libellis,& à ſynodo Trullẽſi, & Innocẽtio.1.in epiſt.ad Exuperiũ.c.vlti. & à Gelaſio in concilio.70.Epiſcoporum, Auguſti.lib.2.de doctri.chriſti.capit.5. Iſidor.6.etymo.capi.1.

Liber Iudith.

9 Iudith librum Chaldaicẽ ſcripſit Ioachinus Ieſu ſacerdotis magni filius,quo Bethuliæ liberationem ab exercitu Artaxerſis priſci,qui Aſſuerus & Nabuchdonoſor in ſcriptura cognominatur, expreſsit, duce exercitus Holopherne à Iudith capite detruncato. Artaxerxes vero cum collega ſuo Cyro primus Medis, Perſis, & Aſsyrijs imperauit, vt in Daniele, & in Eſdræ primo legimus. Hunc quoque librum ex Chaldæo Latinum fecit Hieronymus. Vixit Iudith centum viginti quinque annis: erat autẽ quindecim cum patri ã liberauit teſte Philone. Obijt anno ab orbe condito ter milleſimo quingẽteſimo & ſexageſimo. Receptꝰ eſt hic liber adhuc Gręcus in canonem à Nicena ſynodo anno à nato Chriſto tercenteſimo vigeſimo quarto:& ab his quos in Thobia recitauimꝰ.

Eſdr.1.c.

Liber Eſther.

10 Librũ Eſther à principio vſq; ad initiũ decimi capitis Mardochęus ſcripſit,vt Eſther.9.legimꝰ in hęc verba. Scripſit itaq; Mardochæus omnia,& literis comprehenſa miſit ad Iudæos: & paulo infra,ſuſceperunt Iudęi cuncta geſta quæ libri huius volumine continentur. Cætera vero ſex capitula addita ſunt à Iohachimo Ieſu ſacerdotis magni filio,vt Philo ait ĩ Chronologias. Simillima ſunt his quæ ſcribit Ioſephus libro.11.antiquitatum. Suſpicor Ioſephum hinc epiſtolarum (quæ illic refert) exemplaria ad verbum deſumpſiſſe. Hunc librum Eſther propter lacinia quædam inſerta Melito Sardienſis, Gregoriꝰ Nazianzenus & Athanaſius tanquam apocryphum reiecerunt. At concilium Carthaginenſe.3.in ſacrorum voluminum numerum retulit,& vniuerſa Eccleſia in concilijs Florentino & Tridentino,& olim predicti patres. Claruit Mardochæus vna cum Ioacim ſub Artaxerxe Perſarum ac Medorum rege: mortuus eſt anno vitæ ſuæ centeſimo nonageſimo octauo, ab orbe

Eſth.9.20

Ibid.23.

orbe condito termilleſimo ſexcenteſimo: ante Chriſtum tercenteſimo ſexageſimo ſecundo. Hunc librum concilium Carthaginenſe.3.recepit in canonem anno Chriſti quadringenteſimo decimo. Ab hac hiſtoria vſq; ad initium Machabæorum lapſi ſunt centum octoginta & octo anni.

Libri duo machabæorum.

Machabęorũ libri primus & ſecũdus in canonẽ recepti ſũt, II
abhinc mille ducentis annis, vt Auguſtinus eſt author libr.18. de ciuitate Dei. Machabæorum (inquit) libros non Iudæi, ſed eccleſia pro canonicis accipit, propter quorundam martyrum paſsiones vehementes, quę in eis continentur. Ioſephus verò etiam apud Iudæos inter ſacra volumina haberi teſtatur. Hieronymus ait in prologo hiſtoriarum Regum, librum primũ Hebraico ſermone ſe vidiſſe conſcriptum: ſecundum vero non niſi Gręco: ſed vtrumque integrum eccleſia in canonem recepit, vt apparet in concilio Florentino & Tridentino. Et olim a Gelaſio Papa in concilio.70. Epiſcoporum id decretum erat. Et ab Innocentio.1.in epiſtola ad Exuperium epiſcopum Toloſanum. Ab Auguſtino lib.2.de doctrina chriſ.cap.5. Et ab Iſido. lib.6.etymolog.cap.1. Et in concilio Carthag.3.quod fuit confirmatum á Leone.4.in Synodo Trullenſi. Author primi libri prorſus ignoratur, ſecundi vero â Hieronymo creditur fuiſſe Ioſephus Mathathiæ filius, in libro.2.aduerſus Pelagianos, ab alijs Philo Iudæus ſenior. Quiſquis autem fuerit ex hiſtoria Iaſonis Cirenæi, qui res á Machabæis geſtas quinque libris explicauit, in vnius epitomẽ mira breuitate contraxit, vt ipſe teſtatur dicens: Ab Iaſone Cyreneo quinq; comprehẽſos libros tentauimus vno volumine breuiare. Itaq; initio ſecundi libri epiſtolæ apponũtur, in reſiduo libri nil ferè aliud, quám quod ſeptem capitibus libri primi continetur.

Libri duo machabæorum apocryphi.3.4

Exo.15.11.

Alij vero duo libri Machabæorum, tertius & quartus, qui hoc tempore prioribus additi circumferuntur, prorſus apocryphi ſunt. Verum Machabæi non generis agnominatione, ſed caſu dicti fuerunt. Cum enim Iudas quatuor literis, pro teſſera, vſus fuiſſet in vexillis, quæ initia ſunt dictionum illius ſententiæ quæ habetur Exo.15. Quis ſicut tu in fortib⁹ Dñe? vulguſq; militum quaſi vnicã dictionẽ pronuntiaſſet, Michabi: vocis corruptione à milite externo Iudas & cæteri duces, qui eiſdẽ vexillis vtebantur, Machabæi dicti ſunt. Ita Sixtus. Ergo libri duorũ & quadraginta annorũ hiſtoriã texũt, ſcilicet, ab anno

mundi



mundi termilleſimo ſeptingeſimo octogeſimo octauo, vſque ad termilleſimum octingenteſimum trigeſimum, qui eſt ante Chriſtum centeſimus trigeſimus ſecundus. Itaq; ſumma annorum à creatione mundi vſq; ad Chriſtum eſt, ter mille nongẽtorum ſexaginta duorum. Sed de vario ac exactiſsimo numerãdi modo libro ſeptimo dicem⁹ fuſi⁹: tametſi nõ oĩno cõueniat inter chronographos in hac, ſimul & illa ſupputãdi ratione.

## Caput.4. De libris propheticis, ſcriptoribus, *materia, tempore, & ſtylo quo ſcripti ſunt.*

Pſalteriũ Dauidis.

PSALTERIVM Dauidis, ideſt, librum centum quinquaginta pſalmorum á Dauide integre compoſitum teſtantur Auguſtinus & Chriſoſtomus. Sed quia Eman, Idithum, & Aſaph cantoribus quoſdam pſalmos à ſe compoſitos tradidit ad canendum, eorum titulis prænotati ſunt. Sic Eſdrę.3.legimus hos laudaſſe Deum per manus Dauidis, ideſt, pſalmis ab eò editis. Hieronymus vero in epiſtolis ad Sophronium & Cyprianum, ſequens Athanaſium, arbitratur ab eiſdem compoſitos, quorum epigraphis pręnotati ſunt: nempe, Dauide, Solomone, Moyſe non duce ſed cantore: tametſi reclamet Hieronymus, eo quôd in pſalmo. 98. Samuelis mentio fiat multis, poſt ducem, ſæculis nati: Aſaph, Ethan, Ezrachi, Eman, Ezraita, Idithum, & tribus filijs Chore, quos refert liber primus Paralypomenon capit. 15. In Græcis vero voluminibus adduntur Ezechiel & Hieremias, quibus aſcribitur pſalmus: Te decet hymn⁹ De⁹ in Syon: Et: Sup flumina Babylonis. Et filij Ioiadæ, & Aggæus, & Zacharias. Hic ergo liber varijs carminum generibus conſtat, vt poemata Pindari apud Græcos, & Horatij apud Latinos. Oẽs pſalmi Hebraico ſermone compoſiti, ab Eſdra vero collecti poſt captiuitatẽ Babylonicã, vt Chriſoſtom⁹ ait: vel ab amicis Ezechię regis ante captiuitatẽ, iuxta Athanaſij ſententiã: Alioqui multos plures hymnos Dauidẽ ſcripſiſſe teſtantur Hebræi. Vixit Dauid cũ cantoribus circa annũ ab orbe cõdito bis milleſimũ nongenteſimũ: ante Chriſtũ verò milleſimũ trigeſimũ ſecundũ.

Ps.98.6.

1.paralyp. 15.17.

Solomonis opera.

Solomõ ſcripſit Hebraico idiomate librũ prouerbiorũ, & Eccleſiaſtẽ, & Canticũ canticorũ hexametris & pẽtametris verſib⁹,

M 2 vt

vt Iſidorus ait ex Ioſepho & Hieronymo. Quidam putant(vt
Syxtꝰ ait) â Sbena ſcriba Ezechiæ, & Eſaia propheta horũ tri-
um librorum ſententias ex varijs libris fuiſſe collectas. Scrip-
ſit etiam librum Sapientiæ, vt ex capit. 9. eiuſdem operis ap-
paret: Tu Domine ait, elegiſti me in regem populo tuo, & di
Sapi.9. 7 xiſti me ædificare templum in monte ſancto tuo, iuxta ſimi
litudinem tabernaculi quod præparaſti ab initio. Hebraico
ſtylo compoſitus eſt, ſed non extat niſi Græco, ſubinde qui-
dam falſo putant eſſe vnius aut alterius Philonis opus, aut Ie-
ſu filij Sirach, vt olim dixit Auguſtiuus, ſed ſententiam retra 2
ctauit: in pluribus namque concilijs Solomonis opus appel-
latur, vt Carthaginenſi. 3. Lateranenſi magno, & â Gelaſio
Papa in capi. Sancta Romana: diſtinct. 17. à Synodo in Trullo
celebrata, Innocentio. 1. in epiſtola ad Exuperium, capit. vlti-
mo. Leone. 4. 20. diſtinct. capit. de libellis. Auguſtinos libro. 2.
de doctrina chriſtiana, cap. 5. Et ab Iſidoro libro. 6. etymolog.
capit. 1. Nouiſsime à concilijs Florent. & Tridenti. ſeſsione. 4.
à quibus in canonicorum numerum coaptatum eſt. Obijt So-
lomon anno ab orbe condito bis milleſimo nongenteſimo
ſeptuageſimo: ante Chriſtum natum nongenteſimo nonage-
ſimo ſecundo. Librum quoque Eccleſiaſticum Solomoni tri-
buunt prædicta concilia, & Gelaſius vbi ſupra: quoniam ex
ſententijs illius collectus ſit á Ieſu filio Syrach Hebręa lingua,
in qua eum Hieronymus ſe vidiſſe teſtatur. Sed alter Ieſus ne-
pos prioris in Græcum tranſtulit, vt ipſe in præfatione teſta-
tur, & Damaſcenus ait libro quarto de fide orthodoxa tem-
pore Philonis Euergetis regis Aegypti, anno ab orbe condi-
to termilleſimo ſeptingeſimo: ante Chriſtum ducenteſimo
ſexageſimo ſecundo. Receptus eſt in canonem à concilio Car
thaginenſi. 3. capit. 43. ſub nomine Salomonis ob aſsignatam
rationem á concilijs Florent. & Tridenti. Gelaſio Papa, Inno
centio. 1. Leone quarto, 20. diſtinct. capit. de libellis, & á Syno
do Trullenſi. Auguſtino. 2. de doctrina capi. 5. Iſido. 2. etymo
molog. capit. 1.

Eſias. Eſaias Hieroſolymita de tribu Iuda regi Ezechiæ genere 3
coniunctus Hebraico ſermone & venuſtiſsima proſa ſuam te-
xit prophetiam: niſi quod canticum vineæ, & vrbis Syon, &
regis Ezechjæ, hexametris & pentametris verſibus decurrũt,
vt Iſidorus ait. Quatuor Regum hiſtoriam Oziæ, Ioathæ, A-
chaz



chaz, & Ezechiæ, ſed magis euangelium texere curauit, adeô
pręclara ac magnifica de Chriſto protulit teſtimonia. Quia ve
ro optimates domus regiæ, principes Sodomorum & populũ
Gomorrhæ appellauit, ab impio rege Manaſſe per mediũ diſſe
ctus occubuit: ac ſub quercu Rogel ſepultus eſt anno termille-
ſimo ducenteſimo quadrageſimo ante Chriſtum ſeptingente-
ſimo vigeſimo ſecundo.

4 Hieremias ex Anathot viculo tribꝰ Beniamin ab Hieruſa Hieremias
lem tribus milliaribus, filius Helchiæ ſacerdotis magni, adoleſ
cens cæpit prophetare ſermone Hębraico ſubruſtico, ſed ſen-
ſuũ maieſtate ſublimi. Ab ore eius excepit Baruch ſcriba vati-
cinia de Synagogę excidio, & futura eccleſia Chriſti: & lamen
tationes, quibus vrbis euerſionem & plebis exilium fleuit, mo
re Hæbreorũ alphabetica methodo: ſed genere à Sapphico nõ
diſsimili: Vixit ſub Ioſia, Ioachim, & Sedech a regibꝰ Iuda, vſ-
que ad tranſmigrationem reliquiarum in Aegyptũ Occubuit
in Taphnis à plebe ſua lapidibus obrutus, anno ab orbe condi
to termilleſimo, trecenteſimo quinquageſimo. Victorinus &
alij vetuſtiſsimi patres putant ipſum adhuc viuere, & cum
Helia ab Antichriſto perimendum.

5 Baruch Hieremiæ diſcipulus & ſcriba in Aegyptum ductus Baruch.
cũ eo, poſt in Babylonem, librum edidit Hebraice de calamita
tibus captiuorũ, de reditu in Hieruſalẽ, de aduentu filij Dei in
carnẽ: qui vna cum libro & pecunijs miſſus eſt in Hieruſalẽ ad
Sacerdotes, vt pro ſalute Nabuchdonoſor deprecaretur. Acta
ſunt hæc anno quinto captiuitatis Babylonicæ. Conciliũ Flo-
rentinum & Tridentinum hunc librum in catalogum canoni-
corum retulerunt. Sic olim Clemens Alexandrinus libr. 2. pe-
dago. cap. 3. & Euſeb. libr. capit. 19. Et Eccleſia cum Prophetã
legit in vigilia Pentecoſtes toti populo chriſtiano.

6 Ezechiel Propheta & Sacerdos de terra Sarera puer ductus Ezechiel.
in exilium Iechonia rege, Hebraico ſcripſit ſtylo mediocri, ſed
diſerto viſiones & oracula ſibi diuinitus reuelata. Caput eius
primum, & octo poſtrema adeo obſcura ſunt, vt cautum ſit nõ
niſi triginta annorum homines ea attingere auderent. Mori-
tur in Chaldea à duce gentis ſuæ obtruncatus, quod de idola
tria illum reprehenderat, anno ab orbe condito termilleſimo
trecenteſimo ſexageſimo.

7 Daniel de tribu Iuda genere regio in Bethebero prope Hie Daniel.
 ruſalem

ſalē natus, puer adductus in Babylonē cum Ioachim rege. Eu-
nuchus regis Chaldæorum effectus eſt, iuxta Eſaiæ vaticiniū
Eſai. 39. 7 Daniel. 11 cap. 39. Scripſit de regnis mundi, & glorioſo Chriſti aduētu, &
duratione captiuitatis, & tempore venturi Meſsię. cap. 1. & ini
tium. 2. vſq; ad illud: Reſponderunt Chaldæi regi Syriace: He-
braico ſermone narrantur. Hinc verò ad finem ſeptimi capitu
li Hebraicis caracteribus, ſed lingua Chaldaica. Ab initio octa
ui vſq; ad finē duodecimi iterū Hebraico ſermone, cætera Gręce tantū reperiūtur ſcripta, vt Hieronymus ibidē ait ex Theo
dotionis trāſlatiōe. Ea verò quæ in Hebraicis codicibus nō cō
tinētur, vt oratio Azariæ, hymnus trium puerorū, Suſannę hi
ſtoria, & Belis narratio: tametſi ab Origene tractatu. 31. ī Mat
thæū velut apocrypha reijciantur, & ab Euſebio & Apollina-
rio: tamē eccleſia catholica ab Apoſtolorū tēporibus in canonē
recepit in officio canonico eadē recitās. Obijt Babylone regibꝰ
gratiſsimus anno mundo termilleſimo quadringenteſimo.

Oſeas. Oſeas ex tribu Iſachar & oppido Belometh, Eſaiæ ſinchro 8
nos fuit, contra decē tribus hebraice ſcripſit ſub noīe Ephraim
& Samariæ. Obijt in patria anno termilleſimo trecenteſimo
quadrageſimo.

Ioel. Ioel de tribu Rubē ex agro Bether, de imminētibꝰ Iudaicæ
gēti malis, regno Chriſti, & miſsione Spiritꝰ ſancti ſcripſit Hę-
braicè ſub rege Iorā. Deceſsit āno termilleſimo, qnquageſimo.

Amos. Amos paſtor ex oppido Thecue nō Iudæ, ſe tribꝰ Zabulo-
nis, contra decē tribus prophetauit. Vixit ſub Ieroboā rege Iſ
rael, à quo & à filio Amaſiæ Sacerdotis, quē de duobus vitulis
aureis reprehenderat, clauo per tempora tranſfixus occubuit
anno termilleſimo centeſimo decimo.

Abdias. Abdias Sicheræ natus in agro Ieththachmar quinquagena-
rius Ochoſiæ regis Iſrael, poſt duas hoīm quinquagenas, cęle-
ſti igne abſumptas, ad cōprehendendum Heliā miſſus eſt, qui
deſerto rege adhęſit illi. Prophetauit hebraicè cōtra Idumęos,
ſepultus in Samaria anno termilleſimo ſexageſimo.

Ionas. Ionas ex regione Opher, viculo Geth, ī tribu aſſer, cōtra Da
maſcū & Niniuē Aſsyriorum metropolim, iuxta Lycum flu-
uiū à Nino conditā Hębraicè prophetauit: tametſi Niniuitas
ſuaipſorū lingua fuerit allocutus. Itē de morte & reſurrectiōe
Chriſti ſub eiꝰ hiſtoria typꝰ datur. Vixit tporibꝰ Eſaię; & obijt
in terra Sacar anno termilleſimo ducenteſimo quadrageſimo.

Micheas. Micheas Moraſthite viculo ortus in tribu Ephraim, cōtra
Sama



Samariā & Hieruſalē vaticinatus eſt, & aduentū Saluatoris, & Michæas
locū natiuitatis illius apertè prædixit. Pręcipitatus ab inimicis
obijt anno termilleſimo, ducenteſimo quadrageſimo.

Nahum Elhęſei viculo ſemidiruto natꝰ, ex tribu Simeō, cō Nahum.
tra Niniuitas vaticinatur, quod poſt veniam comparatam per
pænitētiam in maiora flagitia prolapſi fuiſſent. Prædixit euer
ſionem Niniue, & totius regni Aſſyriorum paulo poſt factam
à Nabuchodonoſor. Vixit ſub Manaſſe, & moritur anno ter-
milleſimo, ducenteſimo, quadrageſimo quinto.

Abachuch, ex agro Bezocchar & tribu Simeō, cōtra Baby Abachuch
lonē & Nabuchodonoſor, quia tēplum & Hieruſalē euerterat,
vaticinatur. Hic ab angelo aſportatus eſt in lacum leonum in
quem Daniel coniectus erat, vt prandium illi deferret. Obijt
biennium ante reditum è captiuitate, ſepultus in agro ſuo an-
no termilleſimo quadringenteſimo, ac ſexto decimo.

Sophonias è Sarabatha monte, prophetauit vaſtationē Hie Sophonias
ruſalem, & totius regni Iudæorū ſub Ioſia, Hieremię contēpo
raneus anno termilleſimo trecenteſimo trigeſimo.

Aggæus
Aggæus puer Babylone in Iudæam reuerſus eſt, vaticina-
tur de reædificatione templi, & gentium ſubuerſione. Vixit
poſt reędificatum tēplū, in quo primus cecinit Alleluya: obijt
anno quinquageſimo poſt reditum è Babylone, ab orbe condi
to termilleſimo, quadringenteſimo ſexageſimo nono.

Zacharias ex terra Calthæorum fuſius & obſcurius cæteris Zacharias
duodecim (quos minores appellant) in ſolutione captiuitatis
Babylonicæ prophetauit ſtylo pene Danieli conſentienti, &
de eadem re cum Aggæo. Senex moritur, & cum eo ſepe-
litur anno termilleſimo quadringenteſimo ſexageſimo.

Malachias ex oppido Sopha in tribu Zabulon forma præ- Malachias
ſtanti fuit: prophetauit contra improbos mores populi, pręſer
tim Sacerdotū, qui poſt reditum & inſtauratū templū, a d' pri-
ſtina delicta reuerſi eſſēt. Claruit āno termilleſimo quadringē-
teſimo ſexageſimo ſecūdo: ante Chriſtū quingenteſimo. Hæc
fere ex Hieronymo. Iſido. d̄ patribꝰ veteris teſtamēti, & Sixto.

## Cap. 5. De ſcriptoribꝰ librorū noui teſtamēti, *materia, tempore, ſtylo, & lingua quibus ſcripti ſunt.*

MATTHEVS ſub Caligula Cęſare anno poſt Chri
ſti aſcenſionem octauo in Iudęa ante diſceſſum per or Matthæus
bem Hebraice ſcripſit euangelium, teſtibus Ireneo &

 Hiero

Hieronymo. In Græcam vero linguam tranſlatum eſt à Ioãne Euangeliſta (vt Theophilact⁹ & Eraſmus aiunt.) Hinc in afferendis teſtimonijs ſemper ſequitur Hebraicam veritatem. Cęteri interdum ſeptuaginta. Obijt Matthæus anno Chriſti quinquageſimo: de cuius vita & cæterorum euangeliſtarum lib. 8. dicemus.

Marcus. Marcus vnus è ſeptuaginta diſcipulis, Pauli primũ, deinde Petri comes in prædicatione fuit, ſic in actis legimus & Papias refert lib. 1. de domini verbis. Et Clemẽs libro. 6. Ypotipoſeõ. Anno decimo poſt Chriſti aſcenſionem Græce ſcripſit euangelium, vt à Petro èdoctus fuerat, ſubinde à multis Petri euangelium eſt appellatum. Moritur octauo Neronis anno.

Lucas. Lucas item e ſeptuaginta diſcipulis, Pauli comes, Gręce eloquẽtiſsime ſcripſit anno poſt Chriſti aſcẽſionem decimo quinto: hinc Pauli euangelium dicitur à multis.

Ioannes. Ioãnes Apoſtolus lectis aliorũ euangelijs Gręce quoq; ſcripſit cõtra hereticos ſuũ, in quo pręcipue de Chriſti diuinitate diſſeruit. Sub Trajano Cæſare anno ſexageſimo octauo poſt Chriſti aſcenſionẽ ex hũ cõſortio deceſsit. Anno vero Chriſti trecẽteſ. ſeptug. Ioſeph⁹ Iudęus Tiberinus comes in Hebraicũ eloquiũ tranſlatũ inuenit in Gazophilatio Tiberiadis: Sed vt inuẽtor ſuſpect⁹, ſic quoq; volumẽ hebraicũ nõ obtinuit certã probationis fidẽ. Sed de Euangeliſtis lati⁹ lib. 8. hui⁹ operis.

Actus Apoſtolorum. Librũ actuũ Apoſtolorũ Lucas ad Theophilũ ſcripſit eodẽ gręcę dictionis ſtylo, quo euangeliũ. Cõtinet euangelicę legis per orbem promulgationem, & Apoſtolorũ geſta, pręſertim Pauli, cuius indiuiduus comes fuit, vſq; ad annũ Neronis quartum, nẽpe, Chriſti ſexageſimũ primum. Hic quoq; liber à Ioſepho repertus eſt Teberiade Hebraico ſermone exaratus.

Paulus. Paul⁹ Apoſtolus, qui ante Saul⁹, ex Giſchalis oppido Iudeę in tribu Bẽiamin, tredecim epiſtolas Gręco ſermone cõpoſuit & vnã ad Hebręos Hebraico. Ergo primã ad Romanos miſit

AdRom. Corintho per Phębẽ miniſtrã eccleſię Chẽchrenſis, in qua cõcilliat credẽtes ex Iudęis & gentibus: qui de dignitate & meritis ad eccleſiaſtica miniſteria cõtendebant. Duas ad Corinthios, priorẽ per Stephanũ & Fortunatũ, hac ſedat eorũ diſsidia & factiones quas circa euangelij pręcicatores quidã excitauerant, Poſteriorẽ ex Philippis Macedonię per Titũ & Lucam, q̃ admonet vt ſinceros euangelij miniſtros ſequãtur, malos reijciãt. Quartã ad Galatas Roma, per hãc in Iudaiſmũ relapſos grauiter



obiurgat, & á Moſaica ſeruitute ad euangelicã reuocat libertatẽ. Quintã ad Epheſios è Romano carcere per Cichicũ in ea formã chriſtianę vitę pręſcribit. Sextã ad Philippenſes ex Romano carcere per Epaphroditũ, per hãc ſuadet vnitatis cõcordiã cõtra pſeudapoſtolos. 7. ad Coloſenſes ex Epheſinis vinculis per Tychicũ, in ea etiã ſuperſtitiones corrigit, & Chriſtũ aſcẽdiſſe ad Deũ docet. 8. & 9. ad Theſalonicẽſes ab Athenis per Tychicũ: priore cõſtantiã in fide & perſecutionib⁹ ſuadet: poſteriore iterũ hortatur ad afflictiones perferẽdas propoſito pręmio. 10. & 11. ad Timotheũ: priorẽ miſit è Loadicęa per Tychicũ, hac docet quę magiſtrũ & paſtorẽ eccleſię deceãt. Poſteriorẽ e vinculis Romanis, in hac pręparat illũ ad perſecutiones & martyriũ perferendũ. Duodecimã ad Titum Nicopoli Macedoniæ inſtituit per eam ordinare miniſtros eccleſię, & oues gubernare. Tridecimã ad Philemonem e vinculis Romanis per Oneſimũ, hunc ſeruũ illi hero ſuo reconciliat in illa. Quatuordecimã ad Hebręos hebraico ſermone cõpoſuit ex vinculis Romanis, per Timotheũ miſit, quã Lucas aut Clemẽs in Gręcũ verterũt eloquiũ, docet in ea Moſayca legalia ceſſaſſe per Chriſti aduentum & nouum teſtamentũ ſucceſsiſſe. Hanc ab Apoſtolo Paulo ſcriptã, & inter canonica ſcripta recipiendã decreuit Nicẽna Synod⁹, & conciliũ Laodicenũ, Carthaginenſe tertiũ, Auraſicanũ, Florentinũ, & Tridentinũ, concil. p̃. Epheſin. Hanc epiſtolam, diuinã ſcripturã appellat Aug. lib. 2. de doct. cap. 8 & 3. de Trin. cap. 11. de bapt. paruul. cap. 27. & Hierony. ad Dardanũ. Et cõmen. in epiſto. ad Titum cap. 2. & 59. cap. quoniam.

Ad Eph. 1. — Ad phili. 1. — Ad coloſ. 1. — Ad theſa. 2. — Ad Tim. 2. — Ad tituũ. 1. — ad philẽ. 1. — Ad hebr. 1.

Iacobus Apoſtolus Gręce ſcripſit epiſtolã vnam de veritate tentationũ, de fide & operibus, de diuitijs, & paupertate, de pacientia, de ſacerdotibus: quam Laodicenum concilium & Carthaginẽſe tertium. Innocenti⁹, Gelaſi⁹, Leo vbi ſupra, Hieronym. de ſcrip. Eccleſiaſt. nouiſsime concil Florent. & Tridẽ. inter canonica retulere. Præfuit multis annis Hieroſoliymorum eccleſiæ. Sed de eius vita & morte diximus in annotationibus ad cap. 21. libri tertij hiſtorię euangelicæ.

Petrus Apoſtolorum princeps duas epiſtolas Græce ſcripſit: priorem per Syluanum ad eos qui in diſperſione erant fideles, adhortans ad perfectiorẽ viuendi rationem, & perferẽdas cum gaudio tentationes. Poſteriorẽ ad Neophitos ex Iudæis, docens eos ſincerã fidem, & præparans ad diem iudicij. Hanc in canonica retulit Loadicenum concilium, & Carthaginenſe tertium. Petrus. 1.

tertium, nouiſsime Florentinum & Tridentinum. Cuius ſentē tię olim fuerunt Hieronymus in epiſtola ad Paulinum. Auguſtinus lib. 2. de doct. chriſt. cap. 8. Iſidorus lib. 6. etymologi. cap. 1. Damaſcenꝰ lib. 4. cap. 18. Innocētius, Gelaſiꝰ & Leo vbi ſupra.

Iudas. 1.

Iudas Apoſtolus epiſtolam breuiſsimam Greco ſermone cōpoſuit ad fideles de ſuſcepta fide vtiliter tuēda, & fugiēdis ſeductoribꝰ: à prędictis Synodis & patribꝰ in canonē recepta eſt.

Ioannes. 3.

Ioannes Græce ſcripſit, præter euangelium, tres epiſtolas & Apocalypſim. Primam ad cuiuſq; ętatis fideles, docet charitatem in Deum, & quam male hoc præceptum obſeruemus. Hāc miſit ad Parthos, vt Auguſtinus ait in lib. 2. quæſt. euang. & Hyginius in epiſtola prima ad omnes Chriſti fideles. Duas alias ſcripſit de recta fide & hoſpitalitate ſeruanda, & vitandis hæreticis ad Electam & Gaium. Prædicta concilia has inter libros canonicos numerarunt cum Apocalipſi, quæ prophetiā continet ab exordio eccleſiæ ad finem vſq; ſęculi: quam etiam receperunt Dioniſius lib, eccleſi. Hierarch. cap. 3. Iuſtinus martyr in dialego cum Triphone, Clemens Alexan. lib. 2. pedago. cap. 12. Irenęꝰ lib. 4. aduerſus hæreſes, Baſiliꝰ, Epiphanius, Gregorius theologus, & Latini patres. Hieronymus in lib. de viris illuſtribꝰ, & in epiſtola ad Dardanum, & in epiſtola ad Paulinum. Auguſtinus lib. 2. de doctrina chriſtiana, Tertullianus libro. 4. aduerſus Marcionem, Beda, Caſsiodorus, Rabbanus, Rupertus, Richardus, Victorinus. Euſebius lib. 6. hiſto. Eccleſiaſt. cap. 18. refert Origenem fuiſſe huiꝰ ſententię. Et lib. 7. cap. 23. Dioniſium Alexandrinū. Et lib. 4. cap. 18. Iuſtinum martyrem. Tandē cōcil. Carthaginenſe. 3. Tole. 4. Florentinū & Tridentinū. Innocentius, Gelaſiꝰ, & Leo, vbi ſupra. Iſti oēs & Ioānis eſſe, & canonicā authoritatē habere probauerūt. Scripta ſūt hęc à Ioāne in inſula Pathmos, in quā a Domitiano Cęſare relegatꝰ eſt anno Chriſti nōageſimo ſeptimo. Tametſi Tertullianꝰ Epiphanius, Andręas & Aretnas Cæſariēſes epiſcopi ſub Nerone triginta octo annis ante ſcriptū fuiſſe cōtendūt. Ergo ſumma annorū veteris teſtamēti à creatione mūdi vſq; ad Chriſtū ter mille nongentorū ſexaginta duorū eſt. Aſt noui teſtamēti à Chriſti ortu vſq; ad Ioānis euāgeliſtę deceſsū, centū duorū. Vixit quippe Ioānes fere centū. Sed prophetiā texuit de Iudęorū perditione, & eccleſię ſucceſſu vſq; ad finē mūdi, immo vero de Hieruſalē triumphanti, ſanctorum pręmio, & beatitudine Dei in ęternum & vltra. Amen.

Cap.



## Cap. 6. de libris veteris teſtamēti amiſis quorū *mentio eſt in eiſdem ſacris libris, e quibus integræ fidei teſtimonia afferuntur.*

QVam plura deſunt veteris teſtamēti volumina, quorū mētio frequēs eſt in eiſdē ſacris literis. Nā numeri vigeſimo primo refertur liber bellorū dñi, de quo affert Moſes teſtimoniū his verbis. Vnde dicitur in libro bellorū dñi: Sicut fecit in mari rubro, ſic fecit in torrentibꝰ Arnon: Scopuli torrentiū inclinati ſunt, vt requieſcerent in Arnō, & recūberent in finibus Moabitarū. De hoc diuus Auguſt. ait lib. 18. de ciuitate Dei, ante tēpora Moſis fuiſſe cōſcriptū, & cū alijs amiſſū, in hoc creditur ſcriptā fuiſſe prophetiā de delendo Amalech, q̄ poſtea dñs exequendā Sauli regi mandauit. De quo Exod. 17. lege Aug. in quæſtionibꝰ libri numeri. ¶ Liber Iuſtorū cuius ſcripta meminit Ioſue. 10. Nōne, inquit, ſcriptū eſt hoc in libro Iuſtorū, Steterunt ſol & luna donec vlciſceretur ſe gēs de inimicis ſuis? Et. 2. reg. 1. Pręcepit dauid, vt docerēt filios Iuda arcū ſi. ut ſcriptū eſt in lib. Iuſtorū. Hic ergo lib. vetuſtiſsimꝰ ꝑiter amiſſꝰ eſt. Ita Theodoretꝰ in queſtion. ſuper Ioſue. ¶ Liber Samuelis de legibus regni, cuius ſit, meminit liber primꝰ regū cap. 10. Locutus eſt Samuel ad populū legē regni, & ſcripſit in libro & repoſuit corā dño. Scripſit ad hęc duos libros regū ſuo nomine prętnotatos, vt ibidē diximus. ¶ Liber Gad prophetę continebat generalē Dauidis hiſtoriā, de quo. 1. paraly. vltimo: Geſta aūt Dauid regis priora & nouiſsima inſcripta ſunt in volumine Samuelis vidētis, & in libro Nathā prophetę, atq; Gad videntis: vniuerſiq; regni eius & fortitudinis, & tēporū, quę tranſierūt ſub eo ſiue in Iſrael, ſiue in cunctis regnis terrarum. Ob hęc vltima verba apparet non eſſe hos, libros regū primum & ſecundū quos ſamuel ſolus cōpoſuit, in his enim nulla mentio de regno mūdi: quare alij ſunt libri Gad, & liber Nathā. ¶ Liber Nathā prophetę de geſtis à Dauid conſtat ex teſtimonio modò adducto ex. 1. paraly. cap. vltimo. ¶ Secūdo paraly. 35. ſcriptura tēpli à Dauide cōſcripta de rebꝰ tēpli faciēdis & incongerendis: cuiꝰ meminit lib. 1. paral. ca. 28. Quinimo. 2. paraly. 35. vt modo dicebamꝰ, hic liber diſtinguitur ab altero Solomonis his verbis. Pręparate vos ꝑ domos vras & cognationes in diuiſionibꝰ ſingulorū, ſicut in ſcriptura Dauid regis Iſrael, & in ſcriptura Solomonis filii eiꝰ. Sed vterq; lib. amiſſꝰ eſt in excidio vrbis à chaldęis;

nu. 21. 14
liber bellorum dñi

Exo. 17. 14

liber iuſtorum Ioſue 10. 13.

liber Samuelis de legibus regni.

liber Gad prophetæ

lib. nathā prophetæ.

Dauidis ſcriptura de templo

Scriptura

Solomonis ſcriptura de templo.

Scriptura templi Solomonis de qua.2.Paralyp.35.in qua expreſsit formā,ſitum,menſurā,pretium,miniſtrorū officia, vt Sacerdotū,Leuitarū,Ianitorū,& Cantorum.Hic liber diuerſ9 ab eo,quē fecit Dauid de eadē re,vt ex capi.iam dicto liquet.

Liber verborū Solomonis, 3.reg.11.41

Liber verborum dierum Solomonis de quo.3.reg.11.vitam & geſta Solomonis continebat,quē Chaldęi vnà cum alijs ſanctis libris combuſerunt

Liber parabolarū Solomonis. 3.reg.4.32

Liber triū milliū parabolarū eiuſdem Solomonis, cui9 ipſe meminit ad calcē Eccleſiaſtes,&.3.reg.4.Erat,inquit,Solomō ſapientior cunctis hominibus,& locutus eſt tres mille parabolas.Quas in vrbis deuaſtatione amiſſas per Nabuzardanum militiæ Chaldęorum præfectum teſtatur Ioſephus lib.8.antiquitatum,quæ ab Eſdra reparari non potuerunt. Hieronymus vero in quæſtionibus Hebraicis aſſerit in libro Prouerbiorū has tres mille parabolas contineri.

Cantica Solomonis. Ibidem.

Quinq; millia cantica Solomonis, quorum meminit idem lib.3.reg.c.4.quæ omnia igni abſumpta ſunt in incendio templi,vt Ioſephus ibidem ait,ſolum remanſit vnum omnium ſelectiſsimum,quod proinde Canticum canticorum eſt appellatum,ideſt,excellentiſsimum canticum.

Liber verborum naturæ. Ibidem.33

Liber verborū naturæ,ſeu naturaliū diſputationū,de quo.3.reg.4.Diſputauit Solomō ſuper lignis à Cedro, quæ eſt in Lybano vſq; ad Hyſoppū, quæ egreditur de pariete:& diſſeruit de iumentis,volucribus,reptilibus & piſcib9. Quod interpretatur Hieronymus:de vi,naturis,& moribus illorum, quo tempore naſcūtur,& cur non vbiq; omnia. Quod opus eodē incēdio deflagraſſe magna iactura fuit.

Achias Salonites. 2.paralyp. 29.

Liber Achiæ Silonitis de rebus geſtis a Solomone, cui9 mētio fit.2.paralyp.9.Reliqua, inquit,ſermonum Solomonis ſcripta ſunt in libro Achiæ Solonitis.

Haddo ꝓpheta. Ibidem. Ibid.13.22

Viſio Haddo videntis,de qua.2.paralyp.9.vbi ſubnectitur: In viſione quoq; Haddo videntis. Et ibidem ad calcem.13.c. vbi dicitur:Reliqua ſermonum Abia ſcripta ſunt diligentiſsime in libro Haddo prophetæ.

Semeias ꝓpheta. 2.paralyp. 12.15.

Liber Semchiæ de vita & geſtis Roboam regis Iuda. 2.paralyp.12.de eo ſic legimus:Opera Roboam prima & nouiſsima ſcripta ſunt in libro Semchiæ prophetæ.

Iehu propheta. 2.paralyp. 20.34.

Liber Iehu prophetæ de geſtis regū Iuda & Iſraël, cui9 mētio eſt.2.Paralypome.20.Reliqua ait geſtorum Ioſaphat priorum



rum & nouiſsimorū ſcripta ſunt in verbis Iehu Chanani, quæ digeſsit in libro regum Iſrael.

Liber Eſaiæ. ibid.26.21 ibid.32.32.

Liber Eſaiæ prophetæ de geſtis Oziæ regis Iuda cuius mentio habetur.2.paraly.26.nec eſt idem liber cum viſione ſeu prophetia eiuſdem, quæ alio nomine, nempe, viſionis citatur.2. paralypo.32.his verbis:Reliqua ſermonum Ezechię & miſericordiarum eius ſcripta ſunt in viſione Eſaiæ prophetæ.

Epicediō e legiarum Hieremiæ ibid.35.25. Alia opera Hierem. Hier.32.14 ibi.32.6. ibid.50. ibid.51.

Liber lamentationum Hieremiæ pro rege Ioſia in bello interfecto,cuius mentio habetur.2.paralypo.35. & Ioſephus lib. 11.antiquitatum,& nunc apud Iudeos extare dicitur Epicediō Hieremię in Ioſiam. Attribuūtur Hieremiæ alia, vt liber emptionis & venditionis:de quo cap.32.ſui vaticinij. Item liber de indignatione domini,cui9 meminit cap.36. Et liber de Babylonis deuaſtatione,cuius non nihil extat cap.50.&.51. Item liber de legib9 quas populo migranti in Babylonem præſcripſit, & de igne abcondito in monte Nebo.

Liber verborū regū.

Liber verborum regum Iſrael & Iuda,cuius in.3.&.4.libris regū,& in.2.paral.pene in ſingulis capitib9:&.1.paraly.29.Nō eſſe autem hos libros,quos regum quatuor habemus,conſtat.2 paraly.4.Porro(inquit)filij Ioas,& ſumma pecuniæ quæ adunata fuerat ſub eo,& inſtauratio domus Dei,ſcripta ſunt diligentius in libro regum. At in his,quos habemus,ea nedum diligentius,ſeu fuſius, verum fere non habentur. Et.3. Eſdræ. 1. diſtinguntur his verbis. Hæc autem præſcripta ſunt in libro Hiſtoriarum regum Iudæ,& ſingula geſta, actuſq; Ioſiæ, & eius gloria & intellectus in lege domini, quæq; geſta ſunt ab eo, & quæ non ſunt ſcripta in libris regum Iudæ & Iſrael. Apparet in eis fuiſſe hiſtoriarū volumen,è quo in compendium redacta ſunt,quę nos in quatuor libris regum habemus.

Sermones Chozai. 2 par.33.18.

Liber ſermonum Chozai,de ſceleribus & pænitentia,& liberatione regis Manaſſe. Huius meminit lib.2.paralyp.cap.33. Reliqua,inquit,geſtorum Manaſſe,oratio quoq; eius & exauditio,ſcripta ſunt in ſermonibus Chozai. Huius operis fragmētum exiguum extat continens orationem regis Manaſſe, apponi ſolet poſt libros paraly.

Liber pierū ſacerdoti. 1.mach.6. 24.

Liber de vita & geſtis Ioānis Hircani filij Simonis Machabæi,cuius meminit lib.1.Machabęorum cap.vltimo in hæc verba:Cætera ſermonum Ioannis & bellorum eius, ecce ſcripta ſunt in libro dierum ſacerdotij & principatus ipſius. Hic liber quartus

quartus Machabæorum eſt. Hi venerunt in mentem, ſiqui ſunt alij, lubens prætereo, ſiquis plura deſiderat, legat integrũ ſecundum librum Sixti in bibliotheca. De quorum authoritate ſtatim humanioris diſciplinæ authores in ſacris vtriuſq; teſtamẽti libris ſæpius referuntur.

## Cap. 7. De teſtimonijs quę afferunt ex humanis authoribus in vtroq; teſtamento: quam authoritatem habeant.

CItatur. 1. Macha. 12. hiſtoria Sparthanorũ. Meminit etiã illius Dari⁹ Lacedæmoniorum rex in epiſtola ad Oniã pontificem, quam affert Ioſephus lib. 12: antiquit. Refert etiam Apoſtolus in actis cap. 17. hemiſtichium, Arati poetæ medici Antigoni Macedonum regis: cuius teſtimonium cum Paulus prædicaret Athenis ex Phænomenis ipſius adduxit, vt oſtenderet oẽs homines à Deo eſſe. In Deo, inquit, viuim⁹, mouemur & ſumus, ſicut & quidã veſtrorum poetarum dixerunt.

*Ipſius & genus ſumus.*

Et in epiſtola ad Titũ ca. 1. retulit Epimenedis Cretẽſis Philoſophi ac poetę vetuſtiſsimi, teſtimoniũ ꝙ ex libro oraculorũ illius deſũpſit, contra falſos Cretenſes doctores, qui vniuerſas domos ſubuerterẽt, ac docerent quæ nõ expedirẽt turpis lucri gratia. Ait ergo: Dixit quidã ex illis proprius eorũ propheta.

*Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri.*

Additq;: Teſtimonium hoc verum eſt: quaſi diceret, nõ eſt verũ totum Epimenedis opus, in quo ipſe, & Callimach⁹ (qui poſtea ex eo non nulla vſurpauit ad aſſerẽdam Iouis diuinitatẽ) mentiũtur: ſed tantũ hic verſiculus à me vſurpatus, ad increpandos Cretenſes, ob ingenitam illis (vitio gentis) mentiendi facilitatem. Sic Hieronymus in commen. epiſtolę ad Titum.

Menander

1. cor. 15. 33

Inſuper idem Apoſtolus ex Menandro poeta comico, quẽ fatetur Terentius ſe imitatum in Andria, carmen ſenarium iãbicum affert in priore epiſtola ad Corinthios cap. 15.

Aræ Athenis incrip.

*Corrumpunt bonos mores colloquia praua.*

Act. 17. 23

Quinimo idem Paul⁹ ex Athenienſium ara inſcriptionem deſumpſit, & in concione, quam habiturus erat in Areopago (vt Lucas refert actorum. 17.) pro exordio adpoſitiſsime vſurpauit



pauit. Erat autem inſcriptio huiuſmodi.

IGNOTO DEO.

Quã Athenienſes nimia ſuperſtitione adducti ſuppoſuerũt altari quod extruxerant, ne vll⁹ deorũ illis iraſceretur ob ſpretam religionẽ & cultum eius. Ita Oecumenius. Quẽ vero crederent eſſe hunc Deum ignotum, non ſatis cõſtat, exiſtimo tamen Deũ optimum maximum, quem Hebræorũ appellabãt, ſibi tamen incertum & occultũ, hac inſcriptione ſignificaſſe, iuxta illud: Vere tu es Deus abſconditus: & illud Lucani. esai. 45. 15.

*Incerti Iudæa Dei.*

lib. henoch

Adducitur etiam à Iuda Apoſtolo liber Enoch continens prophetias, è quo teſtimonium deſumpſit de extremo iudicio ſic inquiens: prophetauit ſeptimus ab Adam Enoch dicens: Ecce venit Dominus in ſãctis millibus ſuis facere iudicium cõtra omnes &c. Fortaſſe hoc vaticinium eſt illud quod ab Enoch duabus columnis inſculptum fuit, alteri lateritiæ, alteri lapideę de duplici orbis vaſtatione, vna per aquã, altera per ignem: quarum meminit Ioſephus lib. 1. antiquitatum. Sed hæc lacinia relata authoritatem habent prout literis ſacris inſerta: reſiduũ vero operis non ita, niſi vbi Spiritus ſanctus approbat ea illis verbis: Reliqua diligenter ſcripta ſunt in libro illius aut alteri⁹ prophetę: cum enim prophetam nominat, verum Dei prophetam intelligit, cuius opus vera ſit prophetia: ac ſimul quæ illic refert, approbat, cum diligenter ſcripta eſſe commemorat. Proinde ab apocryphis diſtinximus. Sed iam nunc de illis cap. ſequenti.

Iude. 1. 14.

columnarum inſcriptio.

## Caput. 8. De apocryphis multiplicibus, tum literis ſacris admiſsis, tum reiectis, deq; eorum fide & authoritate.

APOCRYPHORVM multa ſunt genera, ſed ſi nominis rationem attendere velimus, in id recidunt omnia, vt occulta inſcripta, incerta & dubia dicantur (Chrytein enim occultare eſt) quod publice legi non permitterentur, aut quod non eſſent tanquam authentica euulgata, ſeu in canonem recepta. Ita diuus Auguſtinus libro. 15. de ciuitate Dei Capit. 23. & libro. 18. Capit. 38. & libro. 11. contra Fauſtum in principio, & libro. 22. cap.

cap.79. Dupliciter autem cōtingit incertitudo in apocryphis: primo quia de authore non conſtat, quo ſane modo nullus librorum canonicorum dici poteſt vlla verbi acceptione apocryphus. Quicquid alij dicant: nam quamuis de homine ſcriptore non conſtet, certiſsimus tamen de primario authore, diuino videlicet ſpiritu, quod ſatis eſt vt nulla ratione apocryphus nominetur. Deinde incerta, dicuntur apocrypha, quia licet authorem hominem pręferant, dubię tamen & incertæ authoritis ſunt. Ex duplici ergo capite, apocrypha dicuntur, aut quia incertæ authoritatis, aut quia incerti authoris. Hinc duplex eorum genus: vnum, quo minime in fide certa, nec inter canonicas ſcripturas relata cōtinētur, vt ſunt illa quæ ſacris libris ſunt inſerta. Alterū eorū quæ non referunt authorē certū, nec per oīa ſanę doctrinę ſunt, ſed ſuſpectę: qualia ſunt quę apoſtolis & prophetis falſo aſcribūtur. Hęc vtraq; proprie ſūt apocrypha. Inde vero duo alia genera enata ſunt: nā hęretica, quia cōtra fidem, vulgo dicūtur apocrypha: Et illa etiam quæ ſanę doctrinæ abſq; authoribus paſsim afferuntur. Quæ vtraq; tametſi vtcunq; hoc nomine nuncupentur, proprie tamē apocrypha nō ſunt. Sed de omnibus ſigillatim dicendum. Primū itaq; genus apocryphorum eſt eorum quæ in fide catholica incertæ authoritatis ſunt: quia nec illa hacten[9] definiuit eccleſia, nec maiores noſtri habuerūt pro certo, an diuini ſpiritus afflatu conſcripta fuerint. Quare nec ad fidei dogmata cōfirmāda, nec adeaquę in contentione poſita ſunt, definienda admittere, immo nec in templis decantari, nec ad plebis ædificationem publice afferri vnquam voluerunt, ſed priuatim legi permittuntur. Huius primi generis apocryphorum exempla illa ſunt, quę canonicis veteris teſtamenti libris inſerta ſeu affixa reperiuntur. Videlicet, Appēdix libri Paralypomenō, quę eſt oratio regis Manaſſe ex libris Chozai prophetæ: Sic enim ſcriptum eſt. 2. Paralypomenō.33. Manaſses vinctus compedibus egit pænitentiā coram Deo ſuo, & orauit, de precatuſq; eſt eum, & exaudiuit dominus orationem ſuam. Oratio autem eius & exauditio ſcripta ſunt in ſermonibus Chozai prophetæ. *(Oratio Manaſſe. 2par.33.22)*

Eſdræ liber tertius apud Hebræos non extat, ſed tantum apud Græcos codices reperitur. Quartus vero neutris eſt agnit[9] ſed tantum latinis literis exaratus. Ambo apocryphi ſunt, & velut ſomnia reijciuntur à Hieronymo in præfatione ad Eſdram *(Lib.3.&.4.)*



drā. Græci omnes in canonē recipiūt librū tertiū & primo loco reponunt, quod ea quæ in eo narrantur, anteriora ſint his, quæ in noſtro primo Eſdrę referūtur. Sunt autem hi libri magnæ authoritatis & fidei: tametſi non ſint indubitatæ canonicæ veritatis. Proinde eos eccleſia cum canonicis circunferri permittit, & ſacri patres, vt Athanaſius cōtra Arrianos lib.3. Auguſtinus libr.18. de ciuitate Dei: Ambroſius in libro de bono mortis, &.2. comme. in Lucam, & in epiſtola ad Horontianū: & Cyprianus contra Demetrianum, & Eccleſia nonnulla depromit teſtimonia ex his libris, vt introitus ille in Miſſa ſecundæ feriæ Pentecoſtes: Accipite iucunditatē gloriæ veſtrę, gratias agentes Deo, qui vos ad cæleſtia regna vocauit, qui habetur cap.2. huius libri. Et illud ex eodem capite: Modo coronātur & accipiunt palmā: quod decātatur in natalitijs martyrū.

Appendix libri Eſther, ſeptem poſteriora capita, nēpe, ab initio decimi fere ad finē, varijs lacinijs contexta cōplectitur. In Græcis codicibus habētur, in Hebraicis minime. Vt edictū Artaxerxis de perdendis Iudæis. Oratio Mardochæi, plāctus Eſther & ingreſſus ad regem. Edictum Artaxerxis pro liberatione Iudæorum. Somnium Mardochæi de exiguo fonte creſcente in fluuium. Item ſomnium de duobus draconibus. *(Appendix lib. Eſther.)*

Ioſephus libr.11. antiquitatum cap.6. Edicta Artaxerxis refert ad verbum. Hieronymus in ſua ipſa editione Eſther quaſi additamenta reſecat. Origenes etiam in Epiſtola ad Iuliū Africanum. Ita gloſa & fere latini omnes.

Appendix libri Iob vt additamentū genealogiæ ipſius per ſimile ei, quod habetur in Geneſi de filijs Eſau, quę annectitur poſt vltimam libri periodum in codicibus Græcis. Agnoſcunt eam omnes Græci patres & interpretantur. Item alterum additamentum ſubnectit Origenes, poſt primum, quod deſumptū prorſus eſt ex trigeſimo tertio cap. libri Geneſeos in codicibus græcis. Inſuper tertium additamentum ad caput ſecundū libri Iob, nempe, oratiuncula vxoris ſuæ, qua ſuadebat vt Deo malediceret, quæ licet ab origine recognita ſit in epiſtola ad Iuliū Africanum: tamen proculdubio apocrypha eſt, nec in Hebraicis codicibus reperitur. *(Appendix lib. Iob.)*

Appendix pſalterij ex editione ſeptuaginta addita poſt cētum quinquaginta pſalmos, quam Athanaſius in ſynopſi inter canonica numerat. Contra Goliath, inquit, pſalm.151. peculia- *(Appendix pſalterij.)*

riter Dauidi extra numerum reliquorum inſcriptus eſt, cum ſingulari certamine Goliath ſtrauiſſet. Habetur in Græcis codicibus. Oratio verò Solomonis, quæ fragmentũ eſt, & prior pars illius orationis, qua orauit Dominum in dedicatione templi: vt apparet lib. 3. reg. cap. 8. non eſt cur inter apocrypha numeretur, cum pars ſit certa eius libri, qui quoad omnes eius partes in canonem eſt relatus.

3. reg. 8. 23

*Præfatio in threnos Hieremiæ*

Præfatiũcula in Threnos Hieremiæ, quam ſeptuaginta ad connectendum lamentationes cum vrbis deuaſtatione, quę vltimo capite prophetiæ Hieremiæ deſcribitur, addiderunt, in Hebraicis codicibus non habetur, ſed abſolute incipiunt lamẽtationes ab alphabetis. Inſuper ex Hieremiæ. 36. c. apparet ante vrbis deuaſtationem ſpiritũ prophetico threnos cõpoſuiſſe quos rex Ioachim in ignẽ abiecit. Sed Hieremias reſcripſit addito quarto alphabeto cum ſua ipſius oratione.

Hie. 39. 28

*Liber. 3. machabeorum.*

Liber tertius Machabæorum in Hebraicis codicibus nõ habetur, ſed in Græcis: ei⁹ hiſtoriæ meminit Ioſephus lib. 2. aduerſus Appionẽ, & Athanaſius in Synopſi, & Euſebius in Chronicis, & Clemẽs in canone Apoſtolorũ. 84. Nil attinet ad Machabęorũ hiſtoriã, nam quæ illic narrantur ante Machabęorũ hiſtoriã, per triginta annos contigerant ſub Antiocho magno anno mundi termilleſimo ſeptingenteſimo trigeſimo octauo.

*Liber. 4. machabeorum.*

Liber quartus Machabęorũ cum præcedentibus canonicis ad vnũ & triginta annos hiſtoriã nectit & pſequitur. Huius libri mẽtio habetur in calce primi libri Machabęorũ, vt ſupra diximus. Refertur inter apocrypha ab Athanaſio in Synopſi. Eandẽ hiſtoriam refert Ioſephus libr. 13. antiquitatum, nẽpe de Ioãne Hircano qui Hircanũ deuicit, à quo & cognomẽ accepit, poſt patrẽ detruncatũ principatũ & ſacerdotiũ obtinuit. Obijt anno centeſimo ante Chriſtum natũ. Hæc ſunt apocrypha ſcripta, quę in canonicis circũferri & legi permittũtur. Sed proculdubio magnæ, ſed non canonicæ authoritatis.

*Apocrypha ſecundi generis.*

Præter hæc aũt apocrypha, quæ ſacris voluminibus attexta ſunt, eſt aliud ſecũdũ gen⁹ eorũ quæ falſo aſcribuntur prophetis & Apoſtolis. Quæ refert inter alia plura Gelaſius in decretis diſt. 17. c. Sancta Romana: quorũ non omniũ, ſed huius ſecũdi generis catalogũ ad fideliũ cautionẽ libenter ſubnectã. Ex veteri teſtamẽto primũ liber de filiabus Adæ vel Geneſis. Liber de pænitentia Adæ. Liber qui dicitur teſtamentũ Iob, ſiue

Iacob.



Iacob. Liber Lãnæ & Mãbræ magorũ Pharaonis. Scriptura quæ appellatur Solomonis cõtradictio, philacteria ab angelo cõſcripta, immo vero à Dæmone. Eſaiæ viſiones.

At ex nouo teſtamẽto, euangeliũ Thadæi Apoſtoli noĩe. Euãgeliũ noĩe Thomæ Apoſtoli, quibus Manichæi vtebãtur. Euãgeliũ noĩe Barnabæ Apoſtoli. Euangeliũ noĩe Bartholomæi Apoſtoli. Euangelia quæ falſauit Lucianus. Euangelia quę falſauit Hirtius. Euangelium Nazarænorum. Euangelium Nicodemi. Prothoeuangelium Iacobi. Actus Apoſtolorum ſub nomine Andreæ Apoſtoli. Actus quoq; Apoſtolorum ſub nomine Thomæ Apoſtoli. Actus Apoſtolorum ſub nomine Petri Apoſtoli. Actus Apoſtolorum nomine Philippi Apoſtoli. Actus Thadæ & Pauli Apoſtoli ſub noĩe Lucæ Euangeliſtæ. Epiſtola Pauli ad Laodicẽſes: variæ epiſtolæ Pauli ad Senecã, & Senecæ ad eundem. Liber de infantia Saluatoris. Liber de natiuitate Saluatoris, & ſancta Maria & de obſtetrice illius. Liber de Chriſto paſtore, qui dicitur paſtor. Liber prouerbiorũ nomine ſancti Xiſti. Apocalypſis ſeu reuelatio Pauli Apoſtoli. Apocalypſis ſeu reuelatio Thomæ Apoſtoli. Apocalypſis ſeu reuelatio Stephani prothomartyris. Liber tranſitus ſanctæ Mariæ. Liber qui appellatur ſors Apoſtolorum. Liber qui dicitur doctrina Apoſtolorum. Liber canonum Apoſtolorum, eos nempe quos Eccleſia non recepit. Epiſtola Abgari ad Ieſum, & rurſus altera Ieſu ad Abgarum.

Hi ſunt apocryphi ſecundi generis vtriuſq; teſtamenti: qui vel ſine authoribus, vel ſub nomine ſanctorum patrum, qui ſacros libros ediderunt, vel de ijſdem argumentis, aut materiebus á ſciolis compoſiti; & Apoſtolis falſo aſcripti in lucem editi ſunt: ſuſpectæ quidem & non per omnia ſanę doctrinæ, ſubindeque nullius certitudinis. Quos proinde Gelaſius damnat vbi ſupra. Et Leo Papa epiſtola. 19. cap. 15. ad Toribium Aſtoricenſem cuius verba ſunt: Apocryphę, inquit, ſcripturę, quæ ſub nominibus Apoſtolorum multarum habent ſeminarium falſitatum, non ſolum interdicendæ, ſed penitus auferendæ ſunt, atq; ignibus concremandæ.

Quamuis enim ſint in illis quæ videantur ſpeciem habere pietatis, nunquam tamen vacua ſunt venenis, & per fabularum illecebras hoc latenter operantur, vt mirabilium narratione ſeductos, laqueis cuiuſcunque erroris inuoluãt. Ad eũ

dem modum Auguſtinus vbi ſupra dicens: In eccleſijs legi pu
blicè non debent, priuatim tamen poſſunt & cautè, quia eorũ
authoritas in obſcuro & abſcondito eſt. Sic etiam Hieronymꝰ
ad Lętam: Caueat inquit, apocrypha omnia: & ſi quando ea nõ
ad dogmatum veritatem, ſed ad ſignorum reuerentiam legere
voluerit, ſciat non eorum eſſe quorum titulis prænotãtur: mul
taq; in his admixta vitioſa; & grandis eſſe prudentię aurũ in lu
to quęrere. Ita quoq; Rufinꝰ in ſymbolo, & Drudo li.1. de dog
matibus cap.4. & lib.4. cap.1. Idem docet Euſebius lib.3. Eccle
ſiaſt. hiſt. cap.25. Et Nicephorus lib. 2. capit. vltimo: vbi præter
actus Apoſtolorum apocryphos, quos retulimus, ſingulorum
omnium Apoſtolorũ actus recenſẽtur, & inter apocrypha cõ-
numerantur. Alia vero opera ab hæreticis conſcripta, quæ er-
rores fidei catholicæ aduerſos habent, & hæreſum dogmatibꝰ
ſcaturiunt, tametſi tertij generis apocrypha vulgo nuncupen-
tur, eo tamẽ nomine digna non ſunt, ſed hęretica abſolute po-
tius appellanda. Sunt item alia quarti generis, quæ à viris ec-
cleſiaſticis tradita, ſanę tamen doctrinæ: ſed non certæ fidei &
authoritatis, vel quia de authore non conſtat, vel quia incerta
ſunt, quæ narrantur, vt pleraq; à Gelaſio ibidẽ relata. Ex quo
apparet in eo decreto illum ampla quadam ſignificatione apo
cryphorum nomen, quoad omnia hæc quatuor genera eorũ,
indiſcriminatim vſurpauiſſe: quod niſi obſerues decretum il-
lud, intelligere non poteris. Si quis autem de ſingulis apocry-
phis ampliorem notitiam habere deſiderat, legat Couarruuiã
lib. 4. variarum cap. 17. qui è multis grauiſsimis authoribus plu
raſcitu digna diligenter congeſsit.

Apocrypha tertij generis.

Apocrypha. 4. generis.



# EVANGELICARVM INSTITVTIONVM LIBER QVINTVS.

*De confutatione ſectarum, & demonſtratione Euangelij.*

## Caput. I. De Balaam Propheta Gentium, & *Sybillinis oraculis.*

POſtquàm Euangelicæ doctrinæ fun-
damenta iecimꝰ, ſupereſt aliena, dete-
ctis falſitatis erroribus, ex ſuis ipſorũ
vatibus euertere & cõfutare: vt ab ini
micis noſtris & de manibus eorũ, qui
nòs odio proſequũtur, veritatẽ erua-
mus. Poſt noſtræ fidei baſes erigemꝰ,
fulciemuſq; ſacris Dei Optimi Maxi
mi oraculis, & eorũ Prophetarũ vati
cinijs, per quorũ ora olim Deus loqui, & futura nobis myſte-
ria reuelare dignatus eſt. Ergo tanta fuit Euangeliorũ lux, tan
tuſq; Chriſti redemptoris veri ſolis iuſtitiæ ſplendor, vt mul-
tis ſæculis antequàm naſceretur, non tantũ in Prophetarũ, ve
rùm etiã Ethnicorũ vatum, & Sybillarum mentibus fulſerit.
Non ſecus ac mundi huius ſol, priuſquàm oriatur, ſplendet, &
lucis radios emittit ante ortũ ſurgentis auroræ. Hinc Gentiũ
propheta Balaam filiꝰ Beor lumine prophetiæ illuſtratus, mer
cede conductus à Balac filio Sephor Moabitarum rege, vt ma
lediceret Iſraeli, ductus ad excelſa Baal religionem, fælicitatẽ,
& victorias illius prædicens, Numeri. 23. in hunc modum vati- Num. 23. 8
cinatus eſt: Quomodo, inquit, maledicam, cui non maledixit
Deus? Populus ſolus habitabit, & inter Gentes non reputabi-
tur. Quis dinumerare poſsit puluerem Iocob, & noſſe numerũ
ſtirpis Iſrael? Moriatur anima mea morte iuſtorũ, & fiant no- Ibid. 10.
uiſsima mea horũ ſimilia. Et paulo poſt deductus in verticem
montis Phaſga, ſic iterũ vaticinatur: Ecce populus vt Lęna cõ Ibid. 24.
ſurget, & quaſi Leo erigetur. Non accubabit, donec deuoret

præclam, & occiſorum ſanguinem bibat. Ac tertio in monte
Phogor (vt legimus ibidem capite. 24.) Chriſti natiuitatem
Ibi.24.17 apertiſsime prophetauit his verbis: Orietur ſtella ex Iacob, &
conſurget virga de Iſrael, & percutiet duces Moab, vaſtabitq;
omnes filios Seth: & erit Idumæa poſſeſsio eius, hæreditas
Seir cedet inimicis eius: Iſrael vero fortiter aget. De Iacob erit
qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis. Quæ omnia de
Chriſto Ieſu redemptore noſtro ſpiritualiter intelligenda ſũt,
qui virtute operum mirabili, doctrina fidei, & ſacro Euange
lij verbo Gentium omnium idolatriam perdidit ac vaſtauit.
In cuius etiam natiuitate orta ſtella Magis apparuit, & in Iu-
Matth.2.2 dæam reduxit, vt Matthæ.2.legimus. Spiritu verò Dei fuiſſe
prædicta, præterquam quod ibidem diuina teſtatur hiſtoria,
ipſe rerum monſtrauit euentus. Vere quidem dicitur: Exitus
acta probat. Addidit demũ Balaam in vaticinio: Venient in
trieribus de Italia, ſupabunt Aſſyrios, vaſtabuntq; Hebræos,
Nu.24.24 & ad extremũ etiam ipſi peribunt. Quod iam nunc noſtris hiſ
ce tẽporibus cõpletũ videmus. In noſtræ verò euangelicæ do
ctrinæ confirmationẽ hęc plurimũ facere videntur, cũ nõ ſolũ
Balaã, verũ & Magi, & plures Gentiũ philoſophi huiuſmodi
vaticinijs indubitatę fidei argumenta dederint. Quales ſunt, p̃-
termiſsis noſtris, Plato in Alcibiade, Cicero lib.1.de diuinatio
ne, Plinius lib.6. vigeſimo, & vigeſimo quinto naturalis hiſto-
riæ. Philoſtratus in vitam Apollonij. Sed præ ceteris apertius
Calcidius Platonicus commen. in Timæũ Platonis, cuius ver
ba in noſtræ fidei gratiam libenter ſubnectam. Eſt, inquit, ſan-
ctior & venerabilior hiſtoria, quæ perhibet ortu ſtellæ cuiuſ-
dam non morbos mortesque denũtiatas, ſed deſcenſum Dei
venerabilis ad humanę cõuerſationis rerumq; mortalium gra
tiam. Quam ſtellam cum nocturno itinere ſuſpexiſſent Chal
dæorum perfecte ſapientes viri, & conſideratione rerum cæ-
leſtium ſatis exercitati, quæſiſſe dicuntur recentẽ ortum Dei,
repertaq; illa maieſtate puerili, venerati eſſe, & vota Deo
tanto conuenientia nuncupaſſe. Philo etiam Iudæus in libro
de ſpecialibus legibus, & alij, quos plures referre longũ eſſet.
Hinc etiam Sybillæ de Chriſto & mirabilibus geſtis ab eo,
deque Euangelij doctrina plurima oracula ediderunt, quæ ni
ſi maiore ex parte eſſent amiſſa, ad Gentium conuerſionem,
idolorum confutationem, euangelicæ veritatis confirmatio-
nem



nem plurimum profuiſſent. Vt enim Deus Iudæos per Pro-
phetas, ſic Gentes per Sybillas ſua ipſius arcana diuina do-
cuit. Proinde Apoſtolus Paulus in reconditis ſcripturis, è qui
bus teſtimonium affert Clemens Alexandrinus libro Stro-
matum ſexto, ad Sybillarum lectionem exhortabatur his ver
bis: Libros Græcos ſumite, & Sybillas agnoſcite, quomodo
vnum Deum, & ea quę futura ſunt, ſignificent, & inuenie-
tis in eis filium Dei perſpicuè & apertè ſignificatum. Sed de
Sybillis iam nunc dicendum.

## Caput.2. De Sybillinis oraculis prædicentibus *Euangelium & geſta Chriſti, deq́ numero Sybillarum, & quo ſpiritu prophetauerint.*

SYBILLAE eximiæ probitatis, raræ virtutis,
ac ſapientes fæminæ fuerunt: virgines, vates Deo ple
næ, futurarum rerum diuina inſpiratione præſciæ,
quæ diuerſis carminum generibus futura, inter quæ de Chri-
ſto plurima, prædixerunt. Suidas ait, Sybilla, vocem eſſe la-
tinam, ac tantundem ſignificare quòd Græcis, vates, ſeu pro-
phetiſſa. At ſi Græca vox eſt, Dei conſilium importat. Qua-
re Sybillæ quaſi mortalibus diuinorum conſiliorum denun-
tiatrices. Et licet quidam furore exagitatas prophetaſſe per-
hibeant, vt Homerus Calchantem, & Ariſtoteles trigeſima
ſectione problematum, atræ bilis æſtu circa ſedem mentis ſuc-
cenſo commotas arbitretur, & Ambroſius commenta. in pri-
mam epiſtolam ad Corinthios, malo & improbo ſpiritu arrep
tas fuiſſe aſſerat: ſed intelligendum arbitror de alijs mulier cu-
lis auguratricibus, quibus falſô Sybillarũ nomina imponun-
tur: vt Sardica, Rhodia, Sicula, & alijs quibuſdam, quas
refert Cicero libro primo de diuinatione in hæc verba: Ca-
rent arte hi, qui concitatione quadam animi, aut ſoluto li-
beroque motu futura præſentiunt, quod & ſomniantibus
ſæpe contingit, & nonnunquam vaticinantibus per furo-
rem, vt Baccis Beotius, vt Epimenides Cres. Et paulo poſt
de Heleno & Caſſandra filijs Priami. Ad eundem modum
dicendum de Campuſia Colophonia Calchantis filia, & Man

 tho

tho Theſalica filia Tireſiæ Thebani. Sed de Caſſandra. Vergilius.2. Aeneid.

*Tunc etiam fatis aperit Caſſandra futuris*
*Ora, Dei iuſſu non vnquam credita Teucris.*

Apollinem intelligit opinor, nam in ſexto apertius Dei phobem Sybillam Phæbi furore actam, furentem ac debacchã tem inducit.

*At Phœbi nondum patiens immanis in antro*
*Bacchatur vates, magnum ſi pectore poſſit*
*Excuſſiſſe Deum, tanto magis ille fatigat*
*Os rabidum, fera corda domans, fingitq; premẽdo.*

Deceptus plane exiſtimauit eodem, quo fatidicæ & domonum arreptitiæ, Sybillã exagitatã. Melius Cicero lib. 2. de diuinatione: Sybillę inquit, verſus obſeruamus, quos illa furẽs fudiſſe dicitur: non eſſe autem furentis, ipſum poema declarat: eſt enim magis artis & diligentiæ, quã incitationis & motus. Et lib.1. dixerat: Sybillę Erithreæ oracula habenda ſunt, quæ inſtinctu diuino, afflatuq; funduntur. Siquis autem vaticinandi genus Sybillarum proprius noſſe cupit, Platonem, Iamblicum, & Porphirium legat, cæteroſq; Academicos, quorum doctrinam Petrus Crinitus lib.20. de honeſta diſciplina cap.1. Et Iuſtinus martyr aduerſus gentes in compendiũ redegerunt. Sed ad rem. Sybillas Dei afflatu vaticinatas ſentit ex noſtris Auguſtinus libro.18. de ciuitate Dei cap. 23. & commenta. in Epiſto. ad Roman. Hieronymus libro. 5. contra Iouinianum. Lactantius libro.1. diuinarum inſtitutionum. Iuſtinus martyr ibidem.1. Euſebius libro.5. hiſtoriæ Eccleſiaſticę, & plures vetuſtiſsimi patres. At ipſas ſua ipſarum oracula non intellexiſſe, opinio eſt, vt accidit Cayphæ de neceſſaria Chriſti morte pro hominum ſalute vaticinanti, vt Ioannes ait cap. 11. A ſe met ipſo, inquit, non dixit: ſed cum eſſet pontifex anni illius prophetauit. De numero autem Sybillarũ, patria, & tempore nil certum habemus, adeo variant ſcriptores Ethnici & noſtri. Martianus capella duas tantum fuiſſe putat. Plinius trium ſtatuas tantum numerat iuxta roſtra poſitas

tas



tas, vnam quam Pacuuius Taurus ædilis plebis inſtituit: duas: quas Marcus Meſſala. Solinus eas nominat Cumanam, Delphicam, & Erithræam, Eriphilem. Aelianus in varia hiſtoria quatuor cenſet, alij plures, nonnulli vt expluribus Herculibus, vel Iouibus vnum fecerant veteres: ita expluribus Sybillis vnam aſtruere conati ſunt iuniores. Fuerunt ergo numero decem ex ſententia Varronis in libris rerum diuinarum ad Cæſarẽ, vbi copioſe de Sybillis diſſeruit, cuius ſententiam probant Hieronymus & Lactantius vbi ſupra. Cumæa, Cumana, Perſica, Helleſpontica, Lybica, Samia, Delphica, Phrigia, Tiburtina, & Erithræa. Sed iam nunc de ſingulis, & earũ oraculis dicendum eſt.

## Caput. 3. De Cumæa Sybilla & illius *oraculis.*

SYbilla Cumæa à Cumis Cãpaniæ vrbe in qua vaticinata eſt cognomen accepit: genere Chaldæa fuit, & Beroſi hiſtoriographi filia fuiſſe fertur, Babylone nata, poſt tp̄ra Cyri primi Perſarum regis, indeq; in Italiam profecta. Cumis in baſilica, quã Iuſtinus martyr in admonitorio contra gẽtes ſe vidiſſe teſtatur, oracula edidit verſibus quidẽ omnis generis perfectis, ſed feſtinanter ſcribentium vitio corrupti non cohęrent, quod nõ ſine numine accidit, ne ab indignis intelligerentur. Huius Plato in Phędone ſub nomine diuinorũ & fatidicorum meminit. Et Ariſtoteles in libro de naturę miraculis, tametſi deceptus eam nominat Erithręam, quod illa cæteras vaticinandi ſpiritu excelluerit, fortaſſe ex omnibus vnam faciens. Et Euſebiꝰ lib.4. de vita Conſtantini. Et Virgi. Ecgloga.4.

*Vltima Cumæi venit iam carminis ætas.*

E cuius opere multa in Solonini laudes detorquet, quę illa de Chriſto naſcituro prædixerat, quæ Stratonicus Cumanꝰ epiſcopꝰ, & Sixtꝰ Senenſis Gręca referunt: latina vero hęc ſunt.

*Cum Deus ex alto regem demittet Olympo,*
*Tum terra omniparens fruges mortalibus ægris*
*Reddet in exhauſtas frumenti vini, oleiq;.*

Dulcia

*Dulcia tunc mellis diffundent pocula cæli,*
*Et niueo latices erumpent lacte ſuaues.*
*Oppida plena bonis, & pinguia culta vigebũt.*
*Nec gladios metuet, nec belli terra tumultus:*
*Verum florebit pax terris omnibus alta.*
*Cumq; lupis agni per montes gramina carpent,*
*Permiſtiq; ſimul pardi paſcentur, & hædi.*
*Cum vitulis vrſi degent armenta ſequentes.*
*Carniuoruſq; leo præſepia carpet, vti bos.*
*Cum pueris capient ſomnos in nocte dracones,*
*Nec lædent, quoniam domini manus obteget illos.*

QVAE OMNIA vel ex Eſaiæ vaticinio cap. II. deſumpta, vel certe quã ſimillima illi eodem ſpiritu prophetata ſunt. Ait enim Eſaias. II. Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hædo accubabit: Vitulus & leo & ouis ſimul morabuntur, & puer paruulus minabit eos. Vitulus & vrſus paſcentur, ſimul requieſcent catuli eorum, & leo quaſi bos comedet paleas. Et delectabitur infans ab vbere ſuper foramine aſpidis, & in cauernam reguli, qui ablactatꝰ fuerit, manum ſuam mittet. Non nocebunt, & non occident in vniuerſo monte ſancto meo: quia repleta eſt terra ſcientia domini. Multa alia ſcripſit Sybilla Cumæa, quæ Amianus Marcelinus ſcripſit à Iuliano apoſtata imperatore apud Aetnam igni fuiſſe tradita, quod Chriſtianorum dogmatibus quam plurimum fauere viderentur.

## Cap. 4. De Sybilla Cumana & illius oraculis.

SYBILLA Cumana Cumis Ioniæ vrbe nata, Amalthea à quibuſdã, ab alijs Erophile ſeu Demophile nominatur. Nouẽ libros ſcripſit, & ad Tarquiniũ priſcum regẽ attulit trecentos Philippæos pro eis poſtulans, qui territus magnitudine pretij deriſit mulieris inſaniam: quę coram eo tres combuſit, & pro ſex reliquis totidem poſtulauit. Rex magis inſanire iudicans, cum



cum illa rurſus tribus alijs exuſtis idem pretium exegiſſet pro reliquis, attentiore animo factus donauit. Libri à Romanis ſummo in honore & veneratione ſemper fuerunt, cuius rei teſtis eſt Satyricus inquiens.

*Credite me vobis folium recitare Sybille.*

Hos ergo conſulebant, priuſquam bellum aggrederẽtur, & magnam illis fidem conferebant. Ita Gellius libro primo noct. Attic. cap. 19. Obijt in Sicilia vbi ſepulchrum eius ſpectari Solinus ait. Extat huius vaticinium de incarnatione filij Dei & de eius ſanctiſsimo nomine in hunc modum.

*Tunc ad mortales veniet mortalibus ipſis*
*In terris ſimilis natus patris omnipotentis,*
*Corpore veſtitus. Vocales quatuor autem*
*Fert, non vocaleſq; duas binum geniorum.*
*Sed quæ ſit numeri totius ſumma, docebo*
*Namq; octo monades, totidem decadas ſuper iſta,*
*Atq; hecatontadas octo, infidis ſignificabit*
*Hominibus nomen: tu vero mente tenero.*

Ad quorum intelligentiam obſeruare decet in nomine Gręco ſex eſſe literas: & quoniã Gręci per elementa nominabant i. valet decem. H. octo. s. ducẽtum. o. ſeptuaginta. v. quatuorcẽtum. S. iterum ducentũ: Sũma: octo centum octoginta octo. Et in eo ſunt duo. ss. conſonantes, quo elemento nomina duorũ geniorum ſeu angelorũ Sathaelis boni, vt ethnici credebãt, & Sathan mali initiantur. Quã interpretationem dedit Beda lib. cõm. in Luc. cap. 2. Quadrat numerus octo ternus: nam idem nomen. iHsovs. octauo imponitur die quo puer circunciſus eſt: octauo reſurrexit, nempe poſt Sabbathum, quo quieuit: octauo tempore poſt ſex ætates, & ſeptimam animarum, quę in alia vita geritur, reſurgemus.

## Cap. 5. De Sybilla Perſica & oraculis illius.

SYBILLA PERSICA EX PERSIS fuit, vt refert Lactantius ex Nicanore, qui res Alexandri magni ſcripſit, genere Hebræa, Noe, quæ vrbs eſt prope mare rubrum

rubrum nata, Patre Beroſo non hiſtoriographo, matre Erimã tha. Hæc tanq̃ cæteris Sybillis antiquior numeratur à Lactãtio prima, tñ quo temporum vixerit, non ſatis conſtat. Viginti quatuor libros ſcripſit oraculorum, è quibus deſumptum extat de præcurſoris prædicatione, & baptiſmo huiuſmodi vaticinium.

*Tunc quoq; vox quædam veniet per deſerta locorum*
*Nuntia, mortales miſeros quæ clamet ad omnes:*
*Ut rectos faciant calles, animoſq; repurgent*
*Avitijs, & aquis luſtrentur corpora mundis.*

Eſai.40.3 Simile prorſus vaticinium cũ eo quod habet Eſaias cap.40. Et refertur ab Euangeliſtis: Vox clamantis in deſerto, rectas facite in ſolitudine ſemitas Dei noſtri. Ioannes etiam prædicauit baptiſmum pænitẽtę, & accedentes baptizauit in Iordane.

## Caput.6. De Sybilla Helleſpontica, & ſuis oraculis.

SYBILLA Helleſpontica in agro Troiano nata, vico Marmeſſia, prope oppidum Gorgeticum, quãuis nominũ variatione vicum appellat Marpeſſum, & oppidum Gergithium Lactantius lib.1.capi.6. Hæc temporibus Cyri primi Perſarum regis fuit, vt Lactantius ait ex Heraclide Pontico. Extat huiuſmodi vaticinium de doctrina Chriſti.

*Ille Dei legem complebit, non violabit,*
*Perſimilem formam referens, & cuncta docebit.*

Mat.5.17 Phi lip.2.7 Ita Dominus de ſe dicebat: Non veni ſoluere legẽ, ſed adimplere. Et Paulus: In ſimilitudinem hominum factus, habitu inuentus vt homo.

## Caput.7. De Sybilla Lybica, & oraculis illius.

SYBILLA Lybica, cuius recordatur Euripides in Lamiæ prologo, vt refert Lactantius lib.1.diuinarum inſtitutionum cap.6. Et Ludouicus Viues commen. in lib.18. de ciuitate Dei. capit.23. de Chriſti miraculis tale protulit vaticiniũ.

Ille



*Ille quidem morbis preſſos ſanabit, & omnes*
*Læſos, quotquot ei fident, cæciq; videbunt,*
*Incedent claudi, ſurdisq; audire licebit,*
*Inſolitas mutis dabitur formare loquelas:*
*Expellet furias, oppreſſi morte reſurgent.*

QVAM ſimile oraculum habet Eſaias cap.35. Deus, inquit, ipſe veniet & ſaluabit nos: Tunc aperientur oculi cęcorũ & aures ſurdorum patebunt. Tum ſaliet ſicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum. Nõ erit leo nec mala beſtia, ſed redempti à domino conuertentur cum lętitia & gaudio, quod retulit dominus. Matth.11. & addidit: Mortui reſurgent: quo abſoluit omnes Sybillini huius oraculi partes. Eſai.35.4. Mat.11.5.

## Caput.8. De Sybilla Samia & ſuis oraculis.

SYBILLA Samia, quæ alio nomine Pitho dicta eſt, de ingreſſu Chriſti in Hieruſalem cum triũpho inſidentus aſello vaticinata eſt. Vixit tempore Aod iudicis ſecundi Iſraelis, de quo Iudicum.3. Huius mentionem in annalibus Samiorum repertam eſſe Eratoſthenes teſtatur, Vaticiniũ eſt huiuſmodi.

*Salue caſta Sion, permultaq; paſſa puella,*
*Ipſe tibi incenſo rex en tuus intrat aſello,*
*Erga omnes mitis, iuga quo tibi, quo iuga demat*
*Intoleranda tibi, quæ fers ceruice ſubacta.*

Occinit Eſai. cap.62. & Zach.9. Noli timere, ſed exulta ſatis filia Sion. Ecce rex tuus venit tibi manſuetus, ſedens ſuper aſinam & pullum filium ſubiugalis, & diſperdet quadrigam ex Ephraim, & equum & Hieruſalem: & loquetur pacẽ cum omnibus gentibus. Eſai.62.11 Zach.9.9.

## Cap.9. de Sybilla Delphica & oraculis eius.

SYbilla Delphica nomine Authemis ſeu Themis, Delphis Beotiæ in Græcia nata, ante Troianum bellum, cuius vaticinij

cinij plura carmina Homerus ſuo inſeruit operi, vt Chriſipp⁹ author eſt lib. de diuinatione, Varro & Lactantius locis adductis. Diodorus Daphnē Tireſię filiam fuiſſe refert, quam Argiui cum Thebas viciſſent Delphos miſere, ibiq; Dei oracula conſulentibus edidit: id circo Sybilla eſt appellata. Vixit ſub tempore Gedeonis ducis Iſraelis, de quo mētio eſt Iud. 6. 7. & 8. De Chriſti paſsione tale oraculum edidit.

*Impinget illi colaphos & ſputa ſceleſtis*
*Iſrael labijs, neq; non & fellis amari*
*Apponet eſcam, potumq; immitis aceti.*

Simile eſt vaticinium illud Hieremiæ. 50. Non auerti faciem
Hierē. 50. 6 psal. 68. 22 meam à conſpuentibus me. Et illud pſal. 68. Dederunt in eſcā meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto. Quæ omnia in Chriſti paſsione completa ſunt.

## Caput. 10. De Sybilla Phrigia & oraculis illius.

Sybilla Phrigia Ancyræ floruit, ibiq; vaticinata eſt. Vixit tē-
Iud. 10. 1 pore Taolæ iudicis Iſraelis, de quo mentio eſt iud. 10. Inter alia vero quæ protulit oracula, vnum extat de Chriſti morte.

*Scindetur templi velum, mediumq; diei*
*Nox tenebroſa tribus premet admirabilis horis,*
*Et tridui ſomno peraget mortalia fata.*

Quod ita adimpletum referunt Euangeliſtæ: Et velum tem-
mat. 27. 15. marc. 15. 38 luc. 23. 44. pli ſciſſum eſt medium à ſummo vſq; ad deorſum. Ab hora autē ſexta vſq; ad horam nonam tenebræ factę ſunt ſuper vniuerſam terram. De triduo mortis eius extat apud Matth. 12. eiuſdē
mat. 12. 40 redemptoris vaticinium: Sicut Ionas fuit in ventre ceti tribus diebus ac noctibus: Sic erit & filius hominis in corde terrę trib⁹
Ioan. 2. 19 diebus ac noctib⁹. Sic illud: Soluite templum hoc (& loquebatur de corpore ſuo) & in tribus diebus excitabo illud. Sic Iudęi
mar. 14. 58 mat. 27. 63 retulerunt eadem vaticinia, quamuis in aduerſam partem retorquentes, dum præſidi Pilato dicebant: Seductor ille dixit adhuc viuens: poſt tres dies reſurgam.

## Cap. 11. De Sybilla Tiburtina & ſuis oraculis.

Sibi-



SYBILLA Tiburtina, alio nomine Albunea, Tiburti Italiæ vrbis vaticinia protulit, quam Tiburtini vt Deam coluere iuxta ripam fluuij Anienis, in cuius gurgite ſimulacrū illius repertum fuerat tenens in manu librum, in quo de Chriſti reſurrectione, & in cælū aſcenſione huiuſmodi oraculum erat.

*Sed poſtquam triduo lucem repetiuerit, atq;*
*Monſtrarit ſomnum mortalibus, atq; docendo.*
*Cuncta illuſtrarit, cæleſtia tecta ſubibit*
*Nubibus inuectus.*

Vaticinium Zachariæ prophetę de Chriſti reſurrectione ſic habet: viſitabit nos poſt duos dies, & die tertia viuificabit nos. Zachar. oſee. 6. 3.
Quod prędixit in ſe implendū Chriſtus dicēs: poſt tres dies re mat. 27. 63 mat. 16. 19
ſurgā. Ita quoq; Marcus vltimo: Dn̄s Ieſus poſtquā locut⁹ eſt diſcipulis aſſumptus eſt in cęlū, & ſedet à dexris Dei. Lucas ve Actu. 1. 9
ro actuum. 1, ubi dixiſſet videntibus diſcipulis eleuatus eſt, & nubes ſuſcepit eum ab oculis eorū. De hac Euthropi⁹ & Oroſi⁹ lib. 6. cap. 18. Innocentius papa ſermone de natiuitate domini. Abulenſis in Euſeb. Chroni. Bap. Mantuanus lib. 3, parthenic. referunt, quod cum Auguſt⁹ Cæſar, qui orbis imperio potiebatur, ſe quaſi Deum ac dominum à populo adorari vellet, quo tempore Chriſtus natus eſt, hęc Tiburtina Sybilla Romā venit, & mirabilē illi in cælo viſionem mulieris in ſinu puerū habentis cum ſummo gloriæ ſplendore, quem ſolum Deum ac orbis dominum eſſe, qui adorari ab omnibus deberet, oſtēdit: proindeq; ab incæpta inſania deſiſteret. Atq; in eo loco vbi viſio comparuit, templum hodie Romæ conſpicitur Ara cæli nuncupatum, ſub diui Franciſci religione poſitum.

## Caput. 12. De Sybilla Erithræa & de authoritate ſuorum oraculorum.

SYbilla Erithræa ex Erithra Ioniæ vrbe in Græcia fuit, quā Apollodorus Erithræus ciuem ſuam eſſe recognoſcit. De Gręcis Ilium petituris vaticinatam eſſe ait, Troiam ab eis deuaſtandam, & Homerum multa mentiturum. Claruit tempore Delborę prophetiſſæ, & Barac ducis Iſraelis de quib⁹ iud. 4.

conſilio

conſilio C. Curionis conſulis P. Gabrinius. M. Octacilius. L. Valerius á ſenatu Romanorum miſi ſunt Erithræam, vt huius Sybillæ carmina conquirerent, & in vrbem deportarent. Itaq; â priuatis deſcriptos circa mille verſus reportauerunt. Hęc ex Feneſtella authore diligentiſsimo. Conſtantinus etiam magn⁹ imperator, vt Euſebius refert in vita Conſtantini, recitauit huius Sybillæ oraculum pręclariſsimum de aduentu ſecũdo Christi ad iudicium acoſtrichis carminibus ita concinnatum, vt in literis verſuum initialium Græco idiomate hæc verba legãtur

## IESVS CHRISTVS DEI FILIVS SALVATOR.

ET addit ipſe Conſtantinus in ſua oratione Marcum Ciceronem cum in hęc incidiſſet Sybillina acroſticha permotum poematis artificio, idipſum latinis auribus donaſſe, & inter ſuas lucubrationes annumeraſſe. Meminit ergo huius Eritreæ Cicero lib. 1. de diuinatione. Cuius oracula, inquit, habenda ſunt quæ inſtinctu diuino afflatuq; funduntur. Et libro. 2. genus carminum huius Sybillæ explicans ait: Acroſtichon dicitur, cum deinceps ex primis verſuum literis aliquid cõnectitur, vt in Sybillinis ex primo verſu cuiuſcunq; ſententiæ, primis literis illius ſententiæ carmen omne prætexitur. Beatus Clemens Papa in epiſtola ad Corĩthios huius Sybillæ meminit, & Aug. 18. de ciuitate Dei cap. 23. affirmat eadem acroſticha in Græco huiuſ Sybillæ codice legiſſe, cuius copiam fecerat Flauianus Africæ proconſul. Sunt autem latina hæc, nam Græca libenter omiſsimus, ad Sybillarum codicem & Sixtum lectorem remittim⁹.

## IESVS CHRISTVS DEI FILIVS SERVATOR.

*Iudicij in ſignum: tellus ſudore madeſcet,*
*Et rex æternus ſummo deſcendet Olympo,*
*Scilicet vt carnem, mundumq; vt iudicet omnem,*
*Unde Deum fidi diffidentesq; videbunt,*
*Summum cum ſanctis in ſacli fine ſedentem.*

Corpo-



*Corporeum, animas hominum quo iudicet olim.*
*Horrebit totis cum denſis vepribus orbis.*
*Reijcient ſimulacra viri, gazaſq; repoſtas*
*Exuretq; ignis terras, cælumq;, ſalumq;,*
*Incenderq; foris anguſti carceris Orci,*
*Sanctorumq; omnis caro libera Lucem*
*Tunc repetet, ſemper cruciabit flamma ſceleſtos.*
*Utq; quis occultè peccauerit, omnia dicet,*
*Sub lucemq; Deus reſerabit tempora clauſa.*
*Dentes ſtridebunt, crebreſcent vndiq; luctus,*
*Et lux deficiet, ſolemq; nitentiaq; aſtra*
*Inuoluent tenebræ, tum Lunæ ſplendor obibit.*
*Foſſas attollet, iuga deprimet ardua, montes,*
*Impedietq; nihil mortalibus amplius altum.*
*Longa carina fretum non ſcindet, montibus arua*
*Ipſa æquabuntur: nam fulmine torrida tellus*
*Unaq; & ſicci fontes, & flumina hiabunt,*
*Sydereiſq; ſono triſti tuba clanget ab oris.*
*Stultorum facinus mærens, mundiq; labores*
*Et Chaos oſtendet, & tartara terra dehiſcens,*
*Regesq; ad ſolium ſiſtentur numinis omnes*
*Undaq; de cælo fluet ignea ſulfure miſto,*
*Atque omnes homines ſignum præſigne notabit.*
*Tempore eo lignum, cornu peramabile fidis*
*Oppoſitus mundo caſus, ſed vita piorum*
*Reſpergendo lauans duodeno fonte necatos.*

Poſthæc carmina duo alia fuiſſe his annexa ait Auguſtinus

O Eugub.

Eugubin.libro.1.de peren. philoſoph. capit.22.in quibus ſententiæ compendium erat in illis carminibus Chriſtum Ieſum Deum & hominem ſaluatorem contineri. Longum eſſet recẽſere ex Prophetis & Euangeliſtis eadem, quæ hoc loco Sybilla protulit de Chriſti aduentu ad iudicium, & de eodem iudicij die. Feruntur alia plura Sybillæ huius oracula, ſed hæc magis ad rem facere videntur. Huius meminit Cicero libro primo de diuinatione: & Ariſtoteles libro de mirabilibus naturæ auſcult.

## Caput.13. De eſcriptoribus Sybillarum, & authoritate *oraculorum illarum.*

COmmunem Sybillarum narrationẽ plurimi ſunt qui fecerunt. Cornelius Tacitus refert Cęſarem Auguſtũ in vrbem aduexiſſe Sybillina carmina vndiq; conquiſita, prohibẽs ne deinceps à quoquam priuatim retinerentur. Quam prohibitionem multo ante à maioribus factam refert Cicero libro.2.de diuinatione. Atq; in tanta authorum varietate ſelectiores referre libuit. A. Gellius libro.1. noctium Att. capit.19. P. Crinitus libro.20.de honeſta diſciplina cap.1. Euſebius libro.5.hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. Oroſius libro.1. Diodorus Siculus, Plinius, Solinus, Strabo, Feneſtella, Marcus Varro, Martianus Capella, Suidas, Lactantius, Aelianus, Vergilius, Seruius. E doctoribus ſacris multi, quos retulimus. E philoſophis plures, è poetis ferè omnes. Theophilus etiam ſextus Anthiochiæ epiſcopus libro.2. ad Autolicum Sybillarum verſus octoginta refert. Opus etiam Gręcolatinum continens libros octo carminum Sybillinorum hoc tẽpore è Germania prodijt, quod in manus noſtras non peruenit. Ludouicus Viues com. in.18.de ciuit.Dei.cap.23. Sixtus Senenſis in bibliotheca: Petrus Meſsia, quẽ honoris cauſa nomino, & alij quos prudens omitto. Sed quid in cauſa fuerit quod è pluribus Sybillarum operibus, q̃ paucisſima extent oracula, Claudius Rutilꝰ diſthico aduerſus Stiliconem Honorij imperatoris ſocerũ, qui ſeditionem in generum concitaturus Sybillina carmina, quæ extabant, primum igne combuſit: Sic enim ait:

*Nec tantum Geticis Craſſatres proditor armis*

Ante



*Ante Sybillinæ fata cremauit opis.*

Quam vero authoritatem Sybillarum oracula habuerint, omnibus cõpertũ eſt. At quanta fides earũ teſtimonijs à Chriſticolis adhibenda ſit, non eſt facile definire. Illud plane certũ eſt aduerſus Ethnicos in ſuorum confutationẽ errorũ valere plurimũ, quãobrem Lactantius contra Gentes earum teſtimonijs libenter vbiq; vtitur. Verũ ad noſtræ fidei dogmata confirmãda non tantũ ponderis habent. Quinimo hoc idẽ iudiciũ de eiſdem Ethnici veteres habuerunt. Scribit namq; Cicero lib.2.de diuinatione: Sybillam ſepoſitam & conditam habeamus, vt id quod proditũ eſt à maioribus, iniuſſu Senatus ne legantur qui dẽ libri, valeantq; ad deponendas potius, quã ad ſuſcipiendas religiones. Cum enim ipſe Chriſtianã religionem, quã illę futurã prædicebant, intelligere non poſſet, animaduerteretq; vanã Deorũ gentiũ ab illis labefactari, proculdubio ad deponẽdas potius has, q̃ ad conſtituendã illam eſſe exiſtimauit. Quare tametſi noſtræ religioni vnũ Deũ conſtituentes, multa de Chriſto vaticinantes plurimũ liquido faueant, præſertim aduerſus Gentes, quæ tantũ illis tribuũt authoritatis, inter nos vero cũ catholica fide non conſtet Spiritus ſancti afflatu vaticinia edidiſſe, licet quaſi compertũ humana opinione credamus, certa prorſus ac indubitatæ fidei argumenta ex earum teſtimonijs deſumere non poſſumus.

## Caput.14. De alijs tum Sybillarum tum diui*norum oraculis, quæ exprimunt Euangeliũ, & de confutatione gentium per ea.*

SVnt autẽ pleraq; tũ Sybillarũ, tũ diuinorum oracula incertis ſedibus vagantia, quæ diuus Auguſtinus loco adducto, & Lactãtiꝰ toto opere diuinarũ iſtitutionũ, reſperſa collegerunt in hunc modum latina.

*Non poteſt ex viri ſemine & matrice Deus*
*Formatus eſſe.*
*Græcia quid confidis in viros principes?*
*Ad quid dona inannia mortuis dedicas?*

 Immo-

Immolas Idolis, quis tibi errorē in mentē impoſuit,
Ut hæc perficias magni Dei ore relicto?
Qui ſolus eſt Deus creator, inuictus, exiſtēs,
Ipſe autem firmauit figuram formæ hominumque
Ipſe miſcuit naturam omnium generationis vitæ
Hominem formatum eſſe Dei manibus
Quē etiā ſeduxit ſerpens doloſe, vt ad fatū accederet
Mortis, notionemque acciperet boni & mali.
Dæmones quidē ſunt Iouis magni propter voluntatem
Boni terreſtres cuſtodes mortalium omnium.
Omniū nutritorē creatorēque, qui dulcē ſpiritū oībus
Appoſuit, ac principem omnium Deorum fecit:
Eum dedit Deus fidelibus viris honorare
Ipſum tuum cognoſce Deum, qui Dei filius eſt.
Opificem Dei, conſiliarium.

Oraculum Apollinis.

Mortalis erat ſecūdū carnē, ſapiēs portētificis operib9:
Sed ſub iudicibus Chaldæis armis comprehenſus:
Clauis & Cruce amarum tolerabit finem.

## SYBILLA.

Floreſcet autem flos purus
Omnia verbo agens, omnem infirmitatem curans,
Mortuorum autem ſurrectio erit,
Et claudorum curſus erit velox, & ſurdus audiet,
Cæci videbunt, & mortui loquentur.
In panibus ſimul quinque, & piſcibus duobus
Hominum millia in deſerto quinque ſatiabit,





Et reliquias tollens poſt fragmenta omnia
Duodecim cophinos implebit in ſpem multorum.
Ventos compeſcet verbo, ſternet autem mare
Inſanum, pedibus pacis, fideque calcant.
Fluctus perambulabit, morbos hominum reſoluet,
Viuificabit mortuos, arcebit dolores multis,
Ex viuo autem fonte panis ſatietas erit viris.
Dicent vatem
Inſanā & mēdacē. Cū autē facta fuerint vniuerſa,
Tunc mei memineritis, neque me iam quiſquam
Mendacem dicet Dei magni Prophetam.
Mirabilis ignominioſus, vt miſerabilibus ſpem præbeat.
Sed quando hæc omnia perfecta erunt, quæ dixi,
In ipſum omnis lex ſoluetur.
In manus iniquorum & infidelium poſtea veniet
Dabunt ei alapas manibus inceſtis,
Et faucibus expuent ſaliuas virulentas.
Dabit aūt in verbera ſimpliciter innocēs tū dorſū
Et colaphis accipiens tacebit, ne quis agnoſcat
Quod verbum & vnde venit, vt mortuis loquatur.
Et coronam portabit ſpineam.
In cibum autem fel, in ſitim acetum dabunt
Inhoſpitalitatis hanc monſtrabunt menſam.
Ipſa enim ſtulta Deum tuum non cognouiſti
Ludentem inter mortales cogitationes: ſed & ſpinis
Coronaſti corona, horridum fel miſcuiſti.
Templi vero ſcindetur velum, & medio die

Nox erit tenebroſa ingens tribus horis.
Mortis fatum finiet triduum ſoſpitans,
Et tunc á mortuis egreſſus in lucem veniet.
Primus reſurrectionis vocatis initium oſtendens
Vitam enim nobis acquiſiuit morte ſuperata.
Tuba de cælo vocem luctuoſam emittet.
Cum veniet,
Ignis erit, tenebræq; in media nocte obſcura.
Opera aũt Deorũ humanis manibus facta exurentur
Cũ aũt dies iſte finẽ fatalẽ acceperit, & ad mortales
Iudicium immortalis Dei venerit,
veniet ſuper homines magnum iudicium & initiũ.
Tartareum autem Chaos oſtendet terra dehiſcens,
Veniet autem ad tribunal Dei reges omnes.
Cælum voluens terræ latebras aperiam,
Et tunc exſuſcitabo mortuos fatum ſoluens,
Et ſtimulum mortis, poſteaq; in iudicium ducam
Iudicans piorum atq; impiorum vitam virorum.
Etenim durũ ad credẽdum oẽ hominũ genus. Sed cũ iã
Mundi & mortaliũ venerit iudiciũ, quod Deus ipſe
Faciet iudicans impios ſimul & pios:
Tum demũ impios quidẽ in tenebras in igne mittet.
Qui autẽ pietatem colunt, iterum viuẽt in terra
Spiritum Deo dante, honorẽ ſimul & vitam ipſis.
Totius enim terræ mortalium confuſio tunc erit,
Et ipſe omnipotens cũ venerit tribunali iudicare
Viuorũ, mortuorũq; animas & mũdũ vniuerſũ:
Tunc



Tunc Deum iram non amplius placantem
Sed aggrauantem & perdentem genus
Hominum, ac totum id incendio depopulantem
Urbem, quam fecit Deus eam fecit
Clariorem aſtris atq; Sole, Lunaq;.
Tunc gaudium dabit Deus hominibus,
Nã & terra & arbores & inumerabilia terræ pecora
Dabunt fructum verum hominibus.
Vini & mellis dulciſſimi & candidi lactis,
Atq; tritici, quod eſt hominibus optimũ omnium.
Piorũ autem ſolum ſancta terra omnia hæc feret,
Fluentum mellis de petra, atq; de fonte
Et lac immortalitatis manabit omnibus iuſtis.
Incorruptibilis & cõditor æternus in æthere habitans
Bonis bonum præferens, multo maiorem mercedẽ:
Malis autem & iram & iniuſtis furorẽ colligens.
Sed miſericordiã conuertimini homines, nũc neq; ad irã
Variam ducite Deum magnum.
Fuge ſceleratas religiones, & viuo Deo famulare,
Ne fortè iratus incorruptibilis Deus
Omne genus hominum perdat, vitã, & gẽtẽ improbã
Oportet genitorẽ Deũ amare qui ſapiens ſemper eſt.
Deum regem & genitorem omnium
Qem terra contremiſcit, cælumque & mare
Et latebrę tartareæ, & dæmones abhorreſcunt.

Sed videamus ad tantam lucem, quam Ethnici excuſationem prætẽdere potuerunt. Lactantius ait: His teſtimonijs Gẽtiles

tiles conuicti ſolent eo confugere, vt dicant non eſſe carmina Sybillina, ſed a noſtris cõficta atq; compoſita. Quod profecto non putabit qui Ciceronem, Varronemq; legerit, alioſq; veteres qui Erithræã Sybillam cæteraſq; commemorãt, quarum exempla proferimus. Qui autores ante obierunt, quam Chriſtꝰ ſecundum carnem naſceretur.

## Caput.15. Quod Deus ſit vnus, & de confutatione *ſectarum & Deorum gentilium.*

MVLTA ad confutationem gentiũ, & noſtrę fidei cõfirmationem e Sybillinis oraculis adduximꝰ: nunc vero Deos illos gentiũ plures è medio tollere operęprecium erit, vt vnius veri Dei cultũ & religionẽ Chriſtianã animis hominũ inſeramus. Deus itaq; vnus eſt, cæteri namq;, quos deluſa gentilitas coluit, mortales homines fuerunt, aut dęmones, aut aſtra, vt ſol, luna, ſtellę, aut ſimulacra muta argentum & aurum opera manuum hominum. Cum autem verus Deus ſpiritus purus ſit, incorporeus actus, immiſtꝰ, & procul ab omni materie, ipſe ſua ipſius natura eſt ſimplicißimus, indiuiſus, nec in varios diſtrahi, aut in plures diuidi poteſt: eo enim quo Deus eſt, & hic Deus indiuiduus, vnus eſt, & plures eſſe non poteſt: non enim habet ſua natura ſicut hominis, quo poſsit multis indiuiduis communicari, vt ſint plures Dij. Neq; ſumma illa rerum poteſtas diuidi poteſt, ne ſemel quidem, quicquid enim capit diuiſionem, imperfectum ſit neceſſe eſt: ſi autem imperfectio procul eſt à Deo, conſequens eſt, vt virtus diuina non poſsit in plures diſtrahi Deos. Igitur vnus eſt, non plures. Quod ſi eſſent, aliquam differendi rationem haberent, quęquidem vni conueniret, alijs nequaquam. Ea vero ſi perfectio eſſet, cum alijs denegaretur, non eſſent ſubinde Dij, quibus aliqua perfectio deeſt: Sin autem imperfectio, non erit Deus cuius illa eſt propria. Deus enim infinite perfectus eſt, nec vllam habere poteſt imperfectionem. Fruſtra præterea ponuntur plures, ſi ad mundi gubernationem vnus per ſe eſt ſatis. Quod ſi abſq; reliquorum auxilio ſinguli quidem tantæ molis gubernaculum ſuſtinere non poſſunt, imbecilles vt ſint neceſſe eſt, ac perinde non Dij. Deus enim omnipotens, æter-

næ



næ & infinitæ virtutis. Adhæc ſi plures Dij ſunt, aut virtute & potentia pares aut impares: ſi pares, abſq; ratione plures, ſi impares, vnus eſt ſumus atq; ſupremꝰ, qui proculdubio eſt Deus. Si enim multi ſunt Dij, fieri poteſt vt aliquid diuerſum vellint: ex qua re certamen inter eos oriatur, ſicut Homerus bellantes inter ſe Deos finxit, cum alij Troiam capi vellent, alij repugnarent. Sicut enim res militaris conſtare non poteſt niſi vnum habeat ducem (ſi namq; in vno exercitu tot fuerint imperatores, quot legiones, quot cohortes, quot cunei, quot alæ, nec inſtrui poterit acies vnoquoq; periculum recuſante, nec curante, amplius quam quod ad eum proprie pertineat, nec regi facile aut temperari, quod ſuis proprijs conſilijs vtantur omnes, quorum diuerſitate plus noceant quam proſint) ſic in hoc rerum naturæ imperio niſi vnus fuerit ad quem totius ſummę cura referatur, vniuerſa prorſus ſoluentur & corruent. Quare vt in corpore vno multa ſunt ac varia membrorum miniſteria, ſingulorum ſenſuum officia, multi etiam affectus quibus commoueri ſolemus vel ad iram, vel ad cupiditatem vel ad lætitiam, vel ad metum, vel admiſerationem: & tamen in his omnibus vna mens humana tantarum rerum gubernationem poſsidet, & vniuerſis ſimul intenta eſt. Ita etiam totius orbis rector eximius vnus eſt, à quo cũcta pendent, reguntur, gubernantur. Quod pręclare cecinit egregius eorum poeta libro ſex. Aeneid.

*Principio cælum ac terras campoſq; liquentes*
*Lucentemq; globum Lunæ Titaniaq; aſtra*
*Spiritus intus alit, totamq; infuſa per artus*
*Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.*

Ac nequis forte ignoret quiſnam eſſet ille ſpiritus, qui tantum haberet poteſtatis, declarauit alio loco dicens.

*Deum namq; ire per omnes*
*Terraſq; tractuſq; maris, cælumq; profundum.*
*Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum*
*Quemq; ſibi tenues naſcentem arceſſere vitas.*

Ovidius quoq; in principio metamorphoſis à Deo, quem

fabri

fabricatorem mundi, & rerum opificem vocat, mundum fatetur inſtructum, dum ait.

*Ante mare & terras, & quod tegit omnia cælum,*
*Unus erat toto naturæ vultus in orbe*
*Quem dixere Chaos, rudis indigeſtaq́ moles,*
*Nequicquam niſi pondus iners, congeſtaq́ eodem*
*Non bene iunctarum diſcordia ſemina rerum.*

Et Paulo poſt.

*Frigida pugnabant calidis, humentia ſiccis*
*Mollia cum duris, ſine pondere habentia pondus.*
*Hanc Deus, & melior litem natura diremit:*
*Nam cęlo terras, & terris abſcidit vndas,*
*Et liquidum ſpiſſo ſecreuit ab ęthere cælum.*

Et in libro duodecimo.

*Immenſa eſt, finemq́ potentia cœli*
*Non habet.*

Et libro primo de Ponto.

*Qualiter eſt igitur meritis indebita noſtris*
*Magna tamen ſpes eſt in bonitate Dei.*

Et libro primo de arte.

*Flectitur iratus voce rogante Deus.*

Homerus etiam tametſi fabularum inuentor. 3. Iliadum vnius Dei numen aperte confeſſus eſt.

*Iupiter omnipotens rerumq́ ęterna poteſtas*
*Cuncta tuo qui regna pater ſub numine torques.*

Iouem appellauit Deum Optimum Maximum ab ineffabili nomine Iehoua, quod voce nõnihil corrupta è ſacris Hebręorũ literis veteres hinc potiſsimũ deſumpſerunt. Et rurſus li. 20.

*Deus aequus vtrumque*
*Reſpicit.*

Hora-



Horatius libro. 3. Carmine. 4. de Deo ſic ait:

*Qui terram inertem, qui mare temperat*
*Ventoſum, & vrbes, regnaq́ triſtia*
*Diuosq́ mortalesq́ turmas*
*Imperio regit vnus æquo.*

Seneca in Hyppolito.

*O magna parens natura Deûm,*
*Tuq́ ſigniferi rector Olympi*
*Qui ſparſa cito ſidera mundo,*
*Curſusq́ vagos rapis aſtrorum,*
*Celeriq́ polos ordine verſas:*
*Cur tibi tanta eſt cura perennes*
*Agitare vias ętheris alti?*
*Ut nunc canę frigora brumę*
*Nudent ſiluas, nunc arbuſtis*
*Redeant imbres, nũc æſtiui*
*Colla leonis Cererem magno*
*Feruore coquant, viresq́ ſuas*
*Temperet annus?*

Idem in Hercule furente.

*Votum ſecundet, qui poteſt, noſtrum Deus,*
*Rebusq́ laſſis adſit.*

Lucanns libro nono.

*Eſtq́ Dei ſedes vbi terra, & pontus, & aer,*
*Et cælum & virtus. Superos quid quęrimus vltra?*
*Iupiter eſt quodcunq́ vides, quocunq́ moueris.*

Iouem appellauit Deum, Homerum imitatus vt cæteri. Statius quoq; ait.

Vide

*Videt qui cuncta, ſuorum*
*Nouit, & inſpectis ambit latus omne miniſtris:*
*Nec mirum, videt ille ortus, obituſq́, quid Arctos,*
*Quid Boreas hibernus agat, ferriq́, togæq́,*
*Conſilia, atq́ ipſam mentem probat.*

Martialis in epiſtola.

*Deus eſt, qui non mutatur in æuo.*

Plautus etiam præſentem vbiq; Deum aſſerit.

*Eſt profecto Deus, qui quæ nos gerimus auditq́ & videt.*

Sed vnde tantæ lucis in mentibus hominũ offuſcatio? vnde natæ denſiſsimæ tenebræ? vt homines in tanti Dei ignorationem deuenire potuerint? Silius libro quarto deplorat.

*Heu prima ſcelerum cauſæ mortalibus ægris*
*Naturam neſcire Deum.*

Nec quẽquam mouere debet, quòd Deos aut diuos poetæ
paſsim commemorant: eo namq; modo accipiunt illi, quo &
nos: cum angelos non natura, ſed per participationem Deos
ps. 94. 3. nominamus. Vnde pſalm. Deus magnus Dominus, & rex ma-
gnus ſuper omnes Deos, Et: Tu Dominus altiſsimus ſuper o-
mnem terram: nimis exaltatus es ſuper omnes Deos. Et Danie
Dani. 2. 11. lis. 2. Non reperietur quiſquam qui indicet ſomniũ tuum, ex-
ceptis Dijs, quorum non eſt cum hominibus conuerſatio. Ita
Diuus Cyprianus exponit & Lyra. Tametſi interim Dij pro
dæmonibus & idolis, quos Ethnici colebant, vſurpentur: ſic
ps. 95. 5. pſalmus: Omnes Dij gentium dæmonia: Dominus autem cæ-
los fecit. At angeli neq; Dij ſunt, neq; Deos ſe vocari aut coli
volunt, quippe qui miniſtri Deo inſeruiunt, & nil preter iuſ-
ſum ac voluntatem Dei faciunt. Vnde ab vno ex his, quem
apoc. 22. 9 Ioannes Deum exiſtimans adorare curabat, prohibitus eſt di-
ps. 103. 4. cens: Caue ne feceris, conſeruus enim tuus ſum. Sic pſalmus:
Qui fecit angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos flammam ig
nis. Sed prætermittamus poetas qui de rebus commentitijs
diſſerentes veritatem pluribus mendaciorum inuolucris obſ-
curauerunt.

Caput. 17.



## Caput. 16. Teſtimonijs Philoſophorum confutantur errores gentium de pluralitate Deorum.

AD PHILOSOPHOS veniamus, quorũ grauior eſt authoritas, certius iudicium, qui veritati inueſtigãdæ ſtuduerunt. Demonſtrat Ariſtoteles in libris de naturali auſcultatione, vnum eſſe principium mot⁹ immobile quod à ſe reliqua moueat, ipſum vero ab alio non moueatur. Fatetur lib. 1. de cælo, hoc idem principium tribuiſſe cæteris eſſe, viuere, & moueri, quinimo & angelos ſibi miniſtros effeciſſe, & ſupra cælos collocaſſe, vt illi beatam ac ſempiternam vitã ducerent. Apertius in libris metaphiſcis repetit vnam rerũ omniũ cauſam immobilẽ, immortalẽ, perpetuam, incorporeã, infinitam. Plato, qui omnium ſæpientiſsimus habetur, in plurib⁹ dialogis, tum præſertim in Tymeo, & in apologia Socratis id ipſum perſpicue docuerat, vbiq; monarchiam plane aperteq; defendit, & primum principium Deum nominat: ab eo mundum hunc perfectum atq; mirabilem eſſe fabricatum, eiuſq; prouidentia gubernari: cuius vim maieſtatemq; tantam eſſe dicit, vt eam neq; mente concipere, neq; verbis enarrare quiſquam poſſet ob nimiam eius & inæſtimabilem poteſtatem. Sòcrates vtriuſq; præceptor hanc veritatem eos docuit, atq; prô vnius Dei religione tuenda vitam dedit. Pythagoras ita definiuit quid Deus eſſet: Animus qui per vniuerſas mundi partes, omnemq; naturam commeans atq; diffuſſus, ex quo omnia quæ naſcuntur animalia vitam capiunt. Cuius ſectator extitit Maro. Anaxagoras (quem Ouidius libenter ſequitur) infinitam mentem eſſe dixit. Mercurius Triſmegiſtus primus omnium philoſophantium liberius veritatem confeſſus eſt. Nam vt verbis vtar Lactantij: Hic ſcripſit libros & quidem multos ad cognitionem diuinarum rerum pertinentes, in quibus maieſtatem ſummi ac ſingularis Dei aſſerit, ijſdemq; nominibus appellat, quibus nos Deum & patrem. Ac ne quis nomen eius requirat, ſine nomine eſſe dixit: eo quod nominis proprietate non egeat, ob ipſam ſcilicet vnitatẽ. Ipſius hæc verba: Deus vn⁹ eſt, vnus autem nomine non eget: eſt enim qui eſt ſine nomine. Deo igitur proprium nomen non eſt, quia ſolus eſt, nec opus eſt proprio vocabulo, niſi cum diſcrimen exigit multitudo.

do, vt vnam quamque perſonam ſua nota & appellatione deſignet. Deo autem quia ſemper vnus eſt, nomen eſt Deus. Hos ſecutus atque imitatus eſt Cicero, qui non modo in libris quos de legibus ſcripſit Deum frequenter confitetur, vnum ac ſupremum vocat: ſed ab eo regi mūdum efficaci ratione concludit, cum diſputat de natura Deorum. Nihil eſt, ait, pręſtantius Deo, ab eo igitur mundum regi neceſſe eſt: nulli igitur eſt naturæ obediens, aut ſubieſtus Deus: omnem ergo regit ipſe naturam. Quid autem ſit Deus alibi ita definit: Nec vero Deus ipſe, qui intelligitur à nobis, alio modo intelligi poteſt, niſi mens ſoluta quædam & libera, & ſegregata ab omni concretione mortali, omnia ſentiens & omnia mouens. Cato Romanorum prudentiſsimus id ipſum initio moralis doctrinæ fatetur, Deum eſſe animum pura mente colendum. Marcus Varro in libris rerum diuinarum ad Cæſarem eiſdem conſentit, & cum Sybillis omnibus, quarum hiſtoriam refert, vnum Deum ſummum ac maximum confitetur & prædicat, gentium vero Deos irridenda ſimulacra. Seneca inſuper vnum & ſummum Deum merita laude proſequitur. Nam cum de immatura morte ad quendam diſſereret: Non intelligis, inquit, authoritatem ac maieſtatem iudicis tui rectoris orbis terrarum, cælique & Deorum omnium Dei, à quo iſta numina, quæ ſingula adoramus & colimus, ſuſpenſa ſunt? & alibi: Cum primum fundamenta molis Deus pulcherrime iaceret, & hoc ordiretur, quo neq; maius quicquam mouit natura, nec melius, vt omnia ſub ducibus ſuis irent, quamuis ipſe per totum ſe corpus intenderat: tamen miniſtros regni ſui Deos genuit. Ex quibus liquet ſummo ingenio viros vnius Dei attigiſſe veritatem, cæteroſque congnouiſſe bonos angelos illius eſſe miniſtros ac ſatellites eidem aſsiſtentes, vt inſeruiant: malos vero dæmonia, quæ homines deciperent, vt ſe mortalium ſimulacra tanquam immortales Deos venerarentur, niſi fucatæ prauis opinioribus conſuetudini exterius conniuentes, in populares errores & ſacrificia quaſi ducerentur inuiti. Poſſent hæc omnia certioribus prophetarum teſtimonijs comprobari. Sed cum cauſam agamus cum his, qui ab ſcopo veritatis errantes falſis ducuntur opinionibus, nullum debuit, nec ad eos potuit probationis genus efficacius adhiberi, quam vt ſuorum oraculorum

rum



rum, poetarum, & ſapientum teſtimonijs reuincamus. Hinc conſtat, illos, quos imperiti & inſipientes tanquam Deos nuncupantes adorabāt, vt Iouem, Neptunum, Plutonem, Bacchū, Apollinē, Herculem, cum vtriuſque ſexus cæteris, homines fuiſſe. Nec fuit quiſquam tam inconſideratus vnquam, qui non intelligeret fuiſſe mortales: ſed quia reges maximi ac potentiſsimi fuerunt, ob potentiam, tyranidem, repertas artes, munera pręſertim ſui ſimillibus collata in memoriam ſunt conſecrati: vt ab indocta ineptaque plebe primum pro dijs haberentur, colerenturque. Deinde conniuētibus reliquis & diſsimulantibus, quaſi in Deorum numen & locum recepti ſunt. Plebs enim vulgi pompis inanibus gaudet, animiſque puerilibus ſpectat omnia, oblectatur friuolis, & ſpecie ſimulacrorum capitur, nec ponderare ſecum vnam quamque rem poteſt, vt intelligat nihil colendum eſſe quod diuinitatis nil habeat, & ſupra homines non ſit. Rem nouerant docti & prudentes viri, intellexerant religionum vanitatem: & tamen neſcio quo timore aut prauitate in colendis hominibus flagitioſis & nebulonibus perſtabant. Quinimo in populi pernitiem ſua illa fallaci diſsimulatione reliquos patiebantur errare, & in barathrum perditionis detrudi. Vnde Cicero in libris de natura Deorum cum intellexiſſet falſa eſſe, quæ homines adorabant, multaque dixiſſet quæ ad euerſionem religionum fallaciumque Deorum valerent: ait tamen non eſſe illa vulgo diſputanda, ne ſuſceptas publice religiones diſceptatio taſis extingueret. Sed videamus qui fuerint iſti Dij. A Saturno prognati ſunt cæteri, Mars, Pallas, Mercurius, Venus, Cupido perditorum: ipſe vero ab Vrano homine qui mortuus eſt in Oceano (teſte Euhemero & Mercurio Triſmegiſto qui Vranum Saturnum & Mercurium cognatos ſuos nominat.) Nil ergo diuinitatis habuerunt, qui ab hominibus generati ſunt, mortales à mortalibus. Iupiter patrem Saturnum fugauit, cum fratribus bellum geſsit, Iunonem vxorem habuit, filios filiaſqve procreauit, mundi regionem, quam incoluit, ſtupris, libidinibus, adulterijs, & multo grauioribus flagitijs contaminauit. Qui ergo potuit eſſe Deus qui à ſua libidine victus eſt? Et Saturnus qui ab hoc profligatus, & reliqui qui ab his ortum habuere? Omnes mortui ſunt. Teſtis eſt inſula Creta, in qua multis

poſt

poſt ſæculi eorum ſepulchra permanſerant. Sed pudet in re leuiuſcula nimis moroſum eſſe. Scribit de hac re Lactantius latiſſime in integro libro.1.diuinarum inſtitutionum, à quo libenter multa mutuauimus. Non omitam tamen quin Plinij ſenioris teſtimonium adducam. Is enim libro.2.naturalis hiſtoriæ ad hunc modum de Dijs Gentium loquitur. Effigiem Dei formamq; quærere imbecillitatis humanæ reor. Quiſquis eſt Deus & quacunq; in parte totus eſt ſenſus, totus eſt viſus, totus auditus, totus animæ, totus animi, totus ſui. Innumeros quidem Deos credere, atq; etiam ex virtutibus vitijſq; hominum, vt pudicitiam, concordiam, mentem, ſpem, honorem, clementiam, fidem, aut (vt Democrito placuit) duos omnino, pœnam & beneficium, maiorē ad ſocordiam accedit. Fragilis & laborioſa mortalitas in partes iſta digeſsit, infirmitatis ſuæ memor, vt portionibus quiſq; coleret quo maxime indigeret. Itaque nomina alia alijs gentibus; & numina in eiſdem innumerabilia reperimus, inferis quoq; in genera deſcriptis, morbiſque, & multis etiam peſtibus, dum eſſe placatas trepido metu cupimus. Ideoq; etiam publice Febris fanum in palatio dicatū eſt, Orbonę ad ædem Larium ara, & malæ fortunæ exquilijs. Quam ob rem maior cęlitum populus, etiam quam hominum intelligi poteſt, cū ſinguli quoq; ex ſemet ipſis totidem Deos faciant: Iunones, Genioſque adoptando ſibi. Gētes vero quædam animalia etiam aliqua, & obſcęna pro Dijs habent, ac multa dictu magis pudenda, per fætidos cibos & alia ſimilia iurantes. Matrimonia quidem inter Deos credi, tantoq; æuo ex his neminem naſci, & alios eſſe grādęuos, ſemperq; canos, alios iuuenes, atq; pueros, atricolores, aligeros, claudos, ouo editos, & alternis diebus viuentes morienteſq;, puerilium prope deliramentorum eſt. Sed ſuper omnem impudentiā adulteria inter ipſos fingi, mox iurgia & odia, atq; etiam furtorum eſſe & ſcelerum numina. Deus eſt mortali iuuare mortalem, & hæc ad æternam gloriam via. Hæc Plinius, qui tametſi non ſatis intellexit quid Deus eſſet, tamen optime nouit falſam eſſe Deorū religionem, vanaq; ipſa numina. Aliarum vero gentium ſectas, erroreſq; perquirere, hæreſes & apoſtaſias confutare: nō eſt huius inſtituti: præſertim cum de quolibet ſtulto opinanti virum prudentem non deceat eſſe ſollicitum. Machometus in Alcorano multis locis laudat Chriſtum & Mariam virginem

ſed



ſed à viro prauo & ſceleratiſsimo laus nullius ponderis eſt. Recognouit ſub eadem ſchola natus philoſophus Auerroes falſitatem Alchorani, deſeruitque hominis deliria & impudicitias. Aſt id erat quàm facillimum. De hæreſibus confutandis integros libros ſcripſere catholici. Quare ab his ſuperſedentes ad ſcopum noſtrum reuertamur.

## Caput.17. De Prophetarum vaticinijs ſpectantibus ad præcipua fidei *Chriſtianæ myſteria.*

DIſsipatis gentium per ſuos vates, ſuorumq; Deorum oracula erroribus, euulſiſq; ex agro dominico lolijs & zizanijs, quæ noſter aduerſarius ſupſeminauit: optimorum agricolarū more, verbis euangelicis & ſanctorum Prophetarum vaticinijs, quaſi diuinis ſeminibus, ſerendus eſt Eccleſiæ fertilis ager, plantandus pulcherrimus hortus, vt inde feliciſsimus fidei viuentis fructus colligi poſsit. Ita enim fiet, vt duplex illud officium per Hieremiam nobis demandatum impleuerimus. Ecce dedi verba mea in ore tuo, ecce conſtitui te ſuper gētes & regna, vt euellas, deſtruas, diſperdas, & diſsipes: Hier.1.10
deinde ſubdit: & vt ædifices & plantes. Ergo Chriſtianæ fidei arcana ad Iudaicam perfidiam diſsipandam, Prophetarum luce illuſtranda, vt Petrus ait, & referenda ſunt. Habemus, inquit, firmiorem propheticum ſermonem, cui benefacitis atten- 2.pet.1.19
dentes tanq̃ lucernæ lucenti in caliginoſo loco, donec dies eluceſcat, & Lucifer oriatur in cordibus veſtris. Non enim ſatis dici poteſt quantum lucis, quantumq; adiumenti afferant Prophetarum oracula ad Chriſti Euangeliū, eiuſq; diuina myſteria conſequenda. Hinc Euangeliſtæ tot aſſerunt ex Prophe- Lu.24.27
tis vaticinia: hinc Chriſtus incipiens à Moſe & Prophetis diſ- Luc.1.66
cipulos Emaūtem proficiſcētes inſtruit; hinc Zacharias Spiri- Ibidē.70
tu ſancto repletus apud Lucam cap.1. benedicit Deo Iſraelis, quia fecerat ſalutē & redemptionem plebis ſuæ: Sicut locutus eſt, inquit, per os ſanctorum, qui à ſeculo ſunt prophetarum eius. Videamus ergo quæ ſunt iſta, quæ à Prophetis prænuntiata ſunt, vt ea facilius intelligamus cum in nouo teſtamento videamus impleta.

P Meſsias

## *Meſsias mediator hominum.*

Iratus erat creator hominũ Deus humano generi, eo quòd
primus eorum parens creationis immemor beneficij, dęmonis
ſuaſione præceptum obedientię tranſgreſſus, traditionis macu
lam á ſua ipſius origine in poſteros transfudiſſet. Vnde Apo- Ephe 2.3
lus ad Ephe. ſcribens ait: Eramus natura filij iræ. Et rurſus: Per Rom. 5. 12
vnum hominem peccatum introiuit in mundum, & per pec-
catum mors, & proinde mors in omnes pertranſit, quia om-
nes in eo peccauerunt. Quamobrem opus erat mediatore, qui
Deum iratum nobis redderet propitium: & á tanta nobis iniu
ria per dæmonem illata vindicaret. Hunc autem eſſe Meſsiam
Gen. 3.15 nobis promiſſum ex multis locis apparet. Nam Geneſ. 3. Le-
gen. 18.18 gimus Deum contra ſerpentem pronuntiaſſe: Ponam inimi-
gen. 12.3 citias inter ſemen tuum, & ſemen mulieris, ipſum conteret ca-
Gal. 3.16 put tuum. Et rurſus Geneſis. 18. ait Abrahamo: In ſemine tuo
benedicentur omnes gentes. Quod vaticinium interpretatur
Apoſtolus ad Galathas tertio dicens: Non dixit in ſemini-
gen. 49.18 bus, quaſi in multis, ſed quaſi in vno, & ſemini tuo, qui eſt
Chriſtus. Et Geneſis. 49. Salutare tuum expectabo Domine.
luc. 1.69 Occinit Zacharias Lucæ primo: Erexit cornu ſalutis nobis in
domo Dauid pueri ſui: Et paulo poſt: Ad dandam ſcientiam
ſalutis plebi eius. Et Simeon Lucę ſecũdo: Viderunt oculi mei
ſalutare tuum.

## *Meſsias verus Deus.*

In nouo teſtamento plura ſunt teſtimonia, quę Chriſti di-
uinitatem conteſtantur: nam Ioannis primo: Verbum Deus fa
Ioan. 1.14 ctũ eſt caro. Et 20. Thomas confitetur eum verum Deum, in
ibid. 20.27 quiens: Dominus meus & Deus meus. Et 1. Ioann. vltimo: Si-
2. ioã. 5. 20 mus in vero filio eius Ieſu Chriſto, hic eſt verus Deus & vita
Rom. 9.5 æterna. Et Paulus ad Romanos. 9. Ex quibus eſt Chriſtus ſe-
cundum carnem, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſæ-
cula. Sed Prophetarum oraculis confirmanda res eſt.

Eſai. 7.14 Eſaiæ. 7. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur
nomen eius Emanuel, quod eſt, nobiſcum Deus. Affert can-
math. 1.23 dem prophetiam Matthęus cap. 1. ad eandem rem confirman-
Eſai. 9.6. dam. Idem Eſaias nono: Puer natus eſt nobis: & filius datus eſt
nobis, & vocabitur nomen eius, magni conſilij, Deus fortis,
pater



pater futuri ſæculi, princeps pacis. Occinit Paulus ad Galatas. Gal. 4.4
4. Cum venit plenitudo temporis miſit Deus filium ſuum fa- Baruc. 3.37
ctum ex muliere, factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erant re
dimeret. Baruch tertio. Hic eſt Deus noſter, & non eſt alius,
qui dedit legem Iſrael populo ſuo, & Iacob puero ſuo: poſt hęc
in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt. Conſen-
tit Ioannes capit. primo: Deus erat verbum, & verbum caro fa Ezech. 34
ctum eſt & habitauit in nobis. Et Ezechielis. 34. Suſcitabo ſu- 23.
per oues meas paſtorem vnum: Conſonat Chriſti verbum: E- Ioã. 10. 11
go ſum ille paſtor bonus,

## *Meſsiah filius Dei.*

Plura ſunt vaticinia, quæ Meſsiam Dei filium eſſe oſten- ps. 109.1
dunt, ſed afferamus præcipua. Pſalm. 109. dicitur: Dixit Do- ibid. 3.
minus Domino meo, ſede á dextris meis. Et paulo poſt iuxta
noſtram & ſeptuaginta editionem legimus: Tecum principiũ
in die virtutis tuæ in ſplendoribus ſanctorũ, ex vtero ante Lu
ciferum genui te. Quod teſtimonium attulit Dominus in tẽplo
Solomonis Matthæi. 22. vbi interrogans Phariſæos ait: Meſ- matth. 22
ſias cuius filius eſt? illi autem quaſi hominem tantum ſuſpican 44.
tes dicunt: Dauidis. At ipſe: Quomodo ergo Dauid appel-
lat eũ Dominũ dicens? Dixit Dominus Domino meo? & nõ ps. 2.7.
valuerunt reſpondere ei. Rurſus pſalmo. 2. Filius meus es tu,
ego hodie genui te, vbi illud, hodie, æternitatem dicit. Retulit Heb. 1.5
teſtimonium Paulus Hebræ. primo. Locutus eſt nobis per fi-
lium, quem conſtituit hæredem vniuerſorũ, per quem fecit &
ſæcula, tanto melior angelis effectus, quanto excellentius præ
illis nomen hæreditauit. Cui, inquit, angelorum dixit ali-
quando? Filius meus es tu, ego hodie genui te? Et rurſus: Ego
ero illi in patrem, & ipſe erit mihi in filium? quod deſumpſit 2. reg. 7.17
ex. 2. regum ſeptimo; vbi non ſolum de Solomone ſermo eſt,
ſed de Meſsia.

## *Meſsias homo.*

In omnibus Prophetarum vaticinijs, quæ de Chriſti paſsio
ne extant, & paſsim in arcanis literis occurrunt, oſtenditur Eſai. 9.6
Meſsias homo. Sed potiſsimũ Eſai. nono, Puer natus eſt no-
bis, & filius datus eſt nobis. Ad quod alludit Paulus Galat. 3.
Cum venit, inquit, plenitudo temporis, miſit Deus filiũ ſuũ fa

 ctum

Esai.7.14 tum ex muliere, factum ſub lege. Eſai . ſeptimo. Ecce virgo
concipiet, & pariet filium vtiq; mulieris naturalem ſecundũ
rationem hominis, nam ſubdit: butyrum & mel comedet, quæ
luc.1.31. puellorum eſcæ ſunt. Ad id reſpiciẽs angelus dixit ad Mariã:
Ecce concipies & paries filium, proculdubio verum hominẽ,
cuius eris vera mater, vera genitrix.

### *Meßias ex Dauide & Abrahamo.*

Chriſtum Dominum fore ex Abrahamo & Dauide progig
Gen.3.15. ibid.26.4 2.reg.7.12 ps.131.11 Rom.1.3. Heb.2.16 nendum aperte conſtat ex promiſsionibus vtriq; factis, Abra
hæ Gene.3.&.26. Dauidi.2.reg.7.& pſal.131. De fructu vẽtris
tui ponam ſuper ſedem tuam: vtrãq; refert Apoſtolus ad Ro-
manos.1. Factus eſt ex ſemine Dauid ſecũdũ carnẽ. Et ad He-
bræos.2. Semen Abrahæ apprehẽdit. Vtraq; Matthæus: liber,
inquit, generationis Ieſu Chriſti filij Dauid, filij Abraham.
Hinc toties in Euangelijs appellatur filius Dauidis.

## Caput.18. De tempore aduentus Meſsiæ.

DVo potiſsimũ loci ſunt in ſacris literis, è quibus aper-
tiſsime deducitur aduentus Meſsiæ tempus expreſsũ.
Ge.49.10 Alter, Geneſis.49. vbi ait Iacob: Non auferetur ſcep-
trum de Iuda, nec Dux de femore eius, donec veniat qui mittẽ
dus eſt. Significans tunc venturum cum in regno & principa-
tu Iudæorum, cũ nullus de gente Iudaicã dñaretur, ſed ex alie
nigenis aduena, vt fuit Herodes primus cognomento Aſcalo-
nita, patre Idumæus, matre Arabs, teſte Ioſepho libro.18. anti
quitatum. Nam capta Hieruſalem à Pompeio, ducto in vrbem
Ariſtobolo Hircanoq; illius ſucceſſore à Parthis interfecto; á
Romanorum ſenatu Herodes, qui ſuis partibus fauerat, in Iu-
dæorum regem creatus eſt, qui Põtificum ſucceſsionem ſuſtu-
lit, & dignitatem quotannis venalem fecit. Et poſtq̃ triginta v-
no anno regnauit inuitis Iudæis, ſeptuaginta veterum ſenatũ,
quem Moſes inſtituerat, & ad illud vſq; tempus etiã in captiui
tate permanſerat, oĩno ſuſtulit. Deinde conſentiẽtibus & adiu
rantib⁹ in regẽ ſex alijs annis impat, in quorũ initio Chriſt⁹ na
ſcitur, cũ primũ imperij ſceptrũ è Iudæis prorſus defeciſſet, & eo
rum conſenſu ad Ethnicũ alienigenã trãſlatũ eſſet. Hic enim
alienigena primus præfuit Iudæis. Dicitur autem non de fu-
turum



turum imperium à Iuda & ſobole eius, quoniam ipſe à patre
primogenituram adeptus eſt, & proinde maiore ex parte ſuc
ceſſores eorum in omnem populum principatum obtinuerũt,
à quo & vniuerſæ genti Iudæorum nomen inditum eſt. Itaq;
primum caput pro reſiduis tribus capitur per ſinedochen: Iu-
das & femur pro gente & ſobole Iudæorum, vel certe ab
ipſa tribu Iuda nunquam defecit imperium adhuc vſque Hero
dem. Nam in Aegypto ſub Pharaone, in deſerto ſub Moſe,
in Palæſtina ſub iudicibus & règibus, Babylone ſub captiui-
tate, & poſt reditum ſuos ſemper habuit principes tribus Iu-
dæ, quorum catalogum Matthæi.1. & Lucæ tertio legimus.
Tametſi interim parerent alterius tribus duci, vt Moyſi Le-
uitico, Gedeoni, Manaſeo, Tholæ, Iſachæo, Ahialoni Zabi-
loniti, Sanſoni Danæo, Samueli Ephraino, Sauli Benianimi-
to, & alijs. At vbi inducta eſt poſt Iſraelis captiuitatem tri-
buum confuſio, ſublatis præſertim ſenatus iudicibus, nullus
de tribu Iudæ princeps remanſit tempore huius alienigenę.
Quare Chriſtus ſub eo naſcitur, vt Iacobi vaticinium imple-
retur.

### *Hebdomades Danielis.*

Alter locus habetur Danielis nono, vbi certum extat vati- Dan.9.24
cinium de tempore aduentus Meſsiæ: ſed quoniam multa oc
currunt in eo, quæ explicatione indigent, operæpretium erit
ſingulas oraculi partes ſeorſum enarrare.
1 Primum ait: ſeptuaginta hedomadas abbreuiatæ ſunt ſuper
populum tuum, & ſuper vrbem ſanctam tuam, vt conſuma-
tur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur ini-
quitas, & adducãtur iudicia ſempiterna, & impleatur viſio &
prophetia, & vngatur ſanctus ſanctorum. Planè hebdomadas
annorum ſunt, ſicut in Leuitico cap.25. Numerabis, inquit, ti-
bi ſeptem hebdomadas annorum, ideſt, ſepties ſeptem, quæ ſi- leui.25.8
mul faciunt annos quadraginta nouem. Quare ſeptuaginta
hebdomadas reddunt annos quatuorcẽtos nonaginta, ad quo
rum finem delenda erat iniquitas, adducenda iuſtitia, implen-
da Prophetia, & vngendus ſanctiſsimus Meſsias in regem ſem
piternum.
2 Deinde exponit à quo tempore ſumendum erat initium Dan.9.25
ſeptuaginta hebdomadarum dicens: Scito ergo & animad-
P 3 uerte.

uerte ab exitu ſermonis vt ædificetur Hieruſalem, vſq; ad Chriſtum ducem, hebdomades ſeptem & ſexaginta duæ erũt. Et rurſum: ædificabitur platea & muri in anguſtia temporum.

Prima ſententia de initio numerandi hebdomadis. Hie.29.10. Quidam exponunt ab exitu ſermonis vt ędificetur Hieruſalem: ideſt, ab oraculo Hieremiæ cap.29. vbi ait: Cũ cæperint impleri in Babylone ſeptuaginta anni, viſitabo vos, & ſuſcitabo ſuper vos verbum meum bonum, vt reducam vos ad locũ iſtum. Quod refertur 2. Paralypo.36. Et 1. Eſdræ primo, & 3. Eſdræ.1.&.2. quibus in locis dicitur Dominum ſoluiſſe captiuitatem, & ſuſcitaſſe ſpiritum Cyri primi regis Perſarum, vt impleretur ſermo ex ore Hieremię. Protulit autem Hieremias vaticinium hoc anno quarto tranſmigrationis, vt apparet ex eodem Hieremia capit.25.&.26. Quare hebdomades numerare incipiunt ab anno quarto natiuitatis. (2.paralyp.36.22. 1.Eſd.1.1. 3.Eſd.1.57 ibid.21. Hie.25.1 Ibid.26.1)

Secũda ſententia. Zacha.1.12 Alij ab exitu ſermonis: ideſt, à prophetia Zachariæ capit. 1. vbi cũ angelus dixiſſet: vſque quo Domine nõ miſereberis Sion & vrbibus Iuda quibus iratus es? iſte iam ſeptuageſimus annus eſt. Reſpondit Dominus: Reuertar ad Hieruſalem in miſericordijs, domus mea ædificabitur in ea, & perpendiculum extendetur ſuper Hieruſalem, & conſolabitur Dominus Sion, & eliget adhuc Hieruſalem. Erat autem annus ſecundus Darij Hitaſpis, vt ibidem legimus, ſub quo prophetantibus Aggeo & Zacharia & adhortantibus populum, cæperunt iterum admouere manus in ędificium templi aliquot annis intermiſſum: vt habetur.1. Eſdræ.5.&.3. Eſdræ. 5. itaq; numerãt ab anno ſecundo Darij Hitaſpis qui fuit annus.42. poſt primam ſolutionem captiuitatis à Cyro factam. (Ibid.1.1 1.Eſd.5.1. 3.Eſd.5.1)

Veruntamen hæc omnia licet veriſsima ſint: ratio tamen numerandi hebdomades ab ijs initijs non congruit cum hiſtoriographorum chronicis.

Tertia & propria ſententia. Proinde ab exitu ſermonis intelligendum eſt, ab edicto & licentia publica ſoluendi omnino captiuitatem, & redeundi in Hieruſalem, cum reſidua & vniuerſa plebis multitudine, & erigendi muros ciuitatis: quam dedit Darius Artaxerxes Longimanus primùm Eſdræ anno ſecundo & ſexto regni eius: vt legimus.1. Eſdr.4.&.6. deinde Nehemię anno.20. Tunc enim exiuit ſermo à rege, vt iterum ædificaretur Hieruſalem & muri eius, & ſolueretur captiuitas, vt habetur.2. Eſdr.2. Et reædificata (1.eſd.4.24 ibid.6 6 Ibid.6.14 2.Eſd.2.1 Eſd.49.15.)



cata eſt platea & muri eius in anguſtia temporũ: ſcilicet, quinquaginta diebus, vt legimus.2. Eſdræ.6. Quod aperte pronũtiat vaticinium Danielis, indicans hebdomadarum initium ab eo tempore eſſe ſumendum, à quo exijt edictum vt plateæ Hieruſalem & muri eius ædificarentur, vt opere completũ eſt in anguſtia temporum mira celeritate. Quo temporis articulo exitũ, finem, & complementum habuere prædicta Hieremiæ, Aggæi, & Zachariæ vaticinia, nondum enim vſq; ad hoc edictum Longimani perfecta fuerat ſolutio captiuitatis, & reductio populi in Hieruſalem, nec reſtaurata ciuitas nec muris cincta, &. 2. Eſd.1. aperte conſtat. Hinc etiam, eodem initio numerandi hebdomadas ſeruato: exponi poteſt, ab exitu ſermonis, ideſt, à fine, & impletione prophetiæ iſtorum prophetarum: ſolet enim exitus, pro fine vſurpari, vt illud: Exitus acta probat. (2.Eſd.6.15 Dan.9.25. 2.Eſd.1.3)

3. Tertio addit Daniel. Et poſt hebdomadas ſexaginta duas occidetur Chriſtus, & non erit eius populus, qui eum negaturus eſt. Quoniam more Hebræorum ſupra numerauerat hebdomadas ſeptem & ſexaginta duas: nunc ſub maiore numero minorem comprehendit, ac ſi dicat: poſt ſexaginta nouem hebdomades occidetur Chriſtus, nempe in dimidio ſeptuageſimæ. In cuius facinoris vindictam populus Romanus cum duce Veſpaſiano diſsipauit ciuitatem & templum in eum religionis ſtatum nunquam amplius erigendum; nec vrbs in antiquam gloriæ maieſtatem. Ergo vt numerum annorum hebdomadarum colligamus, prætermittendi ſunt centum quadraginta ſex anni, qui ante earum initium præceſſerant: nempe ſeptuaginta captiuitatis ex Hieremiæ. 29. completi ad initium imperij Cyri primi, qui captiuitatem ſoluere cæpit.2. Paralippom.36. Et quadraginta ſex reædificationis, & intermiſsionis templi, ex Ioann. 2. lapſi, ab initio imperij Cyri, vſque ad annum ſextum Darij Hitaſpis, ex.1. Eſdr. 6. atque ex.3. Eſdr.7. Et inde triginta vſque ad edictum perfectæ reductionis populi ſub anno.2. Darij Longimani ex.1. Eſdr.4.3. Eſdræ.8. Et ex Chronographis, quos videre licebit libr.7. harum inſtitutionum ſub Cyro Cambiſe, duobus Magis, Hitaſpide, & Xerxe Aſſuero. (Dan.9.26 Hie.29.10 2.paralyp.36.22 Ioan.2.20 1.Eſd.6.15 3.Eſdr.7.6 1.eſd.4.24 3.Eſd.8.1.)

TRES ENIM Perſarum reges Iudæis libertatem aſſeruerunt: Cyrus primus, Darius Hitaſpis, & Darius Arta-

xerxes Longimanus: vt dicitur. 1. Eſd.6. & 3. Eſd.7. & liquet
ex ratione temporum quæ habetur infra lib.7. cap.8. Hebdo-
modarum autem anni, ita colligendi ſunt, ab anno ſecundo
Darij Longimani in quo exijt edictum perfectæ libertatis Iu-
dæorum, vſq; ad imperium Alexandri in Perſas centum tri-
ginta quatuor, vt videre licet ex Chronographia libro.7. In-
1mac.2.70. de ad principatum Machabęorum, centum quadraginta ſex,
vt habetur.1.Machabęo.2. Ab hoc ad Chriſti natiuitatem, cen
tum ſeptuaginta trium, ex eadem Chronographia. A natiui-
tate vero ad Chriſtum ducem in baptiſmo, triginta, ex Lucæ
lucæ.3.23. 3. Collige quatuorcentum octoginta tres, qui faciunt ſexa-
ginta nouem hebdomadas annorum. In baptiſmo enim Chri
ſtus Spiritus ſancti gratia vnctus, declaratur teſtimonio pa-
tris Dux verbi Dei. In tribus autem annis, & tribus menſi-
Ioan.19.15. bus hebdomadis ſeptuageſimæ prædicat: poſtea Cruci affi-
xus moritur, quem populus & principes negauerunt coram
Pilato dicentes: Non habemus regem niſi Cæſarem.
Dan.9.27. Quarto: Daniel ſubiungit: Confirmauit pactum multis
hebdomada vna, & in dimidio hebdomadis deficiet hoſtia & 4
ſacrificium: nam euangelium quod in vltima hebdomada prę
Hier.31.31. dicauit ante mortem, pactum appellat: ſicut Hieremiæ. 31.
In nouiſsimis diebus feriam vobiſcum pactum nouum, quod
ſignis & operibus miraculoſis confirmauit, & proprio ſan-
guine rubricauit dicens. Hic eſt enim ſanguis meus noui teſta
mat.26.28. menti, cuius morte vaticinia omnia impleta & cõfirmata ſunt
& omnia veteris legis ſacrificia ceſſauerunt, quod eo verbo ſi-
Ioa.19.30. gnificauit: Conſummatum eſt. In quatuor fere annis reſiduis
reſurrectione ſua, aſcenſione in cælum, miſione Spiritus ſancti
& euangelij promulgatione, per diſcipulos confirmauit legis
euangelicæ pactum. Et lapſi ſunt quatuor centum nonaginta
anni, quæ efficiunt ſeptuaginta hebdomades illorum.
Dan.9.27. Deniq; prædicit Daniel deſolandam fore ciuitatem & ſan-
ctuarium, videlicet, per populum Romanorum, duce Veſpa- 5
ſiano: atq; inde perpetuo vſq; in finem mundi permanſuram
in templo abominandam deſolationem, quam dominus præ-
mat.24.15. dixit Matthæi, 24. Cum videritis, inquit, abominationem de
ſolationis, quę dicta eſt à Daniele, ſtãtem in loco ſancto: quod
per Hadriani ſtatuam in templo poſitam impletũ Hieronym⁹
autumat, nos per infidelium conculcationẽ in finem vſq; dura
turam



turam. Hęc temporũ ſupputatio certiſsima cũ ſit, & ex chrono
graphis tã Iudęorũ quam gentium deſumpta, vtroſq; cõuincit
ad fidẽ noſtram ſuſcipiendã, ſi ſemel veritatis prophetiã ſuſ-
ceperint, nec vllũ ſubterfugiũ reſiduũ patet quo elabi poſsint.
Nã ſi donemus falſam eſſe veriſsimã ſupputandi rationẽ (quã
adduximus) tot anni poſt Chriſti redemptoris aduentum lapſi
ſunt, vt oẽs hebdomadarũ rationes excedat. Nec rationi cõſen
taneũ apparet ad ſolamen prophetę vaticiniũ dediſſe, põt tot
longiſsima tempora implendum, pręſertim cũ eo tempore age
retur de Babylonicę captiuitatis ſolutione, nec de hac, quã ſub
omnib⁹ orbis nationib⁹ duriorẽ patiuntur, fit mẽtio ante Meſ
ſię aduentum futura. Quinimo in tanti ſceleris ſuppliciũ de nõ
recepto, & in crucẽ acto Meſsia, ęternas pęnas daturos, ad calcẽ
ſui⁹ vaticinij (ſi alia prętermittamus) Daniel, ꝓpheta prędixit.

## Caput.19. De vtriuſq; teſtamenti conſonãtia *& primum de conceptione Meſsiæ ex Virgine, & deijs quæ pertinent ad infantiam illius.*

PRIMVM omniũ admiranda Meſsię conceptio pręfigurata fuit patribus in veteri teſtamẽto, & à prophe Eſai.7.14.
tis prędicta. Legimus in Eſai.7. Ecce Virgo concipiet
& pariet filiũ: quod oraculum tanquã nouũ, mirabile, & inau ibid.53.2.
ditũ ſignũ datum eſt regi Achaz, ꝙ non eſſet, niſi foret Chriſt⁹
ex perpetua Virgine naſciturus. Ruſus Eſai.53. Erit, inquit, ſi-
cut virgultũ de terra ſitienti, ideſt, non irrigata virili ſemine:
At vtrũq; reſpexit angel⁹ Luc.1. qui interrogãti Virgini: Quo luc.1.35.
modo id fieri poſſet cũ ipſa nõ eſſet cognitura virũ, ait: Spirit⁹
ſanct⁹ ſuperueniet in te, & virt⁹ altiſsimi obũbrauit tibi: quaſi
diceret: fiet quidẽ nõ ex virili ſemine, ſed Dei virtute cui nihil
eſt impoſsibile. Pręfigurata vero fuit Virginis integritas ſub ezech.44.2
porta templi orientali, quam Ezechiel cap.44. clauſam vidit,
cui dictum eſt: Hæc porta clauſa erit, non aperietur, nec vir trã
ſibit per eam quia ſolus dominus tranſiturus eſt. Ita in Canti- can.4.12.
cis, ſub fonte ſignato & horto cõcluſo,

*Meſsias naſciturus Bethlehem.*

De loco natiuitatis Meſsiæ extat apertiſsimum vaticinium mich.2.5.
Mich.5. quod ſacerdotes & ſcribę Herodi perquirẽti, vbi Chri matth.2.6.
ſtus

ſtus naſciturus eſſet? palam & ſimplicisſime obtulerunt. In
Bethlehem, inquiunt, Iudę, ſicut ſcriptum eſt per prophetam:
Et tu Bethlehem Ephrata paruula es in millibus Iuda: ex te e-
xiet dux qui regat populũ meum Iſrael, & egreſsus eius á dieb⁹
ęternitatis. Refert itaq; Matthæ⁹ illud cap. 2. Et tu Bethlehē
terra Iuda. Vtroq; nomine compellabatur Iuda, & Ephrata,
Gen. 35. 19. vt Geneſ. 35. legimus de Rachele, quod mortua ſit in via, quæ
ducit Ephratam, hæc eſt Bethlehem Iudæ. Et addit: Nequaquã
minima es in principibus Iuda: quia tametſi numero ciuium
eſſet minima, dignitate principum erat maxima. Reſiduum
vero vaticinij, ad oſtendendam diuinitatem confert. Id ip-
ſum non adeo palam prædixit pſalm: 131. Ecce audiuimus e-
um in Ephrata, inuenimus eum in campis ſilue. Erat enim
Bethlehem ſita in quadam campi planitie, vbi frumenti co-
pia colligebatur, inde nomen Bethlehem, ideſt, domus panis:
quod ad anagogem mirę quadrat: quaſi dom⁹ in qua panis vitę
Chriſtus natus eſt.

## *Meſsias in templo præſentandus.*

malach. 3. 1 Offerendum fore puerum Ieſum in templo Solomonis, prę
dictum eſt Malachię. 3. ſtatim, inquit, veniet ad templum ſuum
dominator, quem vos quęritis, & angelus teſtamenti, quē vos
vultis. Angelus enim non natura ſed miſione, quia videlicet à
Deo patre miſus, vt proprio ſanguine nouum confirmaret te-
Heb. 9. 20. ſtamētum. Ad quod Paulus alluſit Heb. 9. Hic eſt ſanguis teſta
menti, quod mandauit ad vos Deus. Et ipſe Chriſtus: Hic eſt
mar. 14. 24. ſanguis meus noui & ęterni teſtamenti. Mar. 14. Rurſus Aggęi
Agg. 2. 8. ibid. 10. 2. Veniet deſideratus cunctis gentibus, & replebit domum iſtã
gloria: Et ſubdit: Maior eſt gloria domus huius nouiſsimę, quã
primę. Et plane de materiali gloria intelligi nõ poteſt, quæ nũ
quam pertingit ad gloriam & magnificentiã, quam habuit ſub
1. Eſd. 3. 12. Solomone. Legimus enim. 1. Eſdræ quod filij Iſarael cum vidiſ
ſent templum ſub Eſdra reædificatũ nõ pertingere ad magnifi
centiam prioris gloriæ, plorauerũt. Quare de ſpirituali gloria,
qua per Chriſti præſentiam & aduentum in ipſum fuit illuſtra
tum, intelligendum eſt.

## *Meſsias oſtenſus ab ſtella, adoratus à magis.*

Nu. 24. 17. Nume. 24. Balaam vaticinatus eſt in hunc modum: Orietur
ſtella



ſtella ex Iacob, & conſurget virga Iſrael, & percutiet duces
Moab. Plane ex Balaam in montibus orientis magorum ge-
nus extitit, qui ſapientes erant & aſtrorum obſeruatores. Stel-
la Chriſtum deſignabat, qui fuit virga de radice Ieſse, & percu-
ſit, idolatriæ principes, quos ſub nomine Moab ſignificat vbi
viguit idolatria. Rurſus pſalm. 71. Reges Tharſis munera offe-
rent, reges Arabum & Sabba dona adducent. Inſuper Eſai. pſ. 71. 10.
60. Exurge illuminare Hieruſalem quia venit lumen tuum &
gloria domini ſuper te orta eſt. Multitudo Camellorum o- Eſai. 60. 1.
periet te, dromedarij Madian & Epha. Omnes de Sabba ve- ibidem. 6.
nient aurum & thus deferentes. Hæc ex doctoribus ſacris, &
Eccleſiæ traditione.

## *Meſsias fugiturus in Aegiptum.*

Eſaiæ. 19. Ecce dominus aſcendet ſuper nubem leuem, et in-
gredietur Aegiptum, et comouebuntur ſimulacra Aegipti à Eſai. 19. 1.
facie eius. Nubes deſignat corporis humanitatem, ſub qua ve-
lut ſub nube diuinitatis operiebatur, non grauata, ſed ab omni
peccatorum onere libera. Ad ingreſſum autem eius idola Ae-
gypti corruerunt, vt plures hiſtoriographi ſummo conſenſu re
ferunt: quorum non eſt ſpernenda authoritas maxime vſu Ec
cleſiæ approbata.

## *Pro Meſsia interficiuntur infantes.*

Hieremię. 31. Vox in excelſo audita eſt, lamentationis luct⁹ Hier. 31. 15.
& fletus Rachel plorantis filios ſuos, & nolentis cõſolari ſuper
eis quia non ſunt. Quam adduxit Matth. cap. 2. pro infantibus
ab Herode interfectis. Rachel autem regionē ſignificat, in qua mat. 2. 18.
ſepulta erat, vel filios ſuos Beniamini poſteros: ſub cuius ſorte
Hieruſalem cecidit cum pagis finitimis.

## *Meſsiæ reditus de Aegypto.*

Apud Oſſeam cap. 11. legimus: Ex Aegypto vocaui filium Oſſe. 11. 1.
meum: quod non ſolum de populo è captiuitate educto, ſed
de vero filio Dei Ieſu Chriſto intelligendum eſt. Refert nanq;
Matth. cap. 2. ad eandem rem hoc vaticinium. mat. 2. 15.

## *Meſsias Nazarenus.*

Quoniã Nazarethe conceptus, & poſt reditũ de Aegipto il
lic nutrit⁹, dictus eſt Ieſus cognomēto Nazaren⁹: Sic prenũtia
tum

Iud.13.5 Math.2.23 tum in Sanſon, de quo dicitur, Nazaræus vocabitur. Quod va
ticinium retulit Matthæus cap.2. Vt impleretur, inquit, quod
Eſai.11.1. dictum eſt per Prophetas: Nazaræus vocabitur. Eſaiæ præte
rea capit.11. vbi nos legimus: flos de radice eius aſcendet: He-
braicè legimus: Nazareus de radice eius aſcendet. Itaq; dictio
Hebraica abſq; tranſlatione ſonat cognomen Chriſti: tranſla-
ta vero florem ſeu ſanctitatem, quibus nominib⁹ paſsim á Pro
phetis appellatur Meſsiah.

## Caput.20. De prædicatione Baptiſtæ, Chriſti *doctrina & miraculis.*

Eſai.4.3 math.3.3. ESai.40. Vox clamantis in deſerto: parate viam Dñi,
rectas facite in ſolitudine ſemitas Dei noſtri. Prædica
bat autē Ioannes in deſerto Iudeæ præparans viā Do
luc.1.76 mini in cordibus hominū. Vnde Zacharias Lucæ.1. Et tu puer
Propheta altiſsimi vocaberis, præibis enim ante faciem Do-
malach.3.1 mini parare vias eius. Et Matthę.3. refertur hoc Eſaiæ oracu-
math.11. 10. lum. Rurſus Malachi.3. Ecce ego mitto angelum meum, qui
marc.1.2. præparabit viam ante faciem meam. Affert Chriſtus hoc vati-
cinium cum reſiduo Eſaiæ in Ioanne impletum. Matthæi.11.
& Marci primo.

### *Prædicatio Chriſti.*

Eſai.9.2. Eſaiæ.9. Populus, qui ambulabat in tenebris vidit lucē mag
nā, ſedentibus in regione vmbræ mortis lux orta eſt eis. Elegā
ti metaphora ſumpta ab ijs, q in tenebris verſantur, exprimit
mentes hominum illorum idolatriæ erroribus obcæcatas, à
quibus verus ſol iuſtitiæ ſuæ doctrinæ & fidei ſplendore eri-
math.4.16 puit. Refert hoc teſtimonium Matthę.4. tunc fuiſſe impletū
cum Dominus prædicationem incæpit tranſlato domicilio in
Capharnaum ciuitatem maritimam in confinibus Zabulon &
Eſai.61.1.2 Neptalim. Rurſus Eſai.61. Spiritus Domini ſuper me annun-
ciare pauperibus miſit me, vt mederer contritis corde, capti-
uis indulgentiam, & clauſis apertionem, vt prædicarem annū
placabilem Domino, & diem vltionis Deo noſtro, vt conſola
rer omnes lugentes. Quam de ſeipſo interpretatus eſt Chri-
ſtus in Synagoga Nazareth legens Eſaiæ librum, vt habetur
luc.4.18. Lucæ.4.

Chriſti



### *Chriſti Miracula.*

Vaticinat⁹ eſt vitam, cōuerſatoinē, & opera mirabilia Chri
ſti. Eſaias cap.35. elegantiſsimis appoſitiſsimiſq; tranſlationi- Eſai.35.1.
bus ſignificans lætitiam & gloriam deſertæ, oppreſæ, & pecca
tricis Hieruſalem. Lætabitur, inquit, deſerta & inuia, & exulta
bit ſolitudo, & florebit ſicut lilium: Germinans germinabit &
exultabit lætabunda. Deinde ad literam ſubnectit apertā pro-
phetiam: Ecce Deus veſter, Deus veniet & ſaluabit vos: Tūc ibidem. 4.
aperientur oculi cæcorum, & aures ſurdorum patebunt: tunc
ſaliet ſicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorū. Quod
vaticinium in Chriſto impletum eſſe teſtatur ipſe apud Math.
cap.15. vbi Ioannis diſcipulos remittens ad Ioannem in carceri mat.15.30.
bus coniectum, ait: Renuntiate illi: claudi ambulant, cæci vi- Eſai.8.18.
dent &c. Rurſus Eſai.8. Ecce ego & pueri mei, quos dedit mi-
hi dominus in ſignum & portentum in Iſrael. Quod oraculum
de Chriſto & Apoſtolis, qui miracula operati ſunt, interpreta
tur in Epiſtola ad Hebræos cap.2.

### *Cæcitas Iudæorum, & conuerſio Gentium.*

Eſai.6. præcepit dominus prophetæ vt vaticinaretur ad po-
pulū: Vade, inquit, & dic populo huic: Audite audiētes & noli Eſai.6-9.
te intelligere, & videte viſionem, & nolite cognocere. Excæ-
ca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius clau-
de ne forte videat oculis ſuis, & aurib⁹ ſuis audiat, & corde ſuo
intelligat, & conuertatur & ſanem eum. Et dixi: vſq; quo dñe?
Et reſpondit: Donec deſolentur ciuitates, abſq; habitatore, &
domus ſine homine, & terra relinquetur deſerta. Et longe fa-
ciet dominus homines & multiplicabitur quæ derelicta fuerat
in medio terræ. Vaticinium hoc retulit dominus, Matth.13. ac mat.13.14.
expoſuit impletum fuiſſe in populo Iudæorū. Et Paulus ſemel Act.28-26
actor.28. atq; iterum ad Rom.11. Vtrobiq; autem eleganter in Rom.11-8.
terpretatus oraculum oſtendit in Iudæis eſſe completum. Et ſi
mul affert aliud ex pſal.68. Obſcurentur, inquit, oculi eorum pſ.68.24.
ne videant, & dorſum eorum ſemper incurua. Qui ob mentis
eorum cęcitatem & duritiam cordis permiſit Deus & rerum
cæleſtium, quæ ſurſum ſunt, obliti ſolum terrena ſaperent, &
auide contuerentur.

### *Ingreſſus in Hieruſalem cum triumpho.*

Zachariæ.9. Exulta ſatis filia Sion, iubila filia Hieruſalem: Zach 9.9.
Ecce

Ecce rex tuus veniet tibi iuſtus & ſaluator, ipſe pauper & aſcē
dens ſuper aſinam, & ſuper pullum filium aſinę: & diſperdet
quadrigam Ephraim, equum Hieruſalem, diſsipabitur arc⁹ bel
li, loquetur pacem gentibus, poteſtas eius à mari vſq; ad mare,
& à fluminibus vſq; ad fines terræ. Quod vaticiniū apertiſsime
impletum legimus. Matth. 21. cum Chriſtus in die palmarum
receptus cum populi acclamatione: Oſanna filio Dauid, bene
dictus qui venit in nomine dñi, oſanna in excelſis. Rurſus ea
dem acclamatio prænuntiata eſt in pſalmo. 117. O domine ſal-
uum me fac, ò domine bene proſperare, benedictus qui venit in
nomine domini: Deus dominus illuxit nobis. Inſuper in ea-
dem puerorum & plebis acclamatione impletum eſt illud pſa.
8. Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem tuam.
Quod vaticinium dominus in os phariſæorum coniecit, dum
calumniarentur eum quod puerorum laudes ſufferret, quaſi ca
canibus latrantibus offam obtrudens.

## Caput. 21. De traditione Chriſti & venditionis pretio.

DAVID in pſalmo. 40. vaticinatus eſt: Qui edebat pa
nem mecum, magnificauit ſuper me ſupplantationē.
Et rurſus pſalmo. 54. Si inimicus meus maledixiſſet
mihi, ſuſtinuiſſem vtiq;: Tu autem homo vnanimis dux me-
us & notus me⁹, qui ſimul mecum dulces capiebas cibos. Quæ
diuina oracula oſtendit Chriſtus tunc eſſe in ſe ipſo per Iu-
dam impleta, cum in vltima cæna dicebat diſcipulis Ioannis.
13. Scio quos elegerim, ſed vt impleatur ſcriptura: Qui man
ducat panem meum leuabit ſuper me calcaneum ſuum. At
vero Zachariæ. 11. de pretio extat vaticinium: Appenderunt,
inquit, mercedem meam triginta argenteos, vt legimus Mat-
thæ. 27. Vbi affertur hoc vaticinium cum reſiduo, quod per
typum legimus in Hieremia.

### De ſpontanea Chriſti traditione ad mortem.

Eſaiæ. 53. apertum eſt vaticinium: oblatus eſt, inquit, quia
ipſe voluit. Et paulo poſt: Ideo diſpertiam & plurimos, & for-
tium diuidet ſpolia, pro eo quod tradidit in mortem animam
ſuam



ſuam proculdubio ſponte. Sic enim ipſe dicebat: Ego pono a-
nimam meam vt iterum ſumam eam: Nemo tollit eam à  Ioan. 10.
me, ſed ego pono eam à me ipſo. Poteſtatem habeo ponendi
animam meam, & iterum ſumendi eam. Rurſus Threnorum
4. ſpiritus oris noſtri Chriſtus dominus captus eſt in peccatis
noſtris, cui diximus, in vmbra viuemus in gentibus. Spiritum  Thre. 4. 20.
oris noſtris appellat quo reſpiramus, viuimus, mouemur & ſu
mus, vt Paulus dixit in actis.  Act. 17. 28.

### Chriſtus derelinquendus à ſuis.

Zachariæ. 13. Vaticinium eſt. Percutiam paſtorem, & diſper
gentur oues gregis. In ſe ipſo fuiſſe adimpletum prædixit Chri  Zach. 13. 7.
ſtus diſcipulis paulo ante captionem. Omnes, inquit, ſcanda-  mat. 26. 31.
lum patiemini in me in iſta nocte: ſcriptum eſt enim, percutiā
paſtorem & diſpergentur oues gregis. Præfiguratum id quidē  hiere. 32. 2.
fuit ſub typo Hieremiæ in carcerem coniecti.

### Concilium contra Chriſtum.

Vaticinium eſt in pſa. 70. Concilium fecerunt in vnum dicē  pſ. 70. 10.
tes: Deus dereliquit eū, perſequimini & cōprehendite eū, quia
non eſt qui eripiat. Et pſ. 2. Aſtiterunt reges terrę & principes  Pſ. 2. 2.
conuenerunt in vnum aduerſus dominum & aduerſum Chri-
ſtū eius. Quod Petrus in actis expoſuit de coniuratione Pilati  Act. 4. 25.
Herodis, & principum Iudęorum aduerſus Ieſum filiū Dei. Et  pſ. 21. 13.
pſ. 21. Circundederunt me canes multi, conſilium malignan-  ibidem. 22
tium obſedit me. Et pſ. 21. Salua me ex ore leonis, & à cornibus  Geñ. 34. 25
vnicornium. Præfiguratum in concilio Simeonis & Leui. Et  ibid. 49. 5.
Rurſus ſub Achitophelis & Abſalonis.  2. reg. 17. 2.

## Caput. 22. De alapis, ſputo, & flagellis, & reliquis ad paſsionem ſpectantibus.

ESAIAE. 50. Dedi corpus meū percutientibus, & ge-  Eſai. 50.
nas meas vellētib⁹, non auerti faciē meā ab increpātib⁹
& cōſpuentib⁹ in me. Et pſ. 34. Cōgregata ſūt ſuper me  pſ. 34. 15.
flagella & ignoraui. Et alibi: Tota die flagellatus ſum. Eſaias  pſ. 72. 14.
caput. 53. Non erat ei aſpectus neq; decor. Et: vidimus eum  Eſai. 53.
& non erat aſpectus, & deſiderauimus eum: Aſpectū & nouiſ
ſimum virorum, virum dolorum, & ſcientem infirmitatem. Et
erat

erat quaſi abſconditus vultus eius & deſpectus, vnde nec repu-
tauimus eum. Putauimus quaſi leproſum percuſum à Deo &
humiliatum. Sed liceat paulis perfilum orationis abrumpere.
Quis te percuſsit & fœdauit ſplendor gloriæ? ſpecioſus quí-
dē tu præ filijs hominum, pulchritudo agri pleni & totius vni-
uerſi, gloria Lybani, decor Carmeli & Saron: immo decor pa
tris æterni, & figura ſubſtantiæ eius, candidus & rubicundus e-
lectus ex millibus, vt clamat ſponſa. Vnde ergo iſta deformi-
tas? plane à peccatis meis: Vulnerat⁹ propter iniquitates meas,
attritus propter ſcelera mea, tuo tamen liuore ſanandus. O ſi-
quis mihi daret fontem lacrimarum, vt die ac nocte prę animi
dolore plorarem, piumq; fletum effunderem.

*Chriſtus cruci affigitur.*

Exiuit Ieſus portans coronam ſpineam, & baiulans ſibi cru
Io.19.17. cem: exiuit in Caluariæ locum interfectorum oſsibus & crauijs
oppletum & conſpurcatū, proinde Hebraice Gulgoleth, Chal
daice Golgotha. Ibat ergo rex gloriæ deferens regium ſceptrū,
& principatum ſuper humerum ſuum, vt impleretur Eſaię va-
Eſai.9.6. ticinium. Affigitur, & clauibus manus pedeſq; perforantur,
quod pręedixerat Dauid pſ.21. Foderunt manus meas & pedes
pſ.21.17. meos, & dinumerauerūt omnia oſſa mea. Et Zach.13. Quę ſunt
Zach.13.6. plagæ iſtę in medio manuum tuarum? Et quaſi respondēs, ſub-
nectit: his plagatus ſum in domo eorum, qui me diligebāt. De
apertione vero lateris idem propheta: Videbunt in quem trāſ
idem 12.18 fixerunt. Quod vaticinum retulit Ioannes vbi dixit quod non
confregerunt Chriſti crura, ſed miles lancea latus aperuit, & e-
xiuit ſanguis & aqua. Et ſubdit: facta ſunt enim hęc vt ſcriptu-
ra impleretur, os non confringetis ex eo: & iterum alia ſcriptu
ra dicit, videbunt in quem tranſfixerunt.

*De Solis Eclypſi.*

Ab hora ſexta, nempe in meridiei articulo quo Chriſtus in
crucem actus eſt vſq; ad horam nonam, quę nobis eſt tertia po
meridana: ſol obſcuratus eſt interpoſitione lunæ, vt Dioniſius
ait ſe obſeruaſſe, ac proprijs oculis conſpexiſſe quando eā pro
tulit ſententiam: aut Deus naturæ patitur, aut mundi machi-
na diſsoluitur: ſeu (vt Hieronymus putat) per ipſius etiam ſolis
deliquium. Nō enim paſſus eſt creatorem nudum ſuſpendi in
altum, vt tanquam male factor ab omnib⁹ conſpiceretur lucis

pro



proprijs radijs. Luget mundus, obtenebreſcit ſol, petræ quatiū
tur, terra cōmouetur & tremit, ſaxa cōquaſſantur, velum tem
pli ſcinditur, mortuorū monumēta dehiſcūt. Solus homo pluſ
quam ferreus non dolet, non cōmouetur, non ſentit. Vaticina
tus autem erat Amos in hunc modum: Et erit in die illa, dicit
Dominus: occidet Sol in meridie. & tenebreſcere faciam terrā Amos. 8.9
in die luminis.

De veſtium partitione. Milites ergo cum crucifixiſſent eū, Ioā.19.23
acceperunt veſtimenta ſua & fecerūt quatuor partes, vnicuiq;
militi partem & tunicam: Erat autem tunica inconſutilis, de-
ſuper contexta per totum. Dixerunt ergo adinuicem: Non
ſcindamus eam, ſed ſortiamur de illa cuius ſit: vt impleretur
ſcriptura, quæ dicit: Partiti ſunt veſtimenta mea ſibi, & in ve pſ.21.16
ſtem meam miſerunt ſortem. Eſt autem vaticinium deſum-
ptum ex pſalmo.

*Deſcendit ad inferos, educitq́ patres.*

Ait Zacharias capit.9. Tu quoq; in ſanguine teſtamenti tui Zach.13.18
emiſiſti vinctos tuos de lacu in quo non erat aqua. Sanguinē
Chriſti appellat noui teſtamēti, quoniam per illum confirma-
tum eſt (vt paulo ante dicebamus) quo etiam redempti ſum⁹.
Rurſus Oſſeæ.13. De manu mortis liberabo eos, de morte re- oſeæ.13.14
dimam eos, ero mors tua ò mors, morſus tuus ero inferne.

## Caput.21. De reſurrectione Chriſti, & reſiduis *myſterijs illius.*

AD hunc modū Dauid vaticinatur in pſal.3. ſub perſo- pſ.5.9
na Chriſti. Dormiui & ſoporatus ſum, & exſurrexi: pſ.11.10
quoniam Dominus ſuſcepit me. Et pſ.15. Non derelin
ques animam meam in inferno, nec dabis ſanctum tuum vide-
re corruptionem. Quod oraculum attulit Petrus Apoſtolus Act.2.20
& expoſuit de Chriſto redēptore actor.2. capi. in hunc modū:
Viri fratres liceat audenter dicere ad vos de Dauid, quód de-
functus eſt & ſepultus, & ſepulchrum eius eſt apud nos. Pro-
pheta ergo cum eſſet, de reſurrectione Chriſti locutus eſt, qui
nec derelictus eſt in inferno, nec caro eius vidit corruptionē.
Hæc Petrus. Id ipſum retulit Apoſtolus Paulus acto.13. in cō ibid.35
cione ad Iudæos Antiochenos Piſidiæ habita: Dauid, inquit.

Q dor-

dormiuit & appoſitus eſt ad patres ſuos, & vidit corruptionē.
Ieſus autem, quem Deus ſuſcitauit, non vidit corruptionem:
dicit enim: Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem.
Ionæ.2.11 Iudi.16.3 Huius figura extitit egreſſus Ionæ de vētre Ceti, quod Domi
nus expoſuit in euangelio. Et in ſurrectione matutina Sanſo-
nis cum eripitur de manu militum cuſtodientium illum.

## *De aſcenſione in cælum.*

pſ.49.6 pſ.67.19 Pſalmo.46.dicitur: Aſcendit Deus in iubilatione, & Domi
nus in voce tubæ. Et alibi: Aſcendens in altum captiuam du-
Eph.4.8 xit captiuitatem, dedit dona hominibus. Quod aperte inter-
pretatur Apoſtolus ad Ephe.4. Aſcendens, inquit, in altū cap
tiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibꝰ. Quod autem
aſcendit, quid eſt, niſi quia & deſcendit primum in inferiores
4.reg.2.11 Iud.16.3 partes terræ? Qui deſcendit, ipſe eſt qui aſcendit ſupra omnes
cælos. Præfiguratum id quidem in raptu Heliȩ per currum ig
neum, & in Sanſone aſcendente in montem, & deferente ſecū
portas ciuitatis.

## *De miſſione Spiritus ſancti.*

Iohe.2.28 Iohelis.2. Vaticinium extat de miſione Spiritus ſancti. Ef-
fundam (inquit Dominus) ſpiritum meum ſuper omnem car-
nem, & prophetabunt filij veſtri, & filiæ veſtrȩ, ſenes veſtri ſō-
nia ſomniabunt, & iuuenes veſtri viſiones videbunt, & ſuper
ſeruos meos & ancillas meas effundam ſpiritum meum in die-
bus illis. Per ſomnia intelligit, viſiones illas quas Dominus,
dum vult, per quietem immittit, vt Magos & Ioſephum non
ſemel per ſomnium admonuit, vt ſæpe legimus in veteri te-
Act.2.17 ſtamento. Hoc idem vaticinium retulit Petrus Actuum A-
poſtol.cap.2.in prima concione, quam habuit ad plebem ſta-
tim poſt acceptum Spiritum ſanctum. Viri, inquit, Iudæi qui
habitatis Hieruſalem hoc vobis notum ſit, & auribus percipi-
te verba mea: Non enim, ſicut vos æſtimatis, hi ebrij ſunt, cū
ſit hora diei tertia: ſed hoc eſt quod prædictum eſt per Prophe
tam Iohel: In nouiſsimis diebus effundam ſpiritum meum &c.
Id enim habet eccleſiæ traditio ex poemate Gregorij

*Iudæa tunc incredula,*

Veſana



*Veſana toruo ſpiritu,*
*Ructare muſti crapulam*
*Alumnos Chriſti concrepat.*
*Sed ſignis & virtutibus*
*Occurrit, & docet Petrus*
*Falſa profari perfidos,*
*Iohele teſte comprobans.*

Id ipſum præcinit Eſaias cap.44. Tametſi paulo latentius.
Hæc dicit Dominus: Effundam aquas ſuper ſitientem, & fluē Eſai.44.3
ta ſuper aridam. Effundam ſpiritum meum ſuper ſemē tuum,
& benedictionem ſuper ſtirpem tuam.

## *De aduentu ad Iudicium.*

Apertiſsimum eſt vaticinium Iohelis tertio. Congregabo Iohel.3.2
omnes gentes, & ducam eas in vallem Ioſaphat, & diſcepta-
bo cum eis. Nec mouere quenquam debet loci anguſtia, cum
prȩterquam quod diuina virtute multa fiunt, quæ nos latent,
non tantum intra montium cacumina in anguſtiſsima valle
gentium omnium congregatio futura eſt, ſed etiam ſupra in
eadem regione ad ſupremum vſque protenſa. Merito tamen
ibi iudicium futurum eſt, vbi mater conſepulta fuit, & vnde in
cælum aſſumpta, vt tantæ parenti tantꝰ honor deferatur. Præ
ſertim quod inde rex Chriſtus aſcendit in cælum, illuc ad iudi
cium cum maieſtate iudex reuerſurus, ac maxime rationi con-
ſonum eſt, vt illic ſeſſurus in throno maieſtatis ſit ad iudicādū
homines, vbi ab eiſdem iudicatus cū dedecore, pro eorū tamē Eſa.3.13
ſalute crucis patibulum aſcenderat. Rurſus Eſai.tertio. Stat ad
iudicandum Dominus, ſtat ad iudicandos populos: Dominus
ad iudicium veniet cum ſenibus populi ſui, & principibus eiꝰ.
Per ſenes, Prophetas & Patriarchas intelligit: per principes, pſ.95.13 pſ.97.9
angelos & Apoſtolos. Dauid quoq; in pſ.95.&.97. Dñs iudi-
cabit orbem terræ, iudicabit populos in æquitate. Inſuper: Da Dani.7.9 A.
nielis ſeptimo, prophetȩ viſio de iudicio refertur: Aſpiciebam,
inquit, donec throni poſiti ſunt, & antiquus dierū ſedet: veſti-
mentum eius candidum ſicut nix, & capilli capitis eius quaſi
lana munda; thronus eius flamma ignis, rotæ eius ignis ac-

 cenſus

cenſus. Fluuius igneus rapidusq; egrediebatur à facie eius: mil
lia millium miniſtrabant ei, & decies millies centena millia aſ-
ſiſtebant ei: iudicium ſedit, & libri aperti ſunt. Candor veſtimē
torū ad maieſtatem gloriæ pertinet, ſicut & thronus ad autho-
ritatem iudicis. Capillorum vero canities ad grauitatem, vt in
ſenibus accidere ſolet. Fluuius igneus ex ore egrediés: per me-
taphoram ſeueritatem iudicij, & iram vindictæ in improbos
Ps.49.3 ſignificat. Quo dicendi ſchemate idem iudicium præcinit Da-
uid in pſalmo: Ignis in conſpectu eius exardeſcet, & in circui-
tu eius tempeſtas valida. Aduocauit cælum deſurſum, & terrā
Hiere. 25.30 diſcernere populum ſuum. Hierem. 25. Dominus de excelſo ru
giet, & de habitaculo ſancto ſuo dabit vocem ſuam. Rugiens
rugiet ſuper decorem ſuum, celeuma quaſi calcantium conti-
netur aduerſus omnes habitatores terræ, quia iudicium Domi
no cum gentibus, iudicatur ipſe cum omni carne, impios tradi
Apocalyp 6.12 dit gladio. Quinetiam Ioannes in Apocalyp. cap. 6. Ecce terræ
motus magnus factus eſt, & Sol factus eſt niger tanquam ſacc⁹
cilicinus, & Luna tota facta eſt ſicut ſanguis, & ſtellæ de cælo
Matth. 24 29 ceciderunt. Quæ omnia Chriſtus apertius nos docuit Matthę.
Luc. 21. 25 24. & Lucæ. 21. Et Ioannes quidē in Apoc cap. 20. apertiſsime:
Et vidi, inquit, thronū magnū candidū, & ſedentem ſuper eū,
à cuius conſpectu fugit terra & cælum, & locus nō eſt inuent⁹
eis. Et vidi mortuos magnos & puſillos ſtantes in conſpectu
throni: & libri aperti ſunt: & alius liber apert⁹ eſt, qui eſt vitæ:
& iudicati ſunt mortui ex ijs quæ ſcripta erant in libris ſecun-
dum opera ipſorum. Et dedit mare mortuos, qui in eo erant:
& mors & infernus dederunt mortuos ſuos, qui in ipſis erant,
& iudicatum eſt de ſingulis ſecundum opera ipſorum. Et infer
nus & mors miſi ſunt in ſtagnum ignis. Hæc eſt mors ſecunda.
Et qui non eſt inuentus in libro vitæ ſcriptus, miſus eſt in ſtag
num ignis. A quo gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti liberari
ſperamus.



# EVANGELICARVM INSTITVTIONVM LIBER SEXTVS.

*De Geographia terrę promiſsionis, ad intelligenda loca in ſcripturis contenta: pręſertim ea in quæ Chriſtus diuertit.*

## Caput. 1. De Geographia Paleſtinæ & Phœnicis & *terminis totius terræ promiſsionis.*

INTER ALIA QVAE AD ſacras literas intelligendas veteribus & ſanctiſsimis patribus neceſſaria viſa ſunt, vnum eſt, idq; ſatis præcipuū toti⁹ terræ Iſraeliticæ genti promiſſę, ac p duodecim tribus partitæ, vrbes, oppida, montes, inſignia loca, flumina, fontes, & maris littora peculiari quadam notitia cognoſcere. Nā ad rerum hiſtoriam & Prophetarum vaticinia lucidius intelligēda confert plurimū loca & tempora, in quibus acta ſunt, quaſi præ oculis habere: quod geographia & chronographia præſtant, de quibus in hoc libro diſputare decreuimus. Frequēter enim in literis ſacris, potiſsimum euangelicis, mōtium, vrbiū, oppidorū, fluminū, & vtriuſq; maris nomina occurrunt, quorum deſcriptionem proinde ſubnectere ad earū rerū exactam intelligentiam operæpretium eſt. Opus quidem ſatis impeditū, & mille difficultatibus implicatū, ac facundiæ minime capax aggredior. Nec eſt animus omnes Syriæ prouincias percurrere, tametſi in eiſdem plura ſint loca, quorum mentio in arcanis libris paſsim habetur: ſed duntaxat ea, quæ Chriſtus redēptor noſter ſua pręſentia illuſtrauit, quę ſunt in Paleſtina & Phænicia. Magna nāq; Syria à ſeptētrione Iſſæis mōtibus Ciliciæ: ab oriente Aſſyria, Babylonia, & Chaldæa: ab Euro Arabia deſerta, Petræa & Aegypto: ab occidente mari magno cōcluditur. Plures autem prouincias cōpiectitur, Cappadociam

Gen.11.31 iob.1.1 vtrãq; ,ſiue Aramæam inter Pontum & Taurum mõtẽ, vnde Aramæni: Meſopotamiã inter Tygrim & Euphratẽ, vnde ortus Abrahã: Syriã Damaſci, vbi campus Damaſcenus & terra Hus, vbi ortus Iob: Syriã Anthiochiæ, vbi Petrus primã ſedẽ poſuit, & primum Chriſtiani vocati ſunt: Phęniciam ſeu geminam Galilęã ſuperiorẽ & inferiorem, & Paleſtinam, quæ Samariam & Iudæam cõtinet. De his ergo quatuor Iudæa, Samaria, vtraq; Galilæa dicẽdũ eſt. Quæ à ſeptẽtrione à radicib⁹ mõtis Antilybani, vnde Iordanes oritur, in meridiẽ ad Berſabeã & Aegyptũ, longitudine, centũ ſexaginta ſex milliaribus diſtenduntur: latitudine maxima, milliaribus ſeptuaginta, ab occaſu mari magno, verſus verò ortũ ad Iordanem. Itaq; prætermiſſis regionibus vltra Iordanẽ ſitis, reſiduum terræ promiſsionis cingitur ab occaſu, mari magno: à ſeptẽtrionib⁹, Antilybano: ab ortu, Iordane; à meridie, Maiona fluuio: de quibus primum dicendum eſt.

## Caput. 2. De quatuor terminis terræ promiſſionis, *qui ſunt, Mare, Lybanus*, Iordanes, *Maiona*.

Mare. MARE mediterraneũ ab occaſu vi quadã naturæ per fretũ Hieruſalẽ procurrit ad ortũ, donec Syriæ fonte reprimitur: quæ ora maris occaſui oppoſita, longitudine à meridie in ſeptẽtrionem tenditur, ac omne latus terræ ꝓmiſſæ complectitur à Maiona fluuio vſq; Adonim è Lybano profluentem.

Lybanus. Mons Lybanus omnium regionis illius altiſsimus, media æſtate niuibus operitur: inter varia arborum genera excelſas cedros alit. Verſus mare mediterraneum in duo cornua diſcinditur, quorũ alterũ Lyban⁹ eſt, qui ad Sydonẽ vſq; protenditur: alterum Antilybanus, qui ad Galileæ confinia deflexus procurrit. Inter quos vallis amæniſsima muro quondam præcluſa, Decapolitana regio introrſus eſt, quam interluunt flumina Magoras, Lycos & Adonis. Ergo Antilybanus Galilæam verſus porrectus pluribus nominibus gaudet: nam toto dorſo Lybanum dicitur, à tergo ſeptẽtrionali, Seir, ab Iordanis. orientali & meridiano, Hermon: ab Occidentali, Galad. Profluit Iordanes à duobus fontibus, Ior, & Dan, qui ad radices Antilybani ſcaturiunt, ad Cæſarem Philippi coeuntes Iordanis



danis nomen fluuio dederunt. A ſeptentrione in meridiem defluens terram promiſsionis irrigat. Ioſephus libro de bello Iudaico. 18. exiſtimat primarium Iordanis fontem eſſe Phialẽ, indeque ſubtus terram quindecim milliaribus ab Oriente vſq; Paneadem ſub Antilybano profluere, quod Philippus paleis illinc miſsis hucuſque redditis demonſtrauit. Amnis amænus, & quatenus locorum ſitus patitur, ambitioſus, accoliſque ſe præbens velut inuitus. Vbi prima conualliũ fuit occaſio, in lacum ſe fundit, quem plures Geneſaram vocant, ſexdecim millium paſſuum longitudinis, & ſex millium latitudinis: amænis etiam circunſeptus oppidis. Deinde Aſphaltitem lacum ſulphureis aquis ex vrbium ſubuerſiõe dirum natura petit, à quo poſtremo ebibitur, aquaſque laudatas perdit peſtilentibus miſtas. Ibique ſulphureis aquis aſſumitur, vel ſubterraneus in mare ſubterfluit. Aſphaltites lacus longitudine excedit centũ millia paſſuum, latitudine maxima viginti quinque implet, minima ſex. Sed de illo paulo poſt.

Ab extremo Aſphaltitis verſum meridiem montes decurrunt vſque ad mare Syriacum, quibus latus meridionalis Iudeæ cingitur, è quorum latere Auſtrali vberrim⁹ fons ſcaturit, è quo Maiona fluuius ad montium radices præterfluit vſq; ad mare mai⁹, in quod prope Berſabee prolabitur. Hinc Dan Iordanis fons, & Berſabee Maionę terminus, extrema ſunt terræ promiſſæ. Vnde illud: Collectus eſt omnis populus à Dan vſq; Berſabee. Et illud: Ab introitu Emath vſq; ad riuũ Aegypti. Maiona.

## Caput. 3. De Iudæa, & oppidis illius.

DE Iudæa à Samaria & Galilæa diuiſa iure prius proloquendum eſt. Nam tametſi Iudeæ nomine tota Paleſtina & Idumæorum ditio ſæpe intelligatur, hæc tamẽ, vt eſt peculiaris prouincia, à cęteris ſeiuncta ponitur. Iudæa verſus Aegyptũ ſita auſtralẽ plagã obtinet, Galilæa ſeptẽtrionalẽ, Media eſt Samaria, de quibus poſtmodũ. Protendit itaq; Iudæa fere milliario octogeſimo quinto: longitudine à Berſabee, quæ Aegypto confinis eſt iuxta fluuium Maiona, vſq; ad mõtem Ephraim, latitudine vero milliario ſeptuageſimo à lacu Aſphaltite vſq; ad mare mai⁹, tametſi interim vſurpetur quatenus vltra Iordanem aliquot oppida complectitur. 2.reg.17.11 2 pa y.7.8

Mat.19.2. vt Matthæ.19. Migrauit Ieſus à Galilæa & venit in fines Iudeę
trans Iordanem. Igitur hęc regio cecedit in ſortem tribus Iudę
& Beniamin, cuius metropolis & regia Hieroſolyma eſt. Sub
Iudæa ſunt hæ ciuitates, Hieruſalem, Bethlehem, Hebron,
Hiererico, Bethel, Ephraim, Arimathea, Nicopolis, Charia
Thiarim, Eleutropolis, Enggaddi, Siceleg, Cades, Barnee, &
Berſabee.

## *Hieruſalem.*

pſ 89.1. Hieruſalem Orientalium vrbium præclariſsima, ſupra Mo
riam & Sion montes conſtituta, vt pſal. 86. ait: Fundamenta
eius in montibus ſanctis: olim à rege Chananæorum condita
dicta eſt Salem: poſt à Iebuſæo poſſeſſa IebusSalem, vocis
corruptione Hieruſalem, quam inſtaurauit Dauid, & amplia
uit Solomon, Poſt Hieroſolyma quaſi ſacra ciuitas: Tandem
Helia ab Helio Hadriano reędificata. Murorum ambitus quin
que millium paſſuum eſt, centum ſeptuaginta quatuor turribus
munita. In uertice Sionis, qui ad Auſtrum ciuitati imminet,
arx Iebuſęorum fuit, poſtmodum turris Dauid appellata. In al
tero monte, nempe Moria, templum Solomonis eſt in confi-
nio Sionis in decliuiarea, ibi inferior & maior ciuitas. Ad occa
ſum Caluarius mons, olim extra, nunc intra mænia ciuitatis.
Ibi Abraham olim voluit Iſaac filium immolare, vbi Chriſtus
pro hominum ſalute poſtea cruci affigi voluit. Portas octo hā
bet. Prima dicitur porta Dauid ſeu piſcium, ac negotiatorum,
in latere occidentali montis Sion, qua patet iter in Ioppem &
oram maris & Aegyptum. Paulo ad ſeptentrionem porta Ie-
bus, ſeu iudiciaria, quod per eam damnati in Caluarium duce
rentur, in murorum ruinis intra vrbem cōſpicitur. Reſpondet
altera eiuſdem nominis inter Sionem & Caluarium in muro
domini ſepulchrum recludente, & veterem ciuitatem ducen-
tis paſsibus latitudinis ampliante. Tertia ad ſeptentrionem eſt
dicta Ephraim, à noſtratibus ſancti Stephani, quod illic la pi-
datus ſit. Hac itur in Samariam & Galilæam. Quarta eſt in-
ter ſeptentrionem & orientem in confinio montium Calua-
rij & Moriæ contra montem Chamos, inter quem & Oliue-
tum torrens Cedron pręterfluit ad vrbem accedens, quæ ap-
pellatur porta Beniamin; qua iter erat in Anathoth, & Be-
thel & alia oppida tribus Beniamin. Quinta erat ad Orien-
tem



tem contra Eurum dicta Aurea, quæ & templi: nam adeo
illi coniuncta, vt potius illius vſibus, quam ciuitatis deſerui-
ret. Hac compendio itur in Oliuetum, proinde eam domi-
nus frequentabat diebus concionaturus in templo, noctibus
oraturus in monte, hac die palmarum ingreſſus eſt. Sexta
verſus Auſtrum, ſterquilinij cognominata, quod prope illam
pluuiales aquæ ab vrbe decurrentes, ſordes fere omnes in tor
rentem deferebant. Septima ad Auſtrum prope torrentem,
porta erat Gregis, quod illinc immolandi introducerentur
in vrbem, iuxta quam & probatica piſcina, illac iter erat in
vallem Ioſaphat. Octaua inter Auſtrum & occidens inter
Moriam & Sionem, aquarum cognominata, quod ad fon-
tem & natatoriam Siloe, & omnes aquæductus præterlabun
tur. Vndiq; montibus cincta, ab oriente Oliueto ad mille
paſſus: ab Auſtro, monte offenſionis, quod illic Solomon Ido
lum Moloch collocauerit adorandum. Inter vtrunq; mon-
ticulus aſſurgit dictus Acheldemach, quod in eius radice ager
ſit precio ſanguinis Chriſti emptus. Ab Auſtro verſus occi-
dens Gione, qui paulatim decreſcit in colliculum Caluario
contiguum. Ab ſeptentione Chamos ab Idolo, quod Solomō
ibi erexit. Ab ſeptentione verſus oriens, Silo. Vbi olim arca
domini ſtetit, in cuius latere auſtrali Gabaō ciuitas Beniamin. pſ.124.2.
Sic pſal.124. Montes in circuitu eius.

## *Bethlehem.*

Ab Hieruſalem verſus Auſtrum & Aegyptum ad ſiniſtram
vię quæ ducit Chebron, milliario ſexto, collis eſt Ephrata, cuiꝰ
lōgitudo ab ortu in occaſum protenditur, latitudo modica eſt
a Septētrionibus in Auſtrum, vndequaq; rupe inacceſſa cin-
gitur, niſi quòd ab occidēte decliuum habet in collem. In Ephra
tæ dorſo verſus oriens Betlehem vrbs tribus Iudę metropolis
ſita eſt paruula quidem, ſed natiuitate Dauid, ac multo magis
Chriſti redemptoris inſignis: ad plagam orientalem montis &
vrbis ſub rupe quadam locꝰ pro ſtabulo erat cum preſepe ſub
rupe exciſo, vbi dominus Ieſus mundi ſaluator ac verus Deus
factus homo de Virgine naſci dignatus eſt. Extat ibi Sacellū,
in quo veſtigia Hieronymi, Paulę, & Euſtochi manent. Nō pro
cul extra vrbis portā ciſterna eſt, cuius aquam Dauid concu-
piuit cum eſſet in præſidio contra Philiſtæos. 2. Regu. 23.
Hinc.

Hinc ad orientem milliario vno turris gregis erat, in qua angelus paſtoribus apparuit, & Chriſtum natum eſſe nunciauit. Lucæ.2.

2.reg.23.15

Lucæ.2.8.

## *Thecua, Ramah, Mambre, Hebron.*

A Bethlehem milliario quarto inter Auſtrum & occaſum in præalto monte Theuca viſitur, Amos prophetæ, & mulieris Thecuitis, quę Dauidi parabolam propoſuit. 2. regu.14. patria. A Bethlehem verſus Auſtrum milliario ſexto in præaltiſsimo monte ſita eſt Ramah, vnde aſpectus patet verſus ortum, ad totam Arabiam, verſus occaſum, ad maris Syriaci oram, ab Ioppa vſque Gazam. De hac præſertim extat Hieremiæ vaticinium cap.31. Vox in Ramah audita eſt, quod in puellis ab Herode interfectis impletum legimus Matthæ.2. Prope Ramah milliario quarto eſt Mambre vbi iuxta ilicem commoratus eſt Abraham Geneſ.18. A Mambre ad Hebron milliaria quinq; cum declinatione minima ad occaſum primum dicta Chariatharbe, data Caleb, Ioſue.14. illic in regem creatus eſt Dauid, Abraham, Sarra, Iſaac, Rebecca: Iacob & Lia conſepulti ſunt in ſpelunca, quam Abrahamus emit ab Ephron filio Seor. Geneſ.23. ibi quoq; Adam & Eua primi parentes humati fuerant iuxta Hieronymi ſententiã In epitaphio Paulæ.

2.reg.14.8

Hiere.31.15

matt.2.18.

Gen 18.8.

Ioſu.14.13. & ibi.15.

Gen.23.17

## *Montana Iudeæ, Maiona fluuius, Berſabee & Gazar.*

A B Hieruſalem vſq; ad fontem Maionę fluuij montes decurrunt, qui montana Iudeę nuncupantur, vbi pręcurſor natꝰ eſt, ad quorum radices verſus Aegyptum & Auſtrum Maiona fluuius oritur, & in mare maius prope Gazam defluit. Eſt autem Gaza vltra Maionam ad Auſtrum Philiſtinorum ciuitas olim poſt Ioſue mortem à Cales capta, Ioſue.15. ſed non retenta: cuius portas Sanſon abſtulit: & in ea poſtmodum omnes Philiſtinorum principes cum populi multitudine vna ſecum templi euerſione peremit. Iudic.16. Fuit autem vetus Gaza mediterranea, Strabone teſte, ſed ea diruta: noua in littore maris Syriaci prope illam ędificata eſt. Berſabee vero, quæ Iudeæ & totius terræ patribus promiſſæ, verſus Aegyptum ad meridiem terminus eſt, citra fluuium ad ſeptentrionem ſiſtit. Hinc illuc: Collectus eſt omnis populꝰ ad Dan vſq; Berſabee

Ioſ.15.47.

Iudic.19.3

Ibidẽm.30

2.reg.17.11



Berſabee, quod hæc ad meridiem ſicut ille ad Septentriones finis ſit. Diſtat ab Hieruſalem milliaribus octoginta octo.

# Caput.4. De Philiſtæa prouincia, ſeu proprius *Philiſtina, ſub* Iudæa, *& reliquis.*

SVB Philiſtina noua Gaza ſita eſt, de qua modo dicebamus. At prope Berſabee in mare procurrit mons Angaris, ad cuius radices in montanis Iudeæ ſita eſt Gerara ciuitas. Occaſum verſus ad oram maris eſt Aſchalon ciuitas Philiſtinorum, prope illam torrens Cedrõ in mare maius illabitur, qui & Sored dicitur. Ibidem Ioannes Machabęus munitionem ędificauit, cui & nomen Cedron impoſuit, in ipſo maris littore Amphitheatri formam referens munitiſsimũ hodie Turcarũ propugnaculum: diſtat ab Hieruſalem milliario prope ſeptuageſimo. Inde ad oram maris verſus ſeptentrionem Azotus eſt, ſiue Aſdod in latere occidentali vallis, oppidum inſigne, quod ex ſe homines Gigantæos tuliſſe dicitur. Prope illum mediterranea eſt Accaron vrbs præclara in vallis latere orientali.

## *Ioppe, Arimathæa, Emaus.*

Hinc Ioppe ciuitas, & portus maris inſignis cuius mentio eſt Ioſue.19. à Iaphet Noe filio condita in ſaxo mari prominente. Huc Solomon templi materiem è Lybano aduexit, hic Petrus apud Coriarium hoſpes viſionem lintei e cælo miſi edoctus eſt, Cornelij & gentium cõuerſionem inſtare Act. 10. Hinc Ionas nauim aſcendit cum fugeret à facie Domini. Ionæ.1. diſtat ab Hieruſalem milliario trigeſimo ſecundo, ab Iordane ſeptuageſimo. Inter Ioppam & Hieruſalem medio fere itinere occurrit Aramata, ſeu Arimathæa, patria illius Ioſephi, qui dominum ſepeliuit, & ſepulchrum commodauit. Matthæ.27. Ab Arimathæa milliario octauo plus minus ſe offert Emaus caſtellum, hodie Nicopolis nominatum: vbi dominus duobus diſcipulis in fractione panis apparuit, diſtat ab Hieruſalem milliario ſeptimo & dimidio.

Ioſ.19.46

Acto.10.5.

Ione.1.3.

## *Bethel, Bethania, Bethphage.*

Ab Hieruſalem verſus ſeptentriones milliario duodecimo, occurrit mons & vrbs Bethel ad radices montis Ephraim olim

Gen.12.8 olim dicta Luza.Geneſ.12.& Ioſue.16.&.18.E Bethel prorũ-
ioſue.19.2 pit in Iordanem vſque torrens Cherib, in quo Helias á cor-
ibid.18.13 uis Dei iuſſu paſtus eſt.3.reg.25.Porrò montes Ephraim Iudeę
& Samariæ inter confines ſunt, de quibus ſtatim.

In vertice montis Bethel, Ramah Saulis ſita eſt. Inter tor-
rentem Cedron ad ſeptentrionas,& Oliuetum ad ortũ, ab Hie
ruſalem milliario vno diſtat Bethphage,cuius meminit Mat-
thæi.21.villa ſacerdotum pro alendis gregibus templi. Tranſa
cto Olíueto milliario ſecundo ab Hieruſalem occurrit Betha-
math.21.1. loan.11.1 nia Marthæ caſtellum, in quo Dominus Lazarum quatriduo
mortuũ reuocauit ad vitã. Ad radices Olíueti verſus Hieroſo
mat.26.36 lymã cũ declinatione ad Auſtrũ villa erat Gethſemani,in cuiꝰ
horto Dñs orauit, & tres diſcipuli ſub prærupta rupe dormie-
rũt.Ibidem ſacellum vſq; in hodiernum diem cernitur.

## *Deſertum Hieruſalem, Eſſeni, Hiericho.*

ioſu.19.18 Ab Hieruſalẽ verſus ortum deſertum ingens, & quamplu-
rimi montes decurrentes vſq; ad Iordanem & Adommin, Io-
ſue.15,18.Hac itur in Hierichuntem vbi homo ab Hieruſalem
Luc.10.30 illuc proficiſcens incidit in latrones Lucæ.10. In hac deſerti
ſolitudine Chriſtus quadraginta dies ieiunauit, & dæmonem
deuicit. Huius eremi, quà declinat ad Iordanem, incolæ
fuerunt Eſſeni, de quibus Plinius libro.5. hiſtor.capit.17.ait:
Gens ſola & in toto orbe pręter cæteras mira,ſine vlla fæmina,
omni venere abdicata,ſine pecunia, ſocia palmarum, indiem
ex æquo conuenarum turba renaſcitur, large frequentantibꝰ,
quos vita feſſos ad mores eorum Fortunæ fluctus agitat. Ita
per ſæculorum millia (incredibile dictu) gens æterna eſt.
Ab hoc deſerto, verſus ortum procul à Iordane, milliario
ſexto Hiericho eſt: ab Hieruſalem viginti octo,vrbs olim prę
clara,cuius Raab mulier ciuis fuit, quæ exploratores Iſraelis
Ioſue.2.1 recepit hoſpitio. Numer.22. Quam Ioſue tubarum clangore
ibid.6.20 muris irruentibus depopulatus eſt.Hanc iterum extruxit Hiel
de Bethel ſub rege Iſrael Achab.3.regum decimo ſexto,& in-
cidit in maledictionem quam ędificatoribus imprecatus fue-
3 reg.16.34 rat Ioſue. Hæc Domini præſentia digna fuit:ibi enim in domo
ioſu.6.26 Zachæi cõmoratus eſt, & iuxta illã cęcis viſũ reſtituit Luc.19.
luc.19.1 Sed hęc à Romanis fũditꝰ euerſa,quod inde latrones exercitui
ibid.18.35 Hieruſalẽ obſidenti infeſtiſsimi eſſent. Poſt rurſus vix erecta
eſt



eſt,quę ad hæc vſq; tempora manet. In eius agrum defluit fons
Heliſæi copioſis & ex tunc dulcibus aquis fertilem reddit cam 4.reg.2.21
pum,& roſarum plantatione perpulchrum. Vnde Solomon
ſapientiæ pulchritudinem comparat plantationi roſæ in Hie- Eccl.24.18
richo.

## *Mare mortuum Enggaddi.*

Prope eſt Adumin mons, vltra quem Aſphaltites lacus, no
ſtrates appellant mare mortuum,quod in eo nullum animal vi
uat:nil præter bitumen gignit,aquas peſtilentes habet & teter
rimas, longitudine excellit centum millia paſſuum,latitudine
maxima viginti quinq; implet,minima ſex. Ita Plinius:tametſi
Ioſephus ſeptem millia longitudinis, latitudinis vero duo mil
lia,ad minimum mille dicit. Olim vallis Salinarum dicebatur:
in qua quinq; vrbes opulentiſsimę erãt,Sodomah, Gomorrhah
Adama,Hemer, Seboin, quæ igne & ſulphure é cælo miſſo in
profundum abſorptæ ſunt. In cuius rei teſtimonium ciuitatum
reliquię adhuc aquis ſupereminent. In hunc delabitur Iorda-
nes,de hinc quaſi à ſulphureis paludibus aquis illius abſumptis
minime viſitur,niſi per ſubterraneos cuniculos ſubrumpat in
mare Perſicum. Poſt fluminis demerſionem ad Aſphaltitis o
ram, verſus occaſum, & Iudæ tribum ſunt Enggaddi montes
ad Auſtrum declinantes,in quibus olim Enggada oppidum,ſe
cundum ab Hieroſolymis fertilitate, palmetorumq; nemori-
bus: ibi vineæ Solomonis,& balſami vites, & vrbs palmarum
fuit,quod præcipuis & copioſis palmis abundet,nunc arentia
omnia. Non procul ad ſtagni latus eſt ſaxũ ingens nomine Co
luber,præruptis hinc inde rupibus, vix conſcenſum præbet,ſu
per quo Maſſada caſtrum munitiſsimum à Ionatha extructũ 1.mach.9.
fuit.1.Machabeo.9. Poſt hoc ad extremum lacus, verſus Ara-
biæ montes,Sochar caſtellum eſt in eadem ſtagni plaga. Hæc
de Iudæa prouincia vndiquaque cincta dixerim.

# Caput.5. De geographia Samariæ prouinciæ.

SAMARIA inter Iudęam & Galilæas media oc-
currit, ab occaſu mari magno,ab Oriente Iordane,la
titudine milliaribus ſeptuaginta: á Septentrionibus
vero mõtibꝰ Gelboe,à meridie montanis, Ephraim & Bethel
longitu-

lōgitudine paulo minore circūſepta eſt. Hæc autem cecidit in
ſortem tribuum Ephraim Dan, & dimidiæ Manaſſæ. Præci-
puæ vrbes in ea ſunt Samaria metropolis, Sichen, ſeu Sichar,
Ennon, Salin, Tenac, Beſech, Abelmecula, Bethſan, Thebes,
Celbus, Endor, Ieblaham, Aphech, Napheth, Sarona, Lida,
Tamna, Gazer, Iebſen, Tanathſare, & aliæ plures inſignes o-
lim, nunc ſolo æquatæ vix earum veſtigia ſuperſunt.

## *Sichen, vel Sichar.*

AB Hieruſalem verſus Septentrionem milliario trigeſi-
mo ſe offert Sichen trans montana Ephraim, vrbs antiquiſſi-
ma, ad radicem Garizim ſita: inter montes Dan & Bethel, in
quorum verticibus Ieroboam poſuit vitulos aureos. 3. reg. 12.
3.reg.12.28 Tametſi Hieronymus alterum eorum poſuiſſe affirmet in Dā
vrbe Phænicis, quæ hodie Cæſarea Philippi nuncupatur, vo-
cis forte colluſione adductus. Ergo Sichen vrbs amęniſſima &
delitijs nulli ſecunda, Neapolis nunc dicta, olim Mamortha
Plinio, Marbota Ioſepho. Extra portam eius Auſtralem, quæ
reſpicit Hieruſalem, eſt ager quem dedit Iacob filio ſuo Io-
ſeph ſupra ſortem Ioan. 4. iuxta illud: Do tibi Sichen partem
Io.4.5. vnam ſeu præcipuam, quam tuli ab Amorrhæo in arcu & gla
Gen.33.19 dio. Geneſ. 33. & 48. Non procul à porta eſt fons Iacob ſeu
ibi.48.22. puteus, in quo dominus ex itinere fatigatus ſedit & Samari-
tem ad fidem conuertit. Ioan. 4. In eodem agro prope puteū
Ioan.4.6 ſepulchrum Ioſephi cernitur, & duodecim patriarcharum, vt
Hieronymus ait in Epithaphio Paulæ.

## *Tafue fons, Ennon & Salin.*

A SICHEN verſus ortum oppidum in cacumine mon-
tium Hebal ſitum ocurrit, Ramah nomine: eſt enim gentium
regionis mos loca editiſſima appellare Ramath: ſonat quip-
pe Hebræis, excelſum. Illinc Tafue fons delabitur in Iorda-
nem Ioſue. 17. Prope ad Iordanis ripam hinc inde Ennon,
Ioſue.17.7 & Salin, paruo quidem interuallo inuicem diſtantes ab Hie-
roſolymis milliario ſexageſimo. In his præcurſor & Apoſto
li baptizauerunt. Ioann. 3. Deflectentibus ad Aquilonem
Ioan.3.22. non procul à Iordane ſe offerunt Tenac, Ioſue. 12. Aſerma-
gmata, Ioſue. 17. Beſec. 1. reg. 11. Abelmeula. 3. reg. 19. Thebes
Iudicum. 9. Quæ tametſi ſub Samaria comprehenſa, tempo-
pore



pore tamen Chriſti à Iudæis poſſidebātur excluſis Samaritis.

## *Samaria, ſeu Sebaſte, Ephra.*

A Sichen verſus Septentrionē in medio Samariæ prouin-
ciæ ſupra montem Somer in modum coronæ Sebaſte ſita eſt,
olim Samaria dicta, quæ regioni nomen dedit, hāc Amri rex
Iſrael ędificauit, empto monte à rege Somer talentis argenti
duobus. 3. reg. 16. & montis nomine Samariā appellari fe- 3.re.16.24
cit. Poſt Herodes Antipater in Auguſti gratiam, Sebaſtem
quæ Auguſtam ſonat, appellauit. Diſtat ab Hieruſalem
milliario quadrageſimo, à Sichen duodecimo, à Iordane
decimo quarto, à Ptolomaida, quadrageſimo ſexto. Oc-
caſum verſus eſt Ephra ciuitas Gedeonis, in cuius area ros in
vellus mirabiliter cecidit, reliqua areæ parte manente ſicca
Iud. 6.

## *Gelboe montes & torrens Cyſon.*

A Samaria verſus ſeptentrionem conſidunt Gelboe mon-
tes, in quibus Saul & Ionatas à Philiſtæis perempti ſunt. 1. re-
gu. 31. Diſtant ab Hieruſalem milliario octogeſimo: equo-
rum radice aquilonari torrens Cyſon naſcitur, & verſus Ga- 1.reg.31.3
lilęam profluens montem Hermon offendit, & in duo flumi-
na diuiditur. Quorum alterum ad lęuam decurrens in mare
maius prolabitur inter Carmelum promontorium, & vrbem
Ptolomaidam: ad cuius fluenta Helias propheta poſt inſigne
ſacrificij certamen trecentos ſacerdotes Baal trucidauit. Al-
terum ad dexterā deflectitur vſq; in mare Geneſareth in quod 3.re.17.40
defluit inter Tiberiadem & Magdalum. Citra montes Gel-
boe Bethſan ciuitas occurrit, è cuius muro Philiſthin ſuſpende 1.re.31.10
rūnt de mortuos Saulem & Ionatham. 1. reg. 31.

## *Mons Hermon triplex.*

NEQVIS piam in nomine Hermon hallucinetur, tres
huius nominis montes ſe offerunt: Vnus in quem offen-
dit Cyſon fluuius extra fines Samariæ, cuius mentio eſt,
Ioſue. 11. Qui habitant, inquit, ad radices Hermon in terra Ioſue.11.17
Maſphor. Alter monticulus paruus eſt Galileæ inter mon-
tem Thabor & lacum Geneſareth, in cuius latere Nain pſ.41.7.
ciuitas eſt. De quo pſalm. 41. Memor ero tui de terra Ior- pſ.88.13.
danis & Hermonij à monte modico. Et pſalm. 88. Thabor &
Hermon

Hermon in nomine tuo exultabunt. Tertius in Lybano Ga
Deu.3. 8. laad monti coniunctus (vt ſuperius diximus) de quo illud De
ibid.4.44. uterono.3.&.4.de quo etiam pſalm.134. Sicut vnguentum in
pſ.132.2 capite quod deſcendit in barbam Aaron: Sicut ros Hermon,
qui deſcendit in montem Sion. De alijs duobus id intelligi
non poteſt, cum modici ſint, & in loca editiora ſe ipſis, qua-
lia ſunt montana Iudeæ, rorem mittere non poſſunt: ſed de
illo, qui inter cacumina Lybani, quaſi caput conſidens, ro-
rem & imbres ad Sion & inferiora demittit, ſeu per Iordanē iſ-
lic natum illuc vſq; decurtentem.

### *Cæſarea Paleſtinæ Lyda.*

4.reg.927 A montibus Gelboe per Iablaam, de qua mentio eſt.4.reg.
9.verſus occaſum pergentibus ad oram maris magni, ſita ſe of
fert Cæſarea Paleſtinæ, vrbs nobilis, quæ prius Turris Strato
nis dicta, ab Herode in honorem, ſeu potius adulationem
Cæſaris, Cæſarea dicta eſt. Et quoniam alibi huius nominis
Act.10.5. plures conditæ erant, cognomen ſuſcepit Paleſtinæ. Ita Hie-
ronymus comment.in Matthæ.cap.16. In hanc ab Ioppe deſ
cendit Petrus vocatus à Cornelio centurione, & ibi illum cum
ibi.23-31. tota domo baptizauit. Itaq; primitiæ gentium fuit. Hinc de
1.mac.7.31 flectentibus ad Anſtrum per oram maris, mediterraneæ occur
runt Naphet.17. Antipatrida actuum.23.iuxta Hieronymū,
quæ & Caphar Salama.1.Machab.7.Licet Ioſephus lib.13.an-
Act.9.35 tiquit cap.21.appellat Capharſaba: Inde Sarma actuum.9. &
Lyda prope Ioppen confinium Samariæ & Iudeæ. Atq; hæc
de Samaria.

## Caput. 6. De Geographia prouinciæ Ga- *lileæ inferioris*

A MONTIBVS Gelboe vſq; ad Antilybanū longi
tudine protenditur Galilęa in ſuperiorem & inferio-
rem diuiſa: latitudine vero à Iordane & mari Tiberia
dis vſq; ad mare maius. Hæc, vt in Ioſue legimus, cecidit in ſor
tem tribus Iſacar, Zabulon, Neptalin & Aſſer. Nam Galileæ
pars, quæ trans Iordanem ad ortum & Euphratem ſita eſt, vt
Gadara, Ephrē cum reliquis vrbibus & oppidis trans Iordanē
poſitis, in quibus Ruben & Gad & dimidia trib⁹ Manaſſe per
manſerunt



permanſerunt: ad quas Dominus ſemel ad Geraſenos, & iterū
ad Ephren digreſſus eſt, licet ab hac deſcriptione noſtra peni-
tus ſint alienæ, quod à gentibus, ſicut & Galilęa ſuperior, poſ-
ſiderentur: tamen primum de hac nos, poſt de eiſdem & Ga-
laad monte dicemus. Nunc de inferiori Galilæa in qua plures
ſunt ciuitates, quarum præcipuæ ſunt, Capharnaum metropo
lis, Tiberias, Bethſaida, Tarichęa, Bethulia, Nain, Nazareth,
Canà, Naaſon, Neptalin, Ptolomaida: hæ & aliæ plures in
Galilæa inferiori: nam de ſuperiore, in qua ſunt maritimæ Ty
rus & Sydon, ad quas Chriſtus Dominus, vt mulierem Cha-
nanæam lucraretur, & ad ſe conuerteret, ſemel diuertit, poſt
erit dicendi locus.

### *Lacus Geneſareth, Tarichæa, Tiberias, Magdalum, Bethſaida.*

A montibus Gelboe verſus Auſtrum ad ripam lacus Gene
ſareth, recta ſe offert Tarichęa ſub Iſachar. Diſtat autem lacus
ab Hieruſalem milliario nonageſimo. Longitudinis habet de-
cem & octo millia paſſuum: latitudinis vero maxime octo, mi
nime quatuor. Hunc efficit Iordanes, vt diximus. Eſt autem in
ſignis vrbibus ſibi adiacentibus, quarum prima poſt Tarichæā
ſe offert Tiberias, quæ olim vicus Chenereth, ab Antipatro in
gratiam Tiberij Cæſaris vrbs effecta, Tiberias eſt appellata.
Diſtat ab Hieruſalem milliaribus nonaginta ſeptem. Poſt hāc
ad ſeptentrionem traiecto torrente Cyſon occurrit Magdalū
Mariæ oppidū, vnde Magdalena cognominata, olim Dalma
nutha: cuius nominis eſt alterum oppidū ad radices Lybani &
ortum Iordanis, quod pluribus errandi occaſionem præbuit.
Ad oram lacus cōſidet Bethſaida in extremo deſerti Aulonis
aquæ ductu inſignis, quæ Iuliab poſtmodum à Philippo Hero
dis filio dicta, Petri, Andreæ, Philippi, & Nathahelis, qui &
Bartholomæi, patria: diſtat ab Hieruſalem milliaribus centum
& quatuor.

### *Capharnaum metrapolis Galileæ.*

Vbi Iordanes in lacum Geneſareth illabitur, Capharnaū ci
uitas Galileæ metropolis ſe offert in finibus Zabulon & Nep-
thalin, cuius in veteribus ſcriptoribus nulla eſt mentio. Chri-
ſti tamen conuerſatione percelebris: in hanc è Nazaret trāſtu-
lit domicilium, ita vt iam inde ciuitas ſua diceretur, Matthę.9. Math.9.33

In ea dedit initium prædicationi euangelicæ Matthæ.4. in ea
math.4.17 diu vixit,in ea ſocrum Petri,& ſeruum Centurionis ſanauit.
Extat Chriſti redemptoris cõminatorium vaticiniũ contra eã
Math.11 25. ob incredulitatem ſuam Matth.11.& Lucæ.10. Et tu Caphar-
Luc.10.21 naum vſq; in cælum exaltata in infernum detraheris: iam nũc
quidem impletũ:nam è gloriæ nobilitate,qua eo tempore præ
fulgebat magno ciuium numero & amplitudine dignitatis: iã
nunc nil retinet niſi veteris & amiſſæ gloriæ inanem vmbram
viculus ſemidirutus. Habet celebrem fontem,qui agrum tri-
ginta ſtadiorum reddit fertilem & irriguum,Coracem piſcem
nullibi niſi in Nilo repertum gignit.Diſtat ab Hieruſalem mil
liario centeſimo decimo, â Dan fonte Iordanis quadrageſimo
ſecundo.

## *Tabor, Hermon, Naim, Sunna, Dothaim, Bethulia, ſub Iſachar.*

A latere Geneſareth ad occaſum,verſus mare maius,ſub tri
bu Iſachar,occurrit mons Tabor in campo Eſdrelon frequen-
tatione Dñi,& mirabilibus operibus in eo geſtis percelebris:
illic elegit Apoſtolos, illic transfiguratus eſt, illic euangelicas
beatitudines docuit,illic ſæpius orauit.Cacumine eminet triũ
milliarium celſitudine,&in ſui vertice miram planitiem:paula
tim deprimitur in colliculos verſus occaſum in ſortem tribus
Iſachar,& vſq; ad mare maius protenditur.

Hermon non procul a Tabor verſus Auſtrum monticulus
eſt modicus,de quo diximus. In illius radice ad ſeptentrionẽ
ſita eſt Naim ciuitas,in qua Dominus viduæ filium mortuum
Luc.7.17 ſuſcitauit Luc.7.Hanc torrens Cyſon abluit,quę olim celeber
rima vrbs,nunc paruus viculus eſt,diſtat ab Hieruſalem centũ
4.reg.8. milliaribus.Prope eſt Sunna vbi mulier hoſpitabatur Heliſęũ,
cuius filium ſuſcitauit.4.regũ.4.Dothaim verſus ortum ad la-
Gen.37.28 tus ſeptentrionale montium Gelboe, venditione Ioſephi no-
ta.Gen.37.Non procul ab ea Bethulia in eorundem montium
Iudith.13 20. radicibus ad orientem, Iudith viduæ præclaro facinore à ty-
rannide Holophernis libera,reddita,& illuſtrata.

## *Nazareth, Sephorõ, Bethlehẽ, Canà ſub Zabulon.*

A mõte Tabor ad occaſum occurrit Nazareth milliario vn
decimo,ab Hieruſalem centeſimo octauo, vbi Chriſtus cõcep
tus,nutritus & educatus,in cuius Synagoga Eſaiæ vaticinium
dese



de ſe ipſo interpretatus eſt:quem infideles & ingrati conciues
voluerunt è montis ſupercilio præcipitare.A Nazareth verſus
Aquilonem ſexto lapide occurrit Sephoron, cuius municeps
fuit Ioachinus virginis Marię pater,procul ab Hieruſalem mil
liario centeſimo decimo quarto. A Sephoron non procul di-
ſtat Bethlehem in tribu Zabulonis, ad cuius differentiam al-
tera cognominatur Iudę,Matth.2. A Nazareth milliario octa Matth.2.1
uo verſus occaſum ſe offert Canà Galileæ vbi Dominus ad nup
tias inuitatus aquam in vinum initio ſignorum vertit. Diſtat
ab Hieruſalem milliario centeſimo decimo quinto.

# Cap. 7. De ſuperiore Galilæa, Neptalim, Nahaſon, *Cæſarea Philippi, Ior, & Dan fontibus.*

IN ſuperiore Galilęa plures ſunt ciuitates:ſed de aliqui
bus dicendum.A Nazareth verſus ſeptẽtrionẽ millia
rio vigeſimo occurrit Neptalin in ſorte eiuſdẽ tribus:
oppidum natiuitate Thobiæ ſenioris præclarum, iuxta Naha
ſon,ſic legimus Thobiæ.1.

Ab Hieruſalem milliario centeſimo quinquageſimo in ex- Thob.1.1
tremo Galileæ verſus ſeptentrionem ſe offert Cæſarea Philip
pi ad radices Antilybani,inter fontes Ior,&Dan,qui ante por
tam illius coeunt,& Iordanem efficiunt.Hæc primus dicta fue
rat Dan nomine fontis,deinde Lacis, poſt Paneas Græcis, ab
antro è quo Paneas fons erumpit: demum à Philippo nobili-
tata in Cæſaris adulationem Cæſarea dicta,cognomento Phi-
lippi,ad differentiam alterius Cæſareæ ab Herode cõditę,quę
dicitur Cæſarea Paleſtinæ.Poſtremo reperta ab Agrippa, Ne
roniana dicta eſt,in gratiam Neronis,cuius beneficio rex crea
tus fuerat.

## *Sidon, Sarepta, Tyrus, puteus aquarum viuentium.*

A Cæſarea verſus occaſum pergentibus,ſecus radices Lyba
ni,vſq; ad Syriacum mare milliario vigeſimo quinto ad latus
occurrit Sidõ magna ciuitas, quę terræ promiſſę terminus eſt:
ſub ſorte tribus Aſſer, ſed nunquam obtenta. Olim à Phænici-
bus condita,vel à Sidone filio Chanaan. Hucuſq; diuertit Do
minus Sirophæniſſæ Chananeæ filiam curaturus Matth.15.di Matth.15 28.
ſtat ab Hieruſalem milliario centeſimo ſeptuageſimo. Inde
 milliario

milliario ſeptimo ad Auſtrũ in littore maris adeſt Sarepta oppidũ, in quod miſſus eſt Helias à Domino, vt à vidua aleretur 3.reg.17. Rurſus à Sarepta milliario ſeptimo in eodem littore maris verſus Auſtrum ſe offert Tyrus, ciuitas munita & celebris, in angulo curui littoris ſita. Olim inſula, ſed à Nabuchdonoſor primum, deinde ab Alexandro magno continens effecta eſt, lignis & lapidibꝰ voragine repleta. Diſtat ab Hieruſalé milliario cẽteſimo quĩquageſimo octauo. A Tyro milliario ſecundo fons aquarum viuentium perenniter fluit de Sublybano ore quadruplici. Ab hoc fonte non procul verſus Auſtrũ album promontorium mari prominet, diſtans ab Hieruſalem milliario centeſimo quinquageſimo ſecundo. 3.reg.17.9

*Ptolemais, Carmelus.*

Ptolomais procul eſt ab Hieruſalẽ milliario centeſimo quadrageſimo tertio, quæ à Ptolomæo cognomen accepit, olim dicta Coth, & Acho, vt Hieronymus ait ad Euſtochium. Ab hac milliario quarto Cyſonis torrentis bracchium ſe effundit in mare ad radices Carmeli montis, in quo ſpelunca eſt vbi Helias & Heliſęus diu vixerunt cum pluribus filijs Prophetarum, à Carmelitis obtenta vſq; in hodiernum diem. Eſt & alter huius nominis mons ad Auſtralem plagam, in quo degut Nabal Carmeli. Ita Hieronymus commen. in cap. I. Amos prophetę. In Carmelo Sichanium Caſtrum ſitũ eſt, quod hodie peregrinorum appellatur. Inde milliario vno Dora olim ciuitas, nunc adeo euerſa, vt vix illius ruinæ appareant. Prope Magedo ciuitas in finibus campi Eſdralon, de quo ſupra. Ibi Samariæ confinium, vnde ad Cæſaream Paleſtinæ milliaria octo. de qua ſupra. Hæc de regionibus citra Iordanem verſus occaſum & mare maius.

## Caput. 8. De monte Galaad, & oppidis vltra *Iordanem ſitis in quæ Chriſtus diuertit.*

MOns Galaad, qui & Trachonorũ dicitur, ab Antilybano, cui adhæret, verſus ortũ, procurrit ad meridiem, longitudine vſq; ad cãpeſtria Moab prope mare mortuum, qua Iſrael in terram promiſſam ingreſſus eſt. Itaq; inter ipſum & Iordanem ſatis ampla regionis latitudo eſt, quam occupauerunt tribus Ruben, Gad, & dimidia Manaſſe. Rubẽ quidem



dem à mari mortuo & campeſtribus Moab vſque montem Eſſeuar: inde vſq; ad Corozaim, & Galaad ciuitates Gad: illic vero vſq; ad fontem Phialam, dimidia tribus Manaſſe. Itaq; ſub Ruben citra torrentem Arnõ ad ripam Iordanis extat Bethabara, vbi præcurſor baptizans legationem accepit prope tranſitum filiorum Iſrael, & vada Iordanis. Inde vero ad ſeptẽtrionem ex codẽ latere Iordanis, nempe oriẽtali, ſitæ ſunt Ennõ, Ephren, Gadara, Geraſa ſub tribu Gad, in quas Chriſtus diuertit. Poſt ex eodem latere ſub dimidia Manaſſe occurrit Corozaim quaſi Bethſaidę oppoſita ad oram Geneſareth. In vtrãq; extat Domini deploranda comminatio: Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethſaida. Matth. II. quia ſi ĩ Tyro & Sidone factę fuiſſent virtutes, quæ in te factæ ſunt, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egiſſent: Amen dico tibi remiſſius erit in die iudicij terræ Sodomorum quam tibi. Rurſus, verſus ſeptẽtrionem ſub eadem dimidia tribu Manaſſe extat vltra Iordanem ſepulchrũ Iob Patriarchę, & patria ipſius, vt Hieronymus ait in libro de locis Hebraicis. Nõ pcul verſus ſeptẽtrionẽ occurrit Aſtaroth Carnaim, Ioſue. 13. à Matth, cap. 15. Magedan: à Marco capit. 8 Dalmanutha, in quam Chriſtus ſemel diuertit, & aures ſurdi aperuit. Illic fons Phiala rotundi marginis inperſcrutabilis, perpetuo plenus, neq; tamen exuberans: ſed occultis meatibus in Dan ſcaturiẽs, quod paleæ ibi abſorptæ illuc reptæ ſint. Ob id Ioſephus putat primam originem Iordanis eſſe. Hic propter aquarum copiam & cãporum vbertatem paſtores Cedar, erectis tabernaculis nigri coloris, ſed precioſiſsimis & pulcherrimis congregantur ad nundinas, quæ ibi ſtato tempore fiunt. Sic illud Cantico. I. Nigra ſum ſed formoſa, ſicut tabernacula Cedar.

mat.11.2 Ioſu.13 12. matth.15. 39. mar.8.12 Canti.1.6.

# EVANGELICARVM INSTITVTIONVM LIBER SEPTIMVS.

## *De ſcripturarum chronographia, & temporum ratione in eis contenta.*

## Caput. I. De diebus, hebdomadibus, & Sabbathis *Hebræorum.*

AD hiſtoriæ euangelicæ ſummã, & harum inſtitutionũ metam properãtes, ex his, quæ nobis viſa ſunt neceſſaria, nil ſupereſt pertractandum, præterq̃ omnimoda tẽporis ratio, quæ in diuinis libris adeo frequenter obuiã ſe offert, vt ſine ea ad ſacrarũ rerũ cognitionẽ pene prorſus nihil effecerimꝰ. Quare de diebus dicẽdũ eſt primũ, tanq̃ de prima temporis menſura. Eſt autẽ dies duplex, vnus naturalis, qui naturæ curſu integer efficitur ex vna primi orbis moti circunlatione: alter eſt artis, ab artificum menſura, vt plurimum ortu & occaſu ſolis moderatus. Vterq; in arcanis literis paſsim occurrit. Nam vbi Ioannes dixit ante diem feſtum paſchę Chriſtum Dominnũ cum diſcipulis cænauiſſe, de artificiali die intelligendus eſt: cum Marcus ac Lucas primo die azimorũ, in quo Iudęi paſcha immolabãt ac celebrabãt, id accidiſſe aſſerãt. Quare cũ die Iouis ad veſperã cæna fuerit facta, die artificiali numeraſſe videtur: alioqui cũ in ipſa veſpera feſtũ inciperet, ante diẽ naturalẽ cænaſſe non apparet. Nõ me latet tamẽ huiꝰ loci aliã eſſe (vt quibuſdã placet) germaniorẽ expoſitionẽ, de qua & in ſcholijs, & in noſtris ad hiſtoriã cõmentarijs fuſius diximꝰ. De diebus artificiatis, & nõ integris naturalibus intelligitur illud: Poſt tres dies reſurgã: & vbicunq; dies contra noctẽ diſcriminatur: Sic illud: Sicut fuit Ionas in ventre Ceti tribus diebus & tribus noctibus, ſic erit & filius hominis in corde terræ tribus & mat. 12. 40



diebꝰ & tribus noctibꝰ. Sic quoq; illud Matth. 4. Cũ ieiunaſſet quadraginta diebus & quadraginta noctibus: Alioqui nox ꝑ receſſum, & dies per acceſſum ſolis vno cæli circuitu conficiũtur, atq; adeo vnꝰ dies naturalis eſt ex nocte dieq; ſimul, tanq̃ vna cæli menſura. Sic Gen. 1. Factum eſt veſpere & mane dies vnus. Incępit autem à veſpera, quia mundus in tenebris creatꝰ eſt: ante lucis enim creationem chaos erat & tenebræ ſuper faciem abyſsi: vt ibidem ait Spiritus ſanctus. Vnde Hebræi ſuos dies ac feſta à veſpera in veſperam numerantes celebrabãt. Sic illud Leui. 23. A veſpera in veſperam celebrabitis Sabbatha veſtra. Quem morẽ in diuinis laudibus, ſacriſq; officijs decãtandis vſq; nunc ſeruat Eccleſia: nam feſtorũ ſolẽnitatẽ à veſperis auſpicatur. Hebdomadã verò ſeptẽ diebus comprehenſam & terminatam Hebræi ab initio numerarunt, vt Gen. 1. apparet: â quibus & cæteræ gentiũ nationes inuiolatã obſeruationem acceperunt, planetarũ ſeptẽ nomina ſeptẽ diebus hebdomadæ pariter imponẽtes. Initiũ autem hebdomadæ á ſeptimo die, nẽpe Sabbatho, in quo Deus requieuit, ob diei reuerẽtiã, exordiũ ſumpſerunt: cũ in creatione rerũ primus numeratus ſit in quo lux producta fuit. Ac proinde idẽ nobis dies primus ac Dñicꝰ appellatur, in quo Chriſtus Dñs à morte reſurrexit, tanq̃ lux iterũ accenſa propter illuminationẽ noſtrã, quæ ob tenebras noſtras morte acerbiſsima extincta fuerat. Igitur ſeptimꝰ ipſe dies Sabbathũ appellatꝰ eſt, ideſt, requies: Sic illud: Requieuit die Sabbathi: & illud: Sabbatho ſiluerunt ſecundũ mandatum. Ab ipſo verô cęteri dies numerãdi rationẽ ſortiti ſũt. Vt primꝰ dies poſt Sabbathũ, prima, ſeu Hebręorũ phraſi, vna Sabbathi appellatur: ſecũdus, ſecũda Sabbathi: ſic deinceps vſq; ad ſextũ. Sic illud Matthę. vlti. Veſpere Sabbathi quæ luceſcit in prima Sabbathi. Et illud: Vna Sabbathi venerunt mulieres ad monumentũ. Quodlibet etiã feſtũ Sabbathũ appellatur, vt illud: Sabbatha ſãctifices, ideſt, quælibet feſta. Et illud Eſai. 1. Neomenia & Sabbatha veſtra, ideſt, feſtiuitates veſtras, odiuit anima mea. Niſi quod vbi ſeptem dies feſtiuitatis acciderant (vt in Paſchate aut feſto Pentecoſtes, de quibus dicitur: Septem dies feſtum celebrabitis, & nouiſsimus erit vobis ſicut primus venerabilis) tunc Sabbathum primo primum appellabatur primus dies, vltimus vero ſecundo primum, vt apparet Lucę. 6. Factum eſt, inquit, in Sabbatho ſecundo primo,

Math. 4. 2. Gen. 1. 5. Leui. 23. 32. Gen. 1. & 2. ibid. 2. 2 luc. 23. 56 math. 28. 1 Io. 20. 1 Eſai. 1. 13. Exo. 12. 16 leui. 23. 7 luc. 6. 1.

Ioan 10.31 de qua re Hieron. dixit ex Gregor. Naziāzeno p̄ceptore ſuo,
Idē.20.19. &nos in ſcholiis. Ad hæc quando feſtum incedebat in ſeptimo
die hebdomadis, magnum ſabbatū appellabatur: Sic Ioānes: E
rat, inquit, magnꝰ dies ille ſabbathi, ideſt, duplici feſtiuitate per
Lucę.18.12. celebris, proinde cap.20. idē ait: Cū ſero eſſet die illo vna ſab-
bathorū I. prima poſt duplex ſabbathū: niſi forte primū inter
dies hebdomadis eō noīe nuncupauerit. Nā integra etiam heb
domada Sabbatū appellatur: vt illud: Ieiuno bis in ſabbatho.
I. in hebdomada. Sed de diebus & hebdomadibus hæc ſatis di-
cta ſint: ad menſium, & feſtorum in eis rationem & numerum
exponendum accedamus.

## Cap. 2. De mēſibus Hebręorū, & feſtis in eiſdē.

MIrum quā ſit neceſſarium Hebræorum menſium & feſtorum notitiā habere ad euangeliorū hiſtoriā dilucide intelligendam. Nam cum in eis vniuerſa ratio temporis ſumatur à numero paſchatum & aliorum feſtorū, ſi hæc quibus menſibus occurrant, neſcieris, proculdubio totius hiſtoriæ chronicon turpiter ignorabis. Ergo Hebræis menſes duodecim ſunt, lunares tamē noſtris ſolaribus reſpondentes.

Martiꝰ. Primus incipit à nouilunio proximiori ęquinoctio vernali
ſiue antecedat ſiue ſequatur, quo fit vt plurimū in Martio inci
dat. Hic appellatur in arcanis literis: Abib, ſeu, Niſā, miraculū
eſth.3 7 vel fuga. Sic Eſter.3. in menſe primo, ideſt menſis Niſan. De
Exo.12. 2. quo etiam Exod.12. Hic menſis vobis principium menſium
primus erit vobis in menſibus anni, videlicet, quia mundus in
eo creatus, ſole Arietē ingrediente. Sic Strabo, Hieronymꝰ, Ba
ſilius & Ambroſius. Die præterea vigeſima tertia eiuſdē Adā
creatus eſt, & Dei verbum incarnatum ac cruci affixum. Sic
Athanaſius in lib. de varijs quæſt. ad Antiochum. Die decima
quarta lunę huius ad veſperam ad initium decimæ quintæ ce-
lebre feſtum erat, Peſſah, ideſt, tranſitus, in memoriam libe-
rationis de Aegipto per angelum percutientem primogeni-
tos Aegiptiorum, & tranſeuntem Hebræorum domos: vulgo
phaſſe, Græcis paſcha: in eo immolabant agnum & veſceban
tur azimis, quæ iam iā egreſſuri de Aegipto cogentibus exire
Aegyptijs, fermentare non potuerunt. Durabat feſtum per
Leui.23.8.t ſeptem dies, quorum primus & poſtremus celeberrimi erant.

Leuit.



Leuit.23. Ad hoc feſtum celebrandum filij Iſrael vndiq; cōcurrebant. De hoc feſto frequens mentio eſt apud Euangeliſtas.

Secundus menſis eſt: Iiar, vel, Ziu, ideſt, ſplendor, claritas, Aprilis
ab ſplendore veris, & apparitione florū. Sic.3.reg.6. in menſe
Ziu, ipſe eſt menſis ſecundus.
Tertius eſt Siban, ſic Eſther. 8. in menſe tertio, is eſt men- 3.reg. 6. 1.
ſis Siban. In hoc incidebat feſtum hebdomadarum, quod nu Maius,
meratis ſeptem hebdomadibus ab altero die paſchatis, in quo Eſthe.8.9.
obtulerant manipulum primitiarum, die quinquageſimo cele-
braretur. Vnde Græcis pentecoſtes, ideſt, quinquageſima. Of
ferebāt in eo panes primitiarū, quod ex primis frugibꝰ offerrē Deu.16.19
tur. Sic Deut.16. & Exod.34. Fuerat autem inſtitutū in memo- Exo.34.22
riam legis datæ quinquageſimo die ab egreſſu de Aegipto. Hu Ioan.5.1.
ius feſti meminit Ioannes Euangeliſte.cap.5.
Quartus eſt Tāmuz, ideſt, incendium, quod ſol iam tunc in Iunius.
caleſcat: ſeu idolum, nam die decimo ſeptimo huius, ieiunium
eſt fractionis tabularum legis, pro peccato Idolatriæ adoratio
nis vituli, Exod.32.
Quintus eſt Ab, ideſt pater, quo nomine Deū compellitāt, Exo.32.1
in recordationem ſuarum calamitatum. Nam huius die nono Iulius.
ieiunium celebrabāt deſolationis Hieruſalē, & deſolationis tē
pli à rege Chaldæorum. Recitantq; eodem die lamentatio-
nes Hieremiæ, ſuam ipſorum miſeriam agnoſcentes ac deplo-
rantes.4.reg. vltimo. 4.reg.25.9
Sextꝰ eſt Elul: pernoctatio: quod eo menſe prę nimio ardo Augu-
re ſolis abſq; vllo frigoris rigore ſoleānt hoīes pernoctare dele tus.
ctacionis gratia. Sic Nehemię.6. in viceſimo quinto die Elul. 2.Eſd.6.15
Septimus eſt Ethanim, fortitudines: vel Tiſri, ideſt, canti- Septem
cum. Sic.3.reg.8. in luni, hoc eſt, in menſe Ethanim. In hoc ber.
ſunt feſta ſex, prima die huius feſtum erat tubarum, quibus 3.reg.8.2.
clangebant in iubilum veſtibus albis ob memoriam liberati I-
ſaac ab immolatione Abrahæ prę fortitudine fidei illius: inſti-
tutum Leuit.23. Leui 23.24
Die. 3. ieiunium Godoliæ erat: de cuius morte mentio habe 4.re.25.25
tur.4.reg. & Hieremiæ.41. Hier.41.16
Die decima celebratur feſtū expiationis ſeu propitiationū
ieiunantes & offerentes in memoriam beneficij, quo dominus
indulſit peccatum de adoratione vituli. Inſtitutum Leuit.16. Leui.16.34
Decima quinta celebratur feſtū Scænophegiæ, ſeu taberna ibi.23.34.

culorum.

culorum per ſeptẽ dies, quibus habitabant in tabernaculis in memoriã peregrinationis in deſerto quadraginta annis, quos pane cæli aluit dominus habitantes in tabernaculis: primo die feſti huius afferebant optimos arborum fruct⁹, in ſignũ quod adduxiſſet eos dominus in terram delitioſam: ſeptimo vero palmas geſtabant in memoriam depopulatę Hierichuntis. Huius
Ioan. 7. feſti meminit Ioannes cap. 7.

Vigeſima ſecunda die agebatur feſtum cœtus ſeu collectæ quod in eo colligeretur populus ad vacãdum diuinis, vel forte quod eo die colligeretur pecunia ad tẽpli neceſſaria per annũ:
2. par. 7. 9 huius feſti mentio eſt. 2. paralyp. 7. fecit Solomon die octauo collectam, eo quod dedicaſſet altare ſeptem diebus &c. nã hic dies octauus erat à primo tabernaculorum.

Vigeſimo tertio celebrabant Gaudium legis, quod eo die
3. reg. 8. 66 2. par. 7. 10 lata fuerit lex, & poſt feſta huius menſis peracta, dimitteretur eo die populus vndiq; collectus, vt ad propria remearet. 3. reg. 8. & 2. paraly. 7.

October. Octauus eſt Bul, ideſt, tumens, ſeu vetuſtas defluens, quod eo menſe arborum folia decidant, & trunci nudi appareant de fluxis fructibus, & folijs veteribus. Appellatur etiam alio no-
3. reg. 6. 38 mine: Marcheſuan: cogitatio, eruditio: quod eo menſe literarũ ſtudia redire incipiant. De hoc menſe legimus. 3. reg. 6. In men
Nouẽber. ſe Bul, is eſt menſis octauus.

Nonus eſt Kiſleu, ideſt, fiducia: ſpes eius, quod inde initium
2. Eſd. 1. 1. ſit ſpei futurorum fructuum, pluuiis ingrauidantibus terram. ſic Nehemiæ. 1. Factum eſt in menſe Kiſleu. Die vigeſima hui⁹ menſis feſtum erat Enchæniõ, Encęniorũ. i. renouationis ſeu dedicationis altaris, quam fecit Iudas Machabæus purgans contaminationem Sanctuarij, quam fecerat Antiochus. A-
1. mac. 4. 56 2. mac. 10. 22 Ioa. 10. 22. gebatur octo diebus in canticis & citharis. 1. Machabæ. 4. & 2. Mach. 10. De hoc mentio eſt apud Ioannẽ cap. 10. & lib. 3. reg.

December. Decim⁹ eſt Thebeth, ideſt, bonitas, ſeu pulchritudo. Sic Eſther. 2. In menſe decimo, is eſt menſis Thebeth.

Ianuarius. Vndecimus eſt Sebat: ſceptrum, familia, vel Sebat ſeſſio, requies, habitatio, quod ob imbrium ac niuium frequentiam, & hyemis rigorem domi ſedentes ac requieſcentes manerent. Sic Zachariæ. 1. Vndecimus menſis, ipſe eſt menſis Sebath. In huius die decimo indicebatur ieiunium obſeſsionis Hieruſalem à Nabuc donoſor

Duodeci



Duodecimus eſt: Adar, ideſt, decor, magnitudo, potentia. Februarius.
Sic Eſther. 3. In menſe duodecimo ipſe eſt menſis Adar. In decima tertia huius ſolennitas erat ob Nicanoris cędẽ, indicebatur ieiunium Eſther. 9. Die decima quarta & decima quinta feſtum erat, Haphurim, ideſt, ſortium, inſtitutum ob vindictam Iudęorum de omnibus hoſtibus ſuis. Huius argumenti extat pſalmus. 17. quem cecinit Dauid, in die quo eripuit eum dominus de manu omnium inimicorum ſuorum. 2. reg. 22.

Eſth. 3. 7. ibid. 9. 17.
pſ. 17. 3. 2. reg. 22. 2.

Præter hæc feſta quotidie erat iuge ſacrificium matutinum & veſpertinum, in ſingulis agnus offerebatur. Inſuper ſeptimo die hebdomadæ erat Sabbathum. Omni primo die menſis Neomenia: de quibus Eſai. 1. Neomenia, & Sabbata, & feſtiuitates veſtras odiuit anima mea, laboraui ſuſtinẽs, & facta ſunt mihi moleſta, prænuntians, hæc omnia ad Chriſti euangelium ceſſatura. Eſai. 1. 13.

Verum quia nouilunium ęquinoctio vernali proximius nũquam eſt fixum, quandoq; enim antecedit, quandoq; ſubſequitur, nec inter aſtronomos liquido cõſtat quo die inciderit ſingulis annis ętatis Chriſti, eam ob rẽ eorundem annorũ principiũ & nouiluniũ quaſi fixũ die decima Martij in ipſomet ęquinoctio cõſtituimus, & ſubinde luna decima quinta Martij. 25. paſchata numeramus. Vnde fit vt ſupputãdi rationẽ perſpicuã & ſanctorum ſenſum obſeruemus, qui in die vigeſima quinta Martij Chriſtum obijſſe credut: quo eodem carnem ſumpſiſſe de Virginis vtero Eccleſia celebrat.

## Cap. 3. De annorum menſura, initio, & variã *ſupputandi ratione ſecundum Hebraicam veritatem, & ſeptuaginta interpretes.*

RES EST certa nec multũ ſatis perplexa, in ſacris literis eiuſdẽ menſuræ fuiſſe annos ab exordio mundi, nec vlla ratione noſtris minores, qui (vt nõnulli exiſtimãt) numerandi ratione creuerint. Nam vt ex arcanis libris apparet Hebræi à prima rerum conditione per duodecim lunæ mẽſes annos conficiebant: reperiuntur quippe menſium duodecim nomina, vt capite pręcedenti diximus. Sic Gen. 8. legimus:

Menſe

ibidem. 5. menſe ſeptimo die vigeſimo ſeptimo arcã requieuiſſe. Et pau
lo poſt: primo die decimi menſis apparuerũt cacumina mõtiũ.
Zach. 1. 7 Dicens aũt decimũ & non vltimũ, inſinuauit annũ plures quã
decẽ menſes habuiſſe. At res eſt apertior: nam Zachar. 1. dicit.
eſther. 3. 7. Vndecim⁹ mẽſis ipſe eſt Sebat. Et Eſter. 3. In mẽſe duodecimo
ipſe eſt mẽſis Adar. Verum quia mẽſes lunares ſolaribus ęque
nõ reſpõdẽt, ſed minores ſunt ſinguli fere vnius diei ſpatio: fit
vt annus lunaris minor ſit ſolari vndecim diebus & quarta par
te: vt ex ſententia Africani ſcribit Euſebius libro. 8. de demon
ſtratione euangelica capit. 2. & Damaſcenus libro. 2. de fide
orthodoxa capit. 7. à quo non omnino abhorret Plinius libr.
18. hiſtoriæ naturalis capit. 25. Proinde Hebræi quibus ſemper
cura fuit ſimul cum lunaribus annos ſolares obſeruare, & ęqua
les reddere, tertio quoq; anno tredecim menſes aſcribere, aut
octauo quoque tres menſes addere conſueuerunt: octies quip
pe vndecim dies cum quarta parte ſingulorum nonaginta red
dunt, qui ſunt tres integri menſes. Itaq; triginta duo anni ſola
res, triginta tres lunares efficiunt.

Hinc fit annorum menſuram in ſacris literis eandem fuiſ
ſe ſemper, nec temporum ſucceſsione mutatam: nam tametſi
menſes ex lunæ curſu ſeruabant, anni tamen menſuram à ſole
ſumebant. Quare non erant minores anni illi, quibus primi pa
rentes, & reliqui ante diluuium vixiſſe feruntur, vt quidam fal
ſo credunt, ſed noſtris ęquales: quod ex Geneſ. 7. & 8. multis
rationibus confirmant Ioſephus libro. 1. antiquita. capit. 5. La
ctantius libro. 2. diuinarum inſtitutionum capit. 13. & diuus
Auguſtinus libro. 15. de ciuitate Dei capit. 14. Sicut enim dies
eandem ſemper menſuram habuerũt ex ſolis ambitu, vigin
ti quatuor horarum ſpatio, dicente ſcriptura: factum eſt veſpe
re & & mane dies vnus: ita annus ex ſolis retroceſsione, quæ
ſemper ęqua fuit, eiuſdem menſuræ eſt: quod veteres diligen
ter obſeruauerunt. Nam tametſi donemus annorum numerũ
ex menſium lunarium computatione, cum ſint minores, paulo
amplius creſcere, dici tamen non poteſt Moſem, quẽ in omni
ſapientia Aegyptiorũ (in quibus de aſtrorum & ſolis curſibus
maxima notitia viguit) verſatum ac ſapientem Stephanus nar
rat in actis, in Geneſi cũ tantam vitæ longitudinẽ patribus cõ
ceſſam eſſe narrauit, annorum ſolarium exactam rationem nõ
habuiſſe, aut dierum vel menſium intercalatione lunaribus
non



non adæquaſſe. Fieret enim ꝓculdubio vt quatuor anni tẽpo
ra, ęſtas in menſibus hiemis, autũnus in diebus veris cõfuſa per
mutarentur, quod accidiſſe vnq̃ in ſacris literis nullibi legim⁹.
Si enim annos lunares dũtaxat iudæi cõnumerarent, cũ iſti mi
nores ſint ſolaribus quotãnis vndecim diebus, vt diximus, fie
ret vt eodem dierũ numero ſingulis annis Paſcha antecederet,
ac ſubinde omnibus menſibus celebraretur. Quod aperte ad
uerſatur legi pręcipienti vt fieret menſe primo Niſan luna. 14

Quare per emboliſmos tertio quoque anno addita luna,
lunares ſolaribus adæquabãt. Nec mouere quemq̃ debet adeo
protractã eſſe priorũ hoĩum vitã: id. n. diuina prouidẽtia factũ
eſt, ad propagandã, naſcente mundo, generis humani ſobolẽ.
Quare ex ipſa temporum ſucceſsione conſtat paulatim poſt
diluuium hominum ætatem minui, ac multiplicatis homini
bus ſenſim breuiari. Veterem vero rationem ſupputandi an
nos à Numa primum, poſt à Caio Cęſare immutatam ſiquis
noſſe cupit: legat Macrobium lib. 1. Saturnalium capi. 8. 12. 13.
14. Plinium libro. 7. cap. 48. & libro. 18. capit. 25. Alexandrum
ab Alexandris lib. 3. dierum genial. cap. 24. Anſelmum libr. 2.
de imagine mundi cap. 10.

Anni autem initiũ apud Hebręos duplex annotari poteſt,
ſcilicet iuxta quoſdam, ante egreſſum de Aegypto ab ęquino
ctio autũnali, poſt vero à vernali: inde enim ordo mẽſiũ initiũ
ſumpſit. Exod. 12. Hic menſis principium menſium primus e
rit in menſibus anni: quaſi inſinuãs antea aliud fuiſſe anni prin Exo. 12. 2
cipium. Hinc poſt egreſſum de Aegyto Niſan primus men
ſis dicitur, proximus æquinoctio vernali, qui vt dixim⁹, plerũ
què Martio maiore ex parte reſpondet, interdum tamẽ Apri
li, quoniã à lunæ nouæ principio exordium habet. Nouiluniũ
vero illud primum computatur, quod cęteris proximius eſt
ęquinoctio verno. Quod fuſius & apertius tractauerunt Foro
Semproniensis, Stoflerinus, Monte regius, Lucidus, & Cirue
lus. Mihi tamẽ vero ſimilius ſemper aparuit in ipſa mundi crea
tione annum incepiſſe ab ęquinoctio vernali, ſole inter Arie
tis cornua concreato: ſic nanque illud facilius intelligitur, prõ
ducat terra lignum & germinet herbam virentem, vt ſtatim
germinare naturaliter cæperint: quod & menſium ordo indi
cat illinc incipientium, & doctiſsimorum nobiſcum ſumus cõ
ſenſus.

Multo

Multo difficilius eſt annorum variam ac diuerſam ſupputationem dignoſcere, & inuicem concordare. Ex libris nanq; ſacris iuxta veritatem Hebraicam diuerſus eſt annorum numerus ab eo, quem ex ſeptuaginta editione Gręci interpretes colligunt. Qui cum nondum Hebraicos codices attigiſſent, Gręcos ſeptuaginta ſecuti ſunt. Hi enim more Aegyptiorum, quorum regi ſacra volumina vertebantur, annos computauerunt, quos Origenes, Euſebius, Chriſoſtomꝰ, & ex noſtris Iſidorꝰ li.5. etymologiarum cap.39. ſecuti ſunt. Quo fit vt ab initio temporis vſq; ad Chriſti natiuitatem, quinq; mille cētum nonaginta nouem annos numerent. At vbi Hieronymus ex hebręorum voluminibus vulgatam editionem nobis dedit, quam Damaſus Romanus pontifex approbauit, & eccleſia ſuſcepit, aliam eſſe annorum rationem ab exordio mundi vſq; ad Chriſtum in eiſdem nouimus, nempe termille cētum ſexaginta duorū, quam ſecuntur Hieronymus ipſe in hebraicis traditionibꝰ ſuper Geneſim: Auguſtinus lib.15. de ciuitate Dei cap.10. & .13. Beda de temporibus, Philo, & Ioſephus hebręi: Driedo. lib.3. de eccleſ. dogm. tract.3. cap.5. Ioannes Lucidus, Cęlius Luſitanus, & Auguſtinus Eugubinus, & fere omnes latini patres. Igitur diſcrimen eſt in annumerandis annis ab exordio mundi vſq; ad Abrahamum, nam inde vſq; ad Chriſtū fere nulla eſt differētia.

Ab Adam vſq; ad diluuium hebręi numerant mille ſexcentos quinquaginta ſex annos ex cap.5. & .7. Geneſeos. At ſeptuaginta interpretes computant bis mille ducentos quadraginta duos. Rurſus á diluuio vſq; ad ortum Abrahę hebræi cōputant annos ducentos nonaginta duos. Septuaginta vero interpretes, mille ſeptuaginta duo. Quæ omnia docet Auguſtinꝰ li.16. de ciuitate Dei cap.10. Quo fit vt in annorum numero ab Adamo ad ortum Abrahæ excedat computatio ſeptuaginta interpretum veram ex hebræis codicibus rationem: annis mille tercentum ſexaginta ſex, cuius rei rationem modo reddebamus. Quoniam ſeptuaginta Aegyptiorum, quibus codices dabant, rationem ſupputandi annos ſecuti ſunt, non hebręorum. Hinc oritur diſcrimen inter græcos, qui editionem ſeptuaginta ſecuntur, & latinos, qui vulgatam ex hebræis venerantur. Illi enim ab Adamo ad Chriſtum numerant, quinq; mille centum nonaginta nouem. Nos vero termille nongentos ſexaginta duos. Quoniam autem in ſacris literis ab excidio Hieruſalē

vſq;



vſq; ad Chriſtum annorum exacta ratio nō habetur, ſed interciſa: ſubinde in numerandis annis illius temporis in Chronographis diſſenſio eſt, ſed tamen parua in paucis quidem annis, & quorum ratio habenda non ſit. Ergo prætermiſſa ſeptuaginta interpretum computatione, eam, quæ ex Hebraica veritate deducitur, ad hunc modum explicatam ſubnectimus.

## Caput.4. De annorum ratione ab Adamo ad *Diluuium per primam ætatem.*

PRIMA ætas, à mundi ortu ad diluuium, cōtinet annos mille ſex centos quinquaginta ſex, ſecundum Hebraicā, & noſtræ vulgatæ editionis veritatem.

ADAM à mundi exordio ſexto die creatus eſt, qui fuit
ſextus nouilunij menſis primi Niſan, nobis dies decimus ſextꝰ
Martij. Nam qui nunc eſt decimus, fuit primus creationis mū-
di: quia primus Aequinoctij, ſole Arietē ingrediente. Vixit au 130.
tem annos Adam centum triginta, & genuit Seth, poſtea vixit
octingentos Geneſ.5.

Sed tertius filius Adæ, pręter plures alios quos ſcriptura nō
refert, vixit annos centum quinq;, & genuit Enos, poſtea vi- 150.
xit octingentos ſeptem. Gene.5.

Enos cū eſſet annorum nonaginta genuit Caynan: poſt vi-
xit octingentos quindecim. Hic contra filios Cayn idolatras 090.
Dei imagines fecit, & nomen domini inuocauit. Ibidem.

Caynan ſeptuaginta annorum genuit Malaleel, poſt octin- 070.
gentos quadraginta. Ibidem.

Malaleel ſexaginta quinq; annorum genuit Iared: poſt hu-
ius ortum, octingentos triginta. Ibidem. 065.

Iared centum ſexaginta duorum genuit Henoch, poſt vi-
xit octingentos. Ibidem. 162.

Henoch ſexaginta quinq; annorum genuit Mathuſalā, poſt 065.
vixit trecentos annos, & ambulauit corā Deo, trāſlatus eſt, &
non comparuit Geneſ.5. Eccleſiaſtic.44. ad Hebræos.11. Iuxta quoſdam in paradiſum terreſtrem, vbi eſt cum Helia & Ioāne vſq; ad aduētum Antichriſti, vt ex quaq; lege, naturæ, ſcripturæ, & gratiæ teſtis adſit.

Mathuſala vixit centum octoginta ſeptē, & genuit Lamech 287.

poſt

poſt ſeptingentos octoginta duos.Gene.5.Hic iuxta quoſdam
ſuperuixit vſq; diluuium.

Lamech vixit centum octoginta duos,antequam genuiſſet
182. Noe:poſt,quingentos nonaginta quinq;.Ibidē.Sub eo Gigan
tes ex genere Cain nati ſunt,quo etiam tempore poſt Cam &
Sem permixti ſunt.

600. Noe vero vixit ſexcentos annos ante diluuium Geneſ.7.

Summa annorum ab Adam vſq; diluuiū mille ſexcentorū
quinquaginta ſex. Iuxta ſeptuaginta interpretes,bis mille du-
centi quadraginta duo.

## Caput.5. De annorum ratione à Diluuio ad *Abrahamum per ſecundam ætatem.*

SECVNDA ætas à diluuio vſq; ad ortum Abrahæ cōti-
net annos ducentos nonaginta duos.

002. SEM primogenitus Noe,à quo Chriſtus ſecundum carnē
deſcendit,poſt diluuium anno ſecundo genuit Arphaxat:poſt
genitum autem illum vixit quingentos annos. Geneſ.11.

035. Arphaxat vixit triginta quinq; annos antequam genuiſſet
Sale: poſt vero,trecentos & tres, ibidem . Ab Arphaxat ortū
habuere Caldæi.

030. Sale vixit triginta annis,& genuit Heber,poſt quadringētis
tribꝰ,ibidē. A Sale ortū habuere Samaritę,& Indi iuxta Bedā.

034. Heber vixit triginta quatuor annis, & genuit Phaleg, poſt
quadrigētis triginta,ibidē. Sub hoc Nēbroth nepos Chā cœpit
fabricare turrim cōtra Deū:ꝓpter ꝙ facta eſt linguarū diuiſio
apud Babel,vnde hebraica lingua, quę olim omniū gētiū erat,
ab Heber,in cuius domo manſit,cognomen ſortita eſt.Erat e-
nim ſeruus Dei abſq; delicto in ędificanda turri,proinde ad il-
lud diuiſionis linguarum ſupplicium non peruenit.Ita Augu-
ſtinus lib.16.de ciuit.cap.11.ab Heber dicti ſunt Hebręi.

030. Phaleh,ideſt,diuiſꝰ,à linguarū diuiſione ſic dictꝰ, vixit trigi
ta annis,& genuit Reu:poſt ducētis nouē annis Ge.11.ſub Pha
leg cępit idolatria à filijs Chā : nam hoc tempore Belus filius
Nembroth factus eſt primus rex Aſſyriorum, à quo idolum
Bel ſeu Baal,cuius tā frequens mētio in libris regū habetur:
ꝙ ignominię cauſa Iudęi Zebub,ideſt, muſcarū,cognomina-
uerunt



uerunt.Inde in euangelio:in Belzebub eijcit dęmonia.Sol pre
terea Aſſyriorum lingua dicitur, Bel: fortaſſe inde Idolū Bel,
quod ſolem adorarent.Hinc Idolatriæ magna origo. Huius e-
tiā tēpore Tubal nepos Noe in Hiſpaniā colonias tradduxit.

REV vixit triginta duobus annis,& genuit Sarug:poſt du 023.
centis nouem,ibidem. Ab hoc regnum Scitharum cepit,ex Be
da & Ioſepho.

Sarug vixit triginta annis & genuit Nachor poſt ducētis an 030.
nis,ibidem hoc tempore cæpit Aegyptiorum regnum.

Nachor vixit viginti nouem annis , & genuit Thare, poſt 029.
centum decem & nouem annis, ibidem.

Thare vixit ſeptuaginta,& genuit Abram,ibidē.Sub Tha-
re fuit Semiramis regina,Ninus rex illius coniux & Beli filius, 070.
à quo hiſtoriographi omnes auſpicantur .Condidit Niniuem:
& Zoroaſtes Bactrianorum rex Magiam inuenit.

Summa annorum à Diluuio ad ortum Abrahami, ducento 292.
rum nonoginta duorū ex Gen.11.ab exordio mundi mille nō-
gentorum quadraginta duorum.

## Caput.6. Ab Abrahamo ad Dauidem per tertiam ætatem.

TERTIA AETAS AB ortu Abrahæ vſq; ad ini-
tium regni Dauidis continet annos nongentos qua-
draginta duos.

ABRAHAM centum annorum genuit Iſaac Gene.21.
Fuerūt autem oēs anni vitæ eius centum ſeptuaginta quinq;. 100. Gen.21.
Tempore Abraham fuit Melchiſedech rex Salem. ibid.25.7.

Iſaac ſexagenarius genuit Iacob,Gen.25. Fuerūt autem oēs 060.
anni eius centum octoginta Gen.35. Tempore Iſaac cæpit ab ibid.25 26
Iſmaele Iſmaelitarum regnum,quod & Agarenorum ab Agar
illius matre,& Saracenorum à Sarra dictum eſt,Vnde Maho-
metus,& ſui genus duxiſſe falſo gloriantur.Hoc quoq; tempo
re Tritonia Minerua fuit plurium artium inuentrix,& Vulca
nus faber ferrarius.

Iacob in ſenectute nonagenarius genuit Ioſeph.Gene.30.& 090.
37.Fuerunt autem omnes anni eius centum quadraginta ſeptē
Gene.47.Sub Iacob cæpit regnum Argiuorum, & Phorone-
tus primus legiſlator eorum.Et Oſyris rex Aegipti. Condi

S tur

tur Memphis, accidit diluuium Achaiæ.

110. Ioſeph vixit centũ decẽ annis expletis, vt legimꝰ Gen. vlti. Sub hoc cœpit Argos habere ſegetes, floruit Apollo apud Ethnicos medicinæ, & pluriũ artiũ inuentor. Et Prometheus filiꝰ Iapeti, frater illius Athlas magnꝰ aſtrologꝰ, & eius nepos Mercurius vir ſagax, & apud gentes primus muſicæ inuẽtor, & Heſperus Hiſpanię rex, à quo Heſperia dicta.

065. Interregnũ à morte Ioſephi vſq; ad natiuitatẽ Moſis Exo.2. durauit annis ſexaginta quinq;, quo tẽpore cœpit ſeruitus Hebręorũ ſub Pharaonibꝰ Aegiptiorũ regibꝰ. Cõdũtur Athenę.

Moſes ſub Amenope Pharaone natꝰ, octoginta annis vixit
080. ante exitũ Iſraelis de Aegipto Exo.7. Et ſub Cechres Pharaõe
Exitus Iſrael. qui in mari rubro ſubmerſus eſt, populũ eduxit, anno ab orbe condito bis milleſimo quatuorcẽteſimo quĩquageſimo tertio

040. Poſt exitũ vixit in deſerto cũ populo Iſrael quadragĩta annis: quo etiã tẽpore accidit diluuiũ Theſaliæ ſub Deucalione: incẽdium Phaetontis: regnat Pinus in Latio, Saturnus & Iupiter in Creta: Danaꝰ in Argis. Balaã gentiũ Propheta vaticinatur.

026. Ioſue dux ſecũdus Iſraelis, qui populũ induxit in terrã promiſſionis, viginti ſex annis præfuit: Ioſue vixit centũ & decẽ annis. Solus ipſe & Caleb ex his, qui educti ſunt de Aegipto, terrã promiſſam ingreſsi ſunt. Hoc tempore Dardanus Troiam condidit: Cadmus literas Græcas inuenit.

040. Othoniel primꝰ Iudex Iſraelis quadraginta annis iudicauit Iudicũ,3. ſub cuiꝰ tpe claruit Dioniſiꝰ Bacchꝰ, vini inuẽtor, & Linꝰ, & Amphiõ Thebanꝰ muſici. Minos rex Cretę & vxor eius Paſiphae.

080. Adod Iudex ſecũdus Iſraelis octogĩta annis iudicauit. Poſt hũc Sãgarus, qui ſexcẽtos Philiſtæos pcuſſit vomere Iudicũ.3. ſub quorũ tpe claruerũt Tãtalꝰ rex Phrigiæ, Perſeus filius Danę, à quo regnũ Perſarũ cœpit, & nomẽ ſumpſit: & Tros rex Troię, Hercules Thebanus, & Sybilla Samia.

040. Delbora pphetiſſa, & Barach dux Iſrael fuerũt Iudices quadraginta annis, Iudic.4. quorum tpe floruit Sybilla Erithræa, Midas rex Phrigiæ, Picus primus Latinorum rex.

040. Gedeõ Iudex quartꝰ Iſraelis, & dux quadraginta annis pręfuit. Aduerſus Madianitas bellũ geſsit, & trecẽtis ſelectis viris numeroſũ eorũ exercitũ fugauit. Iudic.6.7.8. Floruerũt Sybilla Delphica, Orpheus & Muſæus poetæ, atq; Dędalus in mechani-

chani-



chanicis ingenioſiſsimus.

Abimelech quintus Iudex tribus annis iudicauit Iſraelem. 003.
Septuaginta ſuos fratres interfecit, vt principatum obtineret, Lapidis ictu à muliere proiecti interfectus eſt, Iudicũ.9. Huius tempore fuit bellum Lapitarum & Centaurorum.

Thola ſextus iudex viginti tribus annis iudicauit Iſraelem, 025.
Iudicũ.10. Sub cuius tempore Priamus regnat Troiæ, Theſeus Athenis, floruit Sybilla Phrigia.

Thair Galaadites ſeptimus iudex Iſraelis iudicauit illũ vi- 022.
ginti duobus annis, Iudicum.10. quo tempore floruit Carmẽtes Nicoſtrata Latinarum literarũ inuẽtrix.

Iepte vir fortiſsimꝰ, filiꝰ meretricis, octauꝰ iudex Iſraelis p- 006.
fuit ãnis ſex, Iudic.11. & 12. ſub quo Hercules flãmis ſe iniecit.

Abeſſan de Bethlehem, qui habuit triginta filios, & totidẽ
filias, nonus iudex iudicauit Iſraelem ſeptem annis, Iudicũ.12. 007.
Sub hoc bellum Troianum exoritur.

Ahialon Zabulonites decimus iudex Iſraelis præfuit illi de- 010.
cem annis. Huius mentio non habetur in editione ſeptuaginta interpretum, quod notauit Beda.

Abdon vndecimus iudex iudicauit octo annis, habuit qua-
draginta filios, & ex eis triginta nepotes, Iudicum.12. ſub hoc 008.
euertitur Troia, Aeneas in Italiam venit.

Sãſon duodecimꝰ Iudex Iſraelis iudicauit viginti annis, for- 020.
tiſsimꝰ oĩum hoĩum viribꝰ, mille Philiſtæos aſini mãdibula pſtrauit, ſe ipſũ cũ pluribꝰ eorũ, Iudicũ.16. diuina inſpiratione interemit: Apoſtolus in catalogũ ſanctorũ retulit ad Hebræ.11. Ruth Moabitis hiſtoria cõtigit tẽpore huius: & ſub eodẽ Aſcanius Aeneæ filius Albã condidit, & cœpit regnare in Italia. Hactenꝰ duodecim Iudices, qui fere tercẽtis annis præfuerũt.

Heli ſummus Sacerdos quadraginta annis principatum ob- 040.
tinuit. 1. regum. 4. Sub eo arca Dei capitur à Philiſtæis: regnum Siciniorum finitur, Anthenor Paduam ædificat, Francus Hectoris filius, vt fertur, Francorum regnum initiauit: Brutus Britãnorum, qui nunc Angli dicuntur.

SAMVEL Sacerdos ſummus & ſanctiſsimus pri- 032.
mum ſolus, deinde ipſe ſimul & Saul rex à Deo per manum eius electus, triginta duobus annis præfuerunt & regnauerunt. 1. regum. 1. & 3. regum. 6. vbi numerantur anni ab egreſſu de Aegipto.

Hoc tempore Lacedemoniorum regnum exoritur, claruerũt Homerus,& Heſiodus Græci poetæ.

Sũma annorũ huius tertiæ ætatis ab Abrahã vſq; Dauid,nõ
942. gentorum quadraginta duorum, deſumpta à Geneſi vſq; ad finem primi regum. Itaq; ab exordio mundi ad Dauidem anni ſunt bis mille octingenti nonaginta.

## Caput.7. A Dauide ad captiuitatem per quartam ætatem.

QVarta ætas à principio regni Dauidis vſq; ad ſubuerſionem vrbis Hieruſalem,& tẽpli Solomonis,cõtinet annos quatuor centũ octoginta quatuor.

040. Dauid regnauit quadraginta annis,vt cõſtat.3.reg.2. Vir bello & pace clariſsimus,Deo gratus. Sub cuius tẽpore floruerũt Nathan & Gad Prophetæ. Carthago ab Eliſa Didone conditur,vt ait Beda.

Solomon filius Dauid rex pacificus & ſapientiſsimus reg-
040. nauit annis quadraginta.3.reg.11.Templum Domini cœpit æ-
ædificatio Templi. dificare anno quatuorcẽteſimo octuageſimo egreſsionis Iſrael de Aegipto anno.4.regni ſui,& compleuit ædificare anno vndecimo.Itaq; ſeptem annis ædificatum eſt.3.reg.6. ex quo apparet Samuelem & Saulem triginta duobus annis,& nõ quadraginta præfuiſſe.Sub eo claruerunt regina Sabba,Prophetę Semehias & Abdo,& Sadoch ſummus ſacerdos.

017. Roboam filius Solomonis imprudens & ſceleſtus regnauit decẽ & ſeptẽ annis.3.reg.14.Sub quo diſciſum eſt regnũ Iſrael à Iuda per Ieroboam.

003. Abiam filius Roboã impius regnauit tribus annis ſuper Iudã,vt dicitur.3.reg.15.ſup Iſrael regnat Ieroboã:vterq; impiꝰ.

041. Aſſa filius Abiam regnauit quadraginta vno annis.3.reg.15. podagra interijt rex fidelis,prudens & fortiſsimus. Huius tẽpe regnat in Iſrael Ieroboã Nadab, & Baaſſa qui interfecit Hieu Prophetam,quia veritatem illi vaticinabatur.Sic, veritas odiũ parit.Ipſe vero interficitur à Zambri, & hic ſe combuſit.Regnat Amri,qui emit montem Somer, & ædificauit ciuitatẽ Samariæ.Item, Achab:omnes impij idolatræ. Claruerunt Azarias & Anani Prophetæ.

025. Ioſaphat filius Aſſa rex optimus, regnauit viginti quinque annis



annis ſuper Iudam.3.reguni vltim. Extat nunc ſepulchrũ eius in valle Ioſaphat,quæ ex hoc cognomẽ ſumpſit.Sub hoc Elias, Abdias,Micheaſq; prophetant. Regnat impius & ſceleratus Achab,& Iezabel vxor eius in Iſrael, Ochozias & Ioram filij eorum omnes impij.

Ioram filiꝰ Ioſaphat regnauit octo annis:vt apparet. 4.reg. 008.
8.hic impius factus eſt deceptus ab Athalia vxore ſua,quæ erat filia Achab.Huius tempore Helias rapitur in cælum aſſeruandus in paradiſo terreſtri.Claruit Heliſæus.

Ochozias filius Iorã regis Iudæ regnauit anno vno.4.regũ
10.Interficitur ſimul cum Iorã à Iehu viro fortiſsimo,qui reg- 001.
nauit in Iſrael poſt Ioram.

Athalia mater Ochoziæ regnauit ſeptem annis.4.regũ.11. 007.
Hæc impia ſuſtulit omnino ſemen regum domus Ioram, interfectis omnibus.Sed Ioſabetha filia Ioram,& ſoror Ochozię vxor Ioiadæ Pontificis aſſeruauit Ioas puellum, & nutriuit in templo in domo Pontificis.Huius tempore regnauit Iehu ſuper Iſrael.

Ioas de poſteris Nathan filij Dauidis regnauit ſuper Iudam 040.
annis quadraginta,vt habetur.4.reg.12.Huius tempore regnauerunt in Iſrael Iehu, Ioachaz, & Ioas. Sed Zacharias filius Ioiadæ Barachiæ lapidibus occiditur inter templum & altare, vt euangelij narrat hiſtoria, iuſſu regis ingratiſsimi.

Amaſias filius Ioas regnauit viginti nouem annis,ſuper Iu- 029.
dam,vt habetur.4.regum.14. Ob ſuperbiam cordis ſui victus eſt à Ioas rege Iſrael, & ſpoliatus auro templi, & domus regiæ.Itaque huius tempore regnauerunt Ioas, & Ieroboam filius eius ſuper Iſrael.Ionas & Amos prophetauerunt.

Ozias ſeu Azarias filius Amaſiæ regnauit ſuper Iudam
quinquaginta duobus annis.4.regum.15.Hic leproſus omni vi 052.
tæ tempore fuit. Sub eius tempore Ieroboam & Zacharias filius eius de poſteris Iehu.Sed hunc interfecit Sellum, & hunc Manahem,poſt quem regnauit filius eius Phaccia, & Phacce filius Romelię,qui interfecit illum.Sub hoc tempore Arſaces transfert monarchiam Aſſyriorum in Medos, mortuo Sardanapalo.Carnaus erigit regnum Macedonię. Licurgus leges tulit Lacedemonijs. Vaticinãtur Oſeas, Ioel, Abdias & Eſaias.

Ioatham filius Ozię decem & ſex annis regnauit in Iuda.4. 016.

reg.15.Hoc tēpore regnauit Phacce ſuper Iſrael. Sub hoc prophetauerunt Michæas & Nahum.

016. Achaz filius Ioatham regnauit decem &ſex annos, vt legimus. 4. regū. 16. quo tempore regnauit ſuper Iſrael Phacce: qui cum Raſsin rege Syriæ Damaſci coniurauit contra Achaz regem Iudæ: qui conduxit Theglath Phalaſar regē Aſſyriorū, & deuaſtauit Damaſcum, & vniuerſam Syriam. Phacce vero regem interfecit Oſee, & regnum inuaſit. Cōtra quem pugnauit Salmanaſar rex Aſſyriorum, & cepit eum: & deuicta Samaria tranſtulit omnem Iſraelem captiuum in Medos & Aſsyrios, vſque in hodiernum diem. Hoc tempore vrbs Roma conditur.

926. Ezechias filius Achaz regnauit viginti nouem annis. 4. reg. 18. Hic vir ſanctus, cui Dominus vitam protraxit in quindecim amplius annos. Sub hoc Romulus & Numa Pompilius regnant, & incipit ſenatus Romanus centum patrum. Thobias vir iuſtus claruit in Niniue ex filijs Iſrael tranſlatis de tribu Neptalin.

055. Manaſſes fili⁹ Ezechiæ regnauit annis quīquaginta quinq;. Idola gentium, quæ pater demolitus fuerat, erexit. Eſaiam per medium ſecuit ſub quercu Rogel, eo quod principes Sodomorum illum, & ſuos aulicos appellaſſet, Eſai. 1. captiuus ducitur in Babylonem, ſed pænitentia poſtmodum acta in regnum reſtituitur. Huius tempore Bizantium ædificatur à Pauſania rege Lacedemoniorum. Tales Mileſius, & ſepſem Græciæ ſapientes claruerunt. Numa Pompilius anni mēſium numero duos adiecit.

002. Amon filius Manaſſe duobus annis regnauit, vt habetur. 4. reg. 21. à ſeruis interfect⁹ domi occubuit. Clarueruīt Archiloch⁹ & Alcæus poetæ. Tullus Romanis cenſum impoſuit.

031. Ioſias filius Amon triginta vno annis regnauit, vt legimus 4. reg. 22. vir iuſtus & pius, ne vaſtationem Iudæ videret, Dei voluntate ſagittis vulneratus in bello, dum reuerteretur Hieruſalē, in oppido Magedo occubuit. 4. reg. 23. In Hebræorū bibliothecis extat Hieremiæ opus apocryphum continens varias carminum elegias, ſeu lamentationes in huius regis deplorationem. Claruerunt huius tempore Hieremias, Baruch, Sophonias prophetæ, & Olda prophetiſſa. Arion muſicus, & Phalaris tyrannus Agrigentinus.

Ioachaz



Ioachz cognomento Iechonias. 3. Eſdr. 1. filius Ioſiæ tribus menſibus regnauit, captiuus in Aegiptum ducitur à Pharaone Necao, & ibi abſq; liberis deceſsit. 4. reg. 23.

Eliakin, qui & Ioakin filius alter Ioſiæ vndecim annis regnauit. 4. reg. 23. & Aierosolymis occubuit. 011.

Ioachin Iechonias filius Ioakin nepos Ioſiæ tribus menſib⁹ regnauit, & obſeſſus à Nabuch donoſor rege Babylonis dedit ſe vltro in poteſtatem illius, ductuſq; eſt in Babylonem ipſe, & principes populi, & vniuerſi milites Hieruſalem, cum quibus Ezechiel ducitur. Hæc non captiuitas, ſed trāſmigratio appellatur à Matth. cap. 1.

Sedechias Mattanias filius Ioſiæ, frater Ioakin, & patruus Ioakin, regnauit vndecim annis. 4. regū. 24. Captus eſt à Nabuch donoſor, & interfectis filijs, poſt eruit illi oculos, & trāſtulit omnem populum Iuda captiuum in Babylonem: muros ciuitatis euertit, regiam & templum Domini incendit, & omnia combuſit, anno poſt ædificationem à Solomone factam quatuorcenteſimo trigeſimo. Paucißimi verò vinitores, & agricolę, cum cæteris qui remanſerunt, in Aegiptū migrauerūt cū Hieremia. 4. reg. 25. Anno quinto tranſmigrationis Ioakin cæpit prophetare Ezechiel: claruit hoc tempore Abachuch ꝓpheta, & Pytagoras, & Anacharſis philoſophi, & Epimenides poeta. 011. Deſolatio templi.

Sūma annorum quartę ætatis, videlicet, ab ortu Dauid vſq; ad deſolationem vrbis & templi quatuor centum ſeptuaginta quatuor & ſex menſium. At vero ab exordio mundi, ter mille trecentorum ſexaginta quatuor. 474.

## Caput. 8. A captiuitate ad Chriſtum per quintam ætatem.

QVinta ætas ab euerſione templi, & Hieruſalem vſq; ad Chriſti natiuitatem cōtinet annos quingentos nonaginta octo.

Hebræorum captiuitas conſūmata fuit anno vigeſimo quinto Nabuch donoſor ſub Sedechia, ex quo tēplū cōbuſtum eſt à Chaldæis. Durauit aūt annos ſeptuaginta iuxta Hieremię vaticinium cap. 25. & 29. & Zacharię. 1. & 1. Eſdrę. 1. & Danielis. 9. 070.

 Sub

Sub exilio, Iechonias genuit Salatielẽ, Salatiel vero Zorobabe
lẽ, vt Math.1. &.1.paraly.3.legimꝰ. Quo etiam tẽpore Nabuch
Donoſor regnauit duobus vltimis annis, & in brutum primũ
verſus mentis forte alienatione, deinde in ſenſum & regnum
reſtitutus eſt. Deinde Euilmerodach filius eius annis decem &
octo, Egeſar annis triginta, Loboſordiach menſibus nouem,
Balthaſar Naboã decem & octo annis. Hic cũ nil de bello ſibi
inſtanti pręſentiret, videretq; ſeptuageſimum annum adeſſe,
exiſtimauit irritam Dei promitsionem, qua Hieremiæ.25.
& Zachar.1.promiſerat ſeptuaginta annis captiuitatem He-
bræorum diſſoluendam: & quaſi illis inſultans ſuis fecit gran-
de conuiuium, in quo vaſis templi abuſus eſt. Sed ſcribẽtis ma
nu in pariete admonitum diuina vltio eadẽ nocte cõſecuta eſt.
Nã deſiccatis fluentis Euphratis exercitus Darij Medorum,
& Cyri Perſarum regum illac ingreſſus Babylonem vrbẽ deua
ſtauit, & Balthaſarem interfecit, vt legimus Danielis.5. Hic
autem Darius à Gręcis cognominatus eſt Cyaxares, filius A-
ſtiagis cognomento Aſſueri Medorũ regis, vt legimus Danie-
lis.9. Et apud Ioſephũ libro.10.antiquit.cap.13. ſororẽ habuit
Mandanẽ huius Cyri matrem. Sexaginta duorum annorum
erat Darius, cum Babylonẽ cæpit, & in Medos reuerſus Danie
lẽ ſecum detulit & honorauit. Poſt hęc aũt duobus annis regna
uit, quorũ primo Daniel viſionem habuit ſeptuaginta hedoma
darũ: ſecundo vero impletꝰ eſt numerus ſeptuaginta annorum
captiuitatis. Et ipſe Dariꝰ interfectꝰ eſt à Cyro cõſobrino ſuo.
Hęc fere ex Ioſepho lib.10.antiquit. Euſebio in chronico, Hie-
ronymo in Danielem, Metaſthene, Philone, & Xenophonte li
bro.1.Cyropediæ.

Cyrus.1. Perſarum rex annis triginta regnauit: in quorum
030. primo dominus ad explendum ſermonẽ ſuum, quẽ locutus fue
rat per os Hieremię cap.25. &.29.ſuſcitauit ſpiritũ Cyri, vt ſol
ueret populum, & reduceret in Hieruſalem. Ita legimus. 2.pa-
raly.vltimo &.1.Eſdræ.1.2.6.& Danielis.9. Conſtituit autem
principem populi Iudaici Zorobabelem filiũ Salatielis, & ne-
potem Iechonię regis, ad reducendum populum, numero fere
quinquaginta millium hominum, quibus reſtituit vaſa tem-
pli aurea & argentea, & miſit in Hieruſalem, illi vero cæpe-
runt reædificare templum anno ſecũdo aduẽtus ſui.2.Eſd.3.
Sed impedientibꝰ Samaritis intermiſſum eſt opus vſq; ad annũ
ſecundum



ſecundum Darij Hitaſpis.1.Eſdræ.4. Hi etiam in regno Aſ-
ſueri Artaxerxis ſcripſerunt accuſationẽ aduerſus Iudæos,
quibus Artaxerxis ſcripſit ne ædificaretur Hieruſalem, &
manſit abſque muris. Igitur Zorobabel populo præfuit quin-
quaginta octo anis. Ieſus filius Ioſedech pontifex primus in
ſolutione captiuitatis ſacerdotio functus eſt annis ſexaginta
quatuor. Claruerunt in Græcia philoſophi naturales: in La-
tio Pytagoras, & Mathematici, Solon dat legem Athenien-
ſibus. Crę́ſſus regnat Lidiæ, vaticinantur Aegeus & Zacharias
Sybillę Cumęa & Halleſpontica.

Cambyſes Cyri primi filius, & nepos primi Cambyſis an- 008.
nis octo regnauit, vt traditur à Chronographis. Ioſephꝰ in li.11
antiquit.cap.3.per ſexennium regnaſſe dicit: at conſentiũt plu
res: Zonaras in primo tomo annal, & Iornandes verum Cyri
fuiſſe filiũ affirmant. Clemẽs Alexandrinus li.1.ſtromatũ, Iuſti
nus, Hieronymꝰ, Plato li.1.de legibus, & Thucidides li.1. Hic
forte quod à patre Cyro pręfectus fuiſſet Caldæorum regno,
cognominatus eſt Nabuchdonoſor (ſic enim ſuos reges Chal-
dęi appellauerunt, ſicut Aegiptij ſuos, Pharaones) id enim ap-
paret ex hiſtoria Iudith & Holofernis, quæ huius tempore ac-
cidit. Nam ex capitibus.1.&.2.illius conſtat, hunc annos trede
cim & amplius regnaſſe, quod ſimul cum patre, qui triginta
regnauit, vt diximus, cæpiſſet antea regnare: poſt cuius mortẽ
Paleſtinam expeditionem omnino voluerit abſoluere in re-
liquijs quę remãſerat. De hac re lege Auguſtinũ li.18.de ciuit.
Dei cap.26. Hic fratrẽ Exmerdim, & ſororẽ quam duxerat v-
xorem interfecit, Aegiptum debellauit, & ſuo ipſius enſe caſu
interemptus eſt dum equitaret.

Magi duo fratres, mortuo Cambyſe, duobus menſibus ty-
rannidem exercuerunt. Interregnum tamen duobus annis du 002.
rauit: alioqui à primo Cyri vſq; ad ſextum Darij Hitaſpis, ad
quẽ intermiſſum eſt tẽpli opus, vt habetur.1.Eſd.4. non erunt
quadraginta ſex anni, quibus reędificatio illius facta eſt. Ioã.2.
Alter eorum Smerdes Pantambẽ Cambyſis filiam duxit vxo
rem: ſed interfectis Magis ab optimatibus, huic Dario nupſit.
Ita Euſebius, Iuſtinus, Hieronymus in.11. Danielis. Herodotꝰ
lib.7.& Iuſtinus lib.1 aiunt: Atoſſam Cyri primi filiam nupſiſ
ſe huic Dario, atq; ex ea genuiſſe Xerxem. Hoc tempore cla
ruit Malachias propheta.

Darius.

Darius Hitaſpis,quem Plato lib. 1.de legibus, non fuiſſe re
gis filiū obſeruauit, decē & nouem annis regnauit: Euſebio,He
rodoto & Cōtractio teſtibus. Cuiꝰ meminerūt Clemēs Alexā
drinꝰ li.1.Stromatū,Iuſtinꝰ li.1. Ioſephus li.11.cap.4.tametſi in
annorū,quibus regnauit,numero multū diſcrepent. Nā hic reg
no priuatus pluribꝰ annis fuit,& genuit Artamenē ſeu Artaba
zanem,deinde in regnum reſtitutus genuit Xerxem. Quam
ob rem de regno controuerſum eſt inter fratres, & natu poſte
rior prælatus eſt primo. Anno ſecundo huius Darij prophe-
tantibus Eggeo & Zacharia ,filij Iſrael cæperunt iterū admo
uere manus in ædifitium templi,vt habetur.1.Eſdræ.5.&.3.Eſ-
dræ.5. Et anno ſexto regni eiuſdem,vt legimus.1. Eſdræ.6.
& Eſdræ.7.conſummatū eſt opus, cuius reædificatio quadra-
ginta ſex annis perdurauit, vt habetur Ioann.2. Muri vero
Hieruſalem & platea deſolati permanſerunt vſque ad Arta-
xerxem Longimanum ,vt habetur.2.Eſdræ.1. Expeditionem
tentauit contra Græcos, & victus eſt illius exercitus à Mil-
ciade Athenienſium duce. Hoc tempore pelluntur reges ab
vrbe Roma propter adulterium Tarquinij cum Lucretia,& in
cipit gubernatio per conſules Iunum Brutum , & Valerium
Publicolam.

Xerxes Darij filius,qui & Aſſuerus Artaxerxes priſcꝰ,Grę
cię & totiꝰ Europę terror,quindecim ānis regnauit,ſed plures
315. alios ſimul cū patre,cui ſucceſsit teſte Platone li.1.de legibꝰ, &
in Gorgia,& in Epitaphio, vbi hoc ordine regū iſtorū ſucceſ
ſionē apponit:Cyrus Cābiſes,Dariꝰ Xerxes.ita diuuꝰ Hierony
nꝰ interpretatur de hoc Xerxe locū illū, Danielis.11. Tres ad-
huc reges ſtabūt in Perſide,& quartꝰ ditabitur opibꝰ,& cōcita
bit oēs aduerſus regnū Grecię.Ita ſentiūt Euſebius, Hreodotꝰ
Clemēs Alexādrinus,Diodorꝰ.li.11.Iuſtinꝰ li.2.Ioſephꝰ.11.ca.
5.cōtra Athenięſes decies cētū hominū millia conduxit,ac prę
lio nauali victꝰ á Themiſtocle refugit. Hic forte á Methaſthe
ne,& Philone,quem ſecūtur Anſelmus, Anniꝰ,Driedo,& Lu
cidus,appellatur Aſſuerus Artaxerxes priſcus:conſentiunt e-
nim in patre & numero annorū. Nam aiunt hunc fuiſſe filium
Darij,& viginti annis regnaſſe.Nec obeſt nominis diſcrimen
multis quippe nominibꝰ vnum eundē regē appellare cōſueue-
rūt,multo minus ꝙ Aſſuerū Artaxerxē Cyro primo ſucceſsiſ
ſe dicant,quoniam intermedij non numerarūt , ꝙ Cābyſes cū
patre



patre regnauit,Magi tyranni paucis mēſibus, Dariꝰ regno pri
uatus & ſimul cum Xerxe hoc illius filio. Hoc tempore claruit
Herodotus hiſtoriographus,Zeuxis, & Parrhaſius pictores.
Grecorū duces Themiſtocles,Leonidas,& Ariſtides , Marcꝰ
Coriolanus dux Romanorū,& Quintus Cincinatus dictator
& tribuni eſſe ceperunt,& decemuiri authores legū decē tabu
larum. Hippocrates medicus,& Diagoras,Socrates, Gorgius,
& Zenon philoſophi, poetę Sophocles & Euripides,

Artaxerxes,qui & Darius Longimanus à Methaſthene &
Philone appellatur, ſeptimus Perſarū rex, Aſſueri priſci , ſeu 040.
Xerxis filiꝰ,cū Cyro Artabano patris prefecto, & ipſiꝰ fratre
ſeptē menſibus pro imperio dimicauit:quadraginta annis reg-
nauit. Ita Iuſtinus li.3. Diodorus li.11. Euſebius in chronico &
lib.3.hiſto.Eccleſ.cap.10.Ioſephus lib.11.antiq. cap. 6. & lib.1.
cōtra Appionem.Nicephorus lib.2.hiſto.Eccleſ.cap.18.Anno
ſecundo regni huius Eſdras obtinuit ab eo licentiam redeun-
di in Hieruſalem cum reſidua multitudine populi, & iudicādi
populum,& reſtituendi legem & ciuitatem . Et anno ſeptimo
aſcendit de Babylone in Hieruſalem cum vniuerſa plebis mul
titudine.vt legimꝰ.1.Eſd.7.&.3.Eſ.8.Anno vero vigeſimo Ne
hemias iterū licentiam obtinuit erigendi muros, & reædifica-
ti ſunt quinquaginta duorum dierum ſpatio.2.Edræ.2. &.2.
Eſdræ.6.Et conſummatum eſt atq; perfectum reſtitutæ ciuita
tis, & murorum opus iuxta Hieremiæ vaticinium cap.25. &
Zachar.& Eggei.1. Ergo ab anno ſecundo huius Artaxer-
xis Longimani in quo egreſſus eſt ſermo reſtaurandi ciuita-
tem & conſummandæ ſolutionis captiuitatis, incipiunt nume
rari ſeptuaginta hebdomades Danielis. 9. Ad initium prin-
cipatus huius mortuus eſt Ieſus filius Ioſedech, primus pon-
tifex poſt captiuitatem, & ſucceſsit in pontificatu filius eius
Ioakin per quadraginta octo annos: Anno vero decimo re-
gni huius mortuus eſt Zorobabel primus dux poſt captiuita-
tem,& ſucceſsit illi Reſſa Moſolān filius eius qui principatum
geſsit ſexaginta ſex annis.

Danielis hebdomades incipiunt.

1.Eſd.7.8.
3.Eſd.8.6.
2.Eſd.2.1.
2.Eſd.6.15
Hier.25.12
Zach.1.12.
Agæi.1.1.

Dan.9.24.

Xerxes ſecundus octauus rex Perſarum duobus menſibus
imperauit,vt Euſebius in chronicis ait & Iornādes. Hippocra
tes claruit. Plato naſcitur.

Sogdianus nonus Perſarum rex, eodem Euſebio authore,
nouem

9. mẽ nouem regnauit menſibus. Sub hoc tempore Eudoxius Philo
ſes. ſophus, & Dioniſius tyrannus.

Darius nothꝰ Artaxerxis, ſeu Darij Longimani filius, vn-
de viginti annos regnauit, Euſebio teſte, tametſi Clemens A-
019. lexandrinus octo annis tantum regnaſſe perhibeat. De hoc
Thucydides libro. 8. et Pauſanias poſteriori Eliacorum, &
Seuerus Sulpitius lib. 2. præter authores ſuperiꝰ adductos. Sub
hoc Aegiptus receſsit à Perſis. Obijt octauo anno huius Ioa-
kin ſacerdos, & ſucceſsit illi Eliaſib, qui fuit tertius Sacerdos,
& functus eſt officio per viginti vnum annos.

040. Artaxerxes magnus, cognomento Mnemon, qui & Aſſue
rus Darius dictus eſt, annis quadraginta regnauit, vt Euſebius
ait, & Tertullianꝰ libro aduerſus Iudęos. c. de paſsione Chriſti:
Iornãdes & alij; tametſi Clemẽs quadraginta duobus: Pluthar
cꝰ in huius vitam dicat ſexaginta duobus. Meminit huius Ioſe-
phus libro. 11. cap. 7. fratrem habuit Cyrũ minorem, ſub quibꝰ
accidit hiſtoria Heſter, authoribꝰ Euſebio, Beda, Sulpitio Seue
ro lib. 2. hiſto. ſacræ. Hermano, Lucido, Iornande, Driedone.
Anno decimo huius obijt Eliaſib ſacerdos, & ſucceſsit Ioia-
da per viginti quatuor annos. Hic ãno trigeſimoquinto obijt,
& ſucceſsit Ioathan per viginti quatuor annos. Et anno deci-
mo obijt Reſſa Moſſolam dux populi Hebræorum, & ſucceſ-
ſit illi Ioanna per quinquaginta tres annos. Naſcitur Ariſto
teles, & Iſocrates. Galli Senones duce Brino Romam inuadũt.
Carthaginenſes bella gerunt.

024. Artaxerxes Ochus duodecimus Perſarum rex patri ſucceſ
ſit, & viginti quatuor annis regnauit, vt Tertullianus eſt au-
thor, licet Euſebius & reliqui viginti ſex dicãt. Huiꝰ meminit
Iuſtinus libro. 10. Plutarchus in Artaxerxe. Anno decimo no
no regni huius obijt Ioathan ſacerdos, & ſucceſsit illi Iaduus
per decem annos vſque ad Alexandrum. Et anno vigeſimo
tertio huius obijt Ioanna dux populi, & ſucceſsit Iudas Hirca
nus per quatuordecim annos.

Arſes Ochi filiꝰ, vt (præter cæteros) Arrianꝰ ait lib. 2. decimꝰ
004. tertius Perſarum rex annis quatuor regnauit, iuxta Euſebiũ,
Iornandẽ & Methaſtenẽ, qui huiꝰ tẽpore claruit. Iuxta Clemẽ
tẽ tribus, iuxta Tertullianum vno. Hic reduxit Aegiptum
ad imperium ſuũ. Moritur Plato. Clarurunt Demoſthenes,
Aeſchines, & Speuſippꝰ. Incipit regnare Alexãder Macedoni

Sogdianus



bus, Furius Camillus dux eſt Romanorum.

Darius Melas Arſani filius, vltimus, Perſarũ rex ſex annis
regnauit, & ab Alexandro magno victus occubuit, imperium
que Perſarum ceſſauit. Huius meminere Ioſephus lib. 11. cap. 7.
Tertullianus, Euſebius, Arrianus, Plutarchus, Quintus Cur-
tius. Hunc deuicit Alexander, prius ſubacta Syria, Aegipto &
Chaldæa & deſtructum eſt Perſarum imperium. Anno pri-
mo huius Alexander obſidet Tyrum, ingreditur Hieroſoly-
mam, excipitur cum honore à Iodua pontifice, qui poſtmodũ
obijt. Et in eius locum ſucceſsit Manaſes frater illius, qui fun-
gitur ſacerdotio vſq; ad annum ſextũ poſt mortem Alexãdri.

## *Græcorum Monarchia.*

ALEXADER magnus primꝰs Græcorũ monarchiæ
imperator, poſt diuictum Darium, annis quinq; & vndecim mẽ 005.
ſibus regnauit, nã prius ſeptem annis regnauerat, fuerunt quip 11. meſ.
pe omnes duodeci. 1. Mach. 1. Vniuerſam Aſiam victoriis poti
us, quam bellis ſubegit, Babylone annorum trigeſimo ſecũdo
ſuæ ætatis veneno interijt. Poſt quẽ tranſlato in multos impe-
rio, Aegiptum Ptolomęus Lagi filius obtinuit: Macedoniam
Philippus Aridęus frater Alexandri: Syriam & Babylonem
Seleucus Nicanor, Aſiam minorem Antigonus. Iſti quatuor
deſignati ſunt à Daniele, per quatuor cornua hirci qui arietẽ
contriuerat, quæq; pro vno cornu ablato nata ſunt. Anno
quarto Alexandri obijt Iudas Hircanus dux Hebræorũ, & ſuc
ceſsit Ioſephꝰ primus per ſeptem annos. Luc. 3. Claruerunt
Theophraſtus, Menedemus & Demetrius Phaleræus philoſo
phi, & Menander poeta, Apuleius Platonis diſcipulus. Bello
clari Pirrhꝰ Epirotarum rex, Furius Camillus, Marcus Curiꝰ,
& Quintus Fabius conſules, Manlius Torquatus, Marcus Va
lerius Coruinus, & Lucius Papirius.

Ptolomæus Lagi filiꝰ in Aegipto regnauit annis quadragin
ta. Hieruſalem & vniuerſam Iudæam in ditionem ſuam do lo 040.
redegit. Regnat Babylone & in Aſia Seleucꝰ Nicanor: plures
vrbes condidit, & in eas Iudęos tranſfert cum honore, & iure
ciuium municipali. Ab hoc tempore Machabæorum hiſtoria
Græcorum ſupputat regnum. Poſt Seleucum regnat Anthio-
cus Soter. Deinde Antiochus Theos, cui duo filij fuerunt: An
tiochus Hierax, & Seleucus Galinicus. Anno ſexto Ptolomęi
Lagi obijt Manaſſes ſacerdos Iudæorum; & ſucceſsit Onias

priſcus

priſcus per annos viginti ſeptem. poſt quem Simon priſcus an
nis duodecim. Et poſt eum Eleazarus Oniæ frater, Antiochi
Thæi inimicꝰ annis viginti, qui vſq; ad initiũ Ptolomęi Phila-
delphi ſacerdotiũ obtinuit. Anno itẽ ſexto huiꝰ Ptolomæi La
gi obijt dux Hebręorũ Ioſephus primꝰ, & ſucceſsit Semei Ab
ner, qui pręfuit vndecim annis. Poſt quẽ decimo nono regni
Ptolomęi eo mortuo Mathatias Elih duodecim. Poſt hũc ve-
ro Maliat Aſſer nouem vſq; ad mortẽ huius Lagi Lucæ. 3.
038. Ptolomęꝰ Philadelphus Ptolomęi Lagi filius annis triginta
octo regnauit in Aegipto. Multa beneficia in Iudęos cõtulit,
captiuos liberos reddidit, donaria in tẽplũ miſit. Ab Eleazaro
pontifice legẽ petijt, & ſeptuaginta duos interpretes, vt Dei le
gẽ in Græcã linguam tranſlatã in bibliotheca generali, quam
extruxerat, haberet. Hoc tempore regnat Antiochus in Aſia.
Ad initium regni Philadelphi, principatum Iudęorum obti-
nuit Nagge Arphaxat annis decem. Poſt quem Heſsi Aglai
annis octo, & poſt hunc Nahum Maſloth ſeptem. Poſt quem
Amos Sirach quatuordecim vſq; ad annum primũ Ptolomæi
Euergetis. Anno tertio huius obijt Eleazarus ſacerdos, & ſuc
ceſsit illi Manaſſes, auunculꝰ eiꝰ, Seleuco Gallinico amicꝰ, qui
ſacerdotio functus viginti ſeptem annis, ſucceſſorem habuit Si
monẽ iuſtum Onię cuiuſdam filiũ perviginti octo annos. Luc.
3. Maxime honoratur ab Antiocho magno Aſiæ rege. Hoc
tempore claruit Crates philoſophus, Eraſiſtratus medicus, &
Arates poeta. Et Marcus Attilius regulus dux Romanorum
contra Carthaginenſes.
Ptolomęus Euergetes frater Philadelphi viginti ſex annis
026. regnauit. Hic capta fere vniuerſa Aſia Deos Aegiptiorum, &
ſpolia, quæ Cambyſes deportauerat Babylonẽ, dũ cępit Aegi-
ptũ, in eandẽ reduxit, ꝓinde ab Aegiptijs Euergetis eſt cogno
minatus. Regnat adhuc in Aſia Antiochus magnus, qui tres fi
lios habuit, Seleucum Philopatrum, Antiochum Epiphanem
& Demetrium. Anno. 11. Euergetis moritur Simon iuſtus ſa-
cerdos: & ſuccedit Onias filius eius per triginta nouem annos.
Claruit hoc tempore Ieſus filius Sirach, qui Eccleſiaſtici librũ
compoſuit, in quo horum ſacerdotum mẽtionem facit. Anno
ſecũdo huius Euergetis creatur dux populi Hebręorũ Mathe-
tias Siloa, qui pręfuit decẽ ãnis. Poſt quẽ Ioſephus Arſes ab eo
dẽ Euergete honoratꝰ pricipatũ obtinuit ãnis ſexaginta. Lu. 3
Ptolomæ



Ptolomęꝰ Philopator filiꝰ Euergetis, ãnis regnat decẽ & ſeptẽ,
vincitur ab Antiocho magno Syrię rege, & Iudęa magna clade
in ditionẽ Antiochi cedit. Claruerunt Onias ſacerdos, ad quem
Ariꝰ Lacedemonię rex legatos miſit. Et Ioſephꝰ Ares dux He
bręorũ. Et Hannibal dux Carthaginẽſiũ, & priores Scipiones.
Marcꝰ Marcellꝰ, Quintus Fabius Maximꝰ, Titus Flaminiꝰ, Li
uius Salinator, Claudius Nero, duces Romanorum. Neuiꝰ, En
nius & Plautꝰ poetæ, Panetius & Poſidonius philoſophi.
Ptolomęus Epiphanius filiꝰ Philopatoris annis viginti qua 017.
tuor regnauit, cum magno Antiocho bella grauiſsima geſsit, in
regionibus Iudęorũ & finitimis, unde magnum in Iudæos diſ
ſidium, quibuſdam vni, quibuſdam alteri fauentibus. Quam
ob rem Onias pontifex in Aegiptum ſe contulit, & à rege ho-
norifice ſuſceptus regionẽ, & ciuitatẽ Heliopoleos illi donauit
in qua tẽplũ Hieroſolymitano ſimile extruxit, ꝙ ad Veſpaſia-
ni tẽpora perdurauit. Hoc tẽpore incipit hiſtoria, quæ habetur
in principio ſecundi libri Machabęorũ, nã antecedit eam quæ
primo libro refertur. Anno decimo illiꝰ Antiochꝰ magnꝰ Aſiæ
rex moritur: ſuccedit filius eius primogenitus Seleucꝰ Philopa
ter. Frater aũt huius Antiochus Epiphanes erat Romæ obſes:
cumq; patris mortẽ reſciret, aufugit, & regnũ occupauit exclu
ſo Seleuco, qui paucis poſt diebus obijt. Propter inſolentiã &
petulantiã huius Antiochi verſum eſt cognomen, Epiphanes,
ideſt, illuſtris, in Epimanẽ, ideſt, inſanũ: huiꝰ meminit lib. 1. Ma
cha. cap. 1. regnauit anno. 137. regni Grecorũ. Anno decimo ſe
ptimo huius Ptolomęi Epiphanis Onias ſacerdos interficitur,
vt. 2. Mach. 4. legimus. Succedit Mathathias de quo 1. Mach. 2.
hiſtoria texitur. Anno vigeſimo huius moritur Ioſephus Ar-
ſes dux Hebręorum. Et ſuccedit Ianęus Hircanus. Luc. 3. per
annos decem & ſex, per cuius fratres turbatur principatus an-
nis decem vſque ad contaminationem templi Hieruſalem per
Antiochum Epiphanem. Hircano ſucceſsit Iudas Machabæ
us filius Mathathiæ ſacerdotis anno centeſimo quadrageſi-
mo ſexto imperij Græcorum. 1. Machabæo. 2. Scipio Afri-
canus claruit, Panetius & Poſidonius philoſophi. Cæcilius Ni
cander, & Liuius poetę, & Cato cenſorinus.
Ptolomęꝰ Philometor regnauit annis viginti quinq;. Puer
ad modum erat cum regnum iniuit, filius Cleopatræ ſororis 025.
Antiochi Epiphanis Aſiæ regis, quam ob rem eum tutorem
à patre

å patre teſtamento relictumhabuit. Sed Antiochus tutelæ oc-
caſione regnum tentabat eripere, niſi à Popilio Romano-
rum legato, quorum auxilium rex puer & mater implorauerāt
prohibitus eſſet. Qui facto circulo Antiochum requiſiuit, vt
ante quam ex eo exiret, reſponderet, vellet ne liberam relin-
quere Aegiptum, an non. Quare perterritus Antiochus, receſ
ſit: nouerat quippe Romanorum fidem & potentiā. Hic Antio
chus adeo afflixit Iudæorum gentem vndecim annis, quibus
regnauit, vt vere fuerit Antichriſti typus pręfiguratus in Da-
niele cap. 9. cuius meminit Matth. cap. 24. Conatus eſt legem
Dei euertere cędibus innumeris, & idolorum ſordibus omnia
replens. Iouis Olympij in templo Dei ſimulachrum poſuit, de-
lubrū Iouis peregrini petentib9 Samaritis in Samariæ mōte Ga
rizin erexit. Aduerſus hūc pugnauit Iudas Machabæus, qui le
gem & patriam ab iniuria vindicauit. Hic dux & princeps erat
poſt Ionæum Hircanum, & in ſacerdotio patris ſucceſsit per
annos quinq;, quibus magnis victorijs Antiochi & ſucceſſo-
rum tyrannidem repreſsit. A Iuda vero ſimul duces & ſa-
cerdotes fuerunt. Hinc vero progenitores Virginis Mariæ,
quos Lucas refert, principatu priuantur: nempe. Melchi Le-
Luc. 3-24. ui, Mathat, & Heli Ioachin pater Virginis & auus Chriſti re-
dēptoris. Et Iudæ Machabęo ſucceſsit Ionathas per annos de-
cem & octo. 1. Machab. 9. Claruit hoc tempore Viriatus Hiſ-
panorum dux aduerſus Romanos, Bellum geritur à Iugurtha
1. Mac. 9. 31 in Africa. Naſcitur Terentius Comicus, & Caius Marius, &
Lucius Sylla dictator perpetuus.

Ptolomęus Euergetes ſecundus viginti nouem annis regna
0 2 9. uit. Hic defecit ab amicitijs, quas fecerat cum Alexandro Aſię
rege, & reſtituit Demetrium in regnum, vt legimus. i. Macha.
11. Ionathas dux & pontifex Iudæorum amicitias renouat cū
Romanis, & dolo capitur â Triphone, & interficitur. Cui ſuc-
ceſsit Simon frater illius. i. Machab. 12. & eo duce anno primo
principatus illius ablatum eſt iugum gentium deſuper Hieru-
ſalem, qui fuit annus centeſimus ſeptuageſimus imperij Græ-
corum. Et elegit filium ſuum Ioānem, vt ſecum princeps eſſet
& ſacerdos. Præfuerunt autem ambo annis ſeptē, & dolo Pto
lomæi interficitur Simon pater Ioannis, & Mathathias, & Iu-
das frater illius in conuiuio anno cēteſimo ſeptuageſimo ſep-
timo, imperij Græcorum, vt habetur. 1. Mach. vltimo qui fuit
annus



annus vigeſimus octauus huius Ptolomæi Euergetis ſecundi.
Et completi ſunt. 40. anni hiſtoriæ libri primi Machabeorum.
Et relictus eſt Ioannes cognomento Hircanus ſolus in princi-
patu & ſacerdotio. 1. Machab. vltimo.

Ptolomæus Piſcon, qui & Soter, annis triginta quinq; reg- 0 3 5.
nauit. Nam primū regno potitus annis decem & ſeptem à ma-
tre Cleopatra regno pellitur, & in eius locum ſucceſsit Ptolo-
męus Alexander frater, qui regnauit annis decem, quo à ciui-
bus pulſo è regno, quia matrē interfecerat, reuerſus eſt Ptolo-
męus Phiſcon, & regnat annis octo. In Iudæa vero Ioānes Hir
canus Hebræorum dux & Sacerdos viginti ſex annis principa
tū obtinuit, cui ſucceſsit Ariſtobolus illius filius, primus poſt
captiuitatem regis diadema accepit: fratrem Antigonū interfe
cit. Poſt Ariſtobolum regnauit Ionacus Alexander filius eius
viginti ſeptem annis. Et poſt eum Alexandra vxor iſtius, no-
uem. Silla vaſtat Athenienſes: Aſia cedit in ditionem Ro-
manorum.

Hoc tempore naſcuntur Cicero Arpini, matre Heluia, pa-
tre ex regio Volſcorum genere, Marcus portius Cato, Gneius
Pompeius, Marcus Varro, Nigidius figulus philoſophus &
aſtrologus, Lucretius & Catullus poetæ.

Ptolomæus Dioniſius regnauit annis triginta. In Iudæa reg
nabat Alexandra: qua mortua Hircanus & Ariſtobolus illius 0 3 0.
filij pro regno dimicantes, anſam præbuere Romanis vt Iudęā
inuaderent. Nam Hircan9 maior regno priuatur ab Ariſtobo
lo: ſed ab Antipatro Idumeæ principe, patre Herodis reſtitut9,
per Pompeium in ſummū Sacerdotiū confirmatus eſt: capto
& Romā ducto Ariſtobolo & Iudæa tributaria facta. Regnat
igitur Hircanus dux & Pontifex annis triginta quatuor, Quo
tempore in pago Ander, haud procul à Mantua naſcitur Ver-
gilius, & Lyrici carminis princeps Horatius. Claruit Saluſtius
hiſtoriographus. Pompeius & Craſſus conſules. Cæſar Britan
nos expugnat.

Cleopatra ſoror Ptolomęi Dioniſio fratri in regno ſucceſsit.
Nam orto bello ciuili inter Pompeium & Cæſarem, victus Pō
peius in Alexandriam fugit, qui à Ptolomæo Dioniſio, à quo
propter beneficia in eum collata auxilium ſperabat, interfe-
ctus eſt. Cæſariq; Pompeium inſequenti inſidias parat: quare
ab eo victus interijt. Cleopatra vero ſoror illius regnum obti- 0 0 3.
 nuit

nuit à Cæſare: & tametſi viginti duobꝰ annis regnauit, tamen
anno tertio regni eius Cæſar imperium ſolus obtinuit: à quo
ratio ſupputandi annos deinceps ſumenda eſt.

005. Iulius Cæſar ſolus imperat annis quinq;, & à pluſquã ſexa
ginta ſenatoribus & equitibꝰ Romanis, inter quos Marcꝰ Bru
tꝰ, & Caſſius principes fuerant, confoſſus obijt in Senatu.

042. Auguſtus Octauianus Cæſar imperat annis quinquaginta
ſex & menſibus ſex, ante Chriſtum natum quadraginta duobꝰ.
Vndecimo huius anno Hircanus dux & Pontifex Iudæorũ ab
Herode circũuẽtus perimitur, & ipſe à Romanis Iudæorũ rex
creatur oĩno alienigena, Antipatro Aſcalonita patre, matre ve
ro Cipride Arabica. Regnauit inuitis Iudæis annis triginta v-
no: ſed poſtea conſentientibus in eũ, & adiurantibus in regem,
regnauit ſex, in quorum primo naſcitur Chriſtus. Et impletũ
eſt vaticiniũ Iacob Gen. vlti. Non deficiet ſceptrũ de Iuda: nec
dux de femore eius donec veniat qui mittendus eſt. Cuius ex
plicationẽ lege lib. 5. cap. 17. Claruerũt Ouidiꝰ, Cornelius Gal-
lus, & Strabo geographus, Titus Liuius, & Valerius maximꝰ,
Sybilla quoq; Tiburtina.

598. Sũma annorũ quintæ ætatis quingentorũ nonaginta octo,
hoc modo: à deſolatiõe tẽpli, ad ſecundũ annũ Darij Artaxer
xis Longimani centũ quadraginta quinq;. Inde ad Alexãdrũ
centũ triginta quatuor. Ab hoc ad Machabæos centũ quadra-
ginta ſex. 1. Machab. 2. Ab initio principatus Machabæorum
vſq; ad Chriſti natiuitatẽ cẽtum ſeptuaginta tres. Summa om
nium, quingentorum nonaginta & octo. A creatione vero mũ
di termille nongentorum ſexaginta duo, qui numerati ſunt in
ſacris literis & hiſtoriographis abſq; dierum, menſium, anno-
rum interciſorum in interregnis ſupputatione, quos ſi addas
ferè quatuor mille annos à creatione ad Chriſti natiuitatem
efficies, iuxta Hebræorum numerandi rationem, quam ſequi-
mur.

## Caput. 9. De ſexta, ſeptima, & octaua ætatibus *à Chriſto ad deſolationem Templi & finem mundi.*

Sexta



SExta ætas cõprehendit annos vſq; ad conſũmationẽ
ſæculi, ſed quantũ ad rẽ attinet, continet ſeptuaginta
tres à nato Chriſto vſq; ad vltimã & omnimodam de
ſolationem Templi per Veſpaſianum anno ſecundo imperij
eius.

Chriſtus vnigenitus Dei filius verꝰ Deus & homo naſcitur
in plenitudine tẽporis, quam Paulꝰ prædicat Galat. 4. in Beth
lehẽ Iudæ iuxta vaticiniũ Malachiæ. 4. de virgine incompa-
rabili Maria, de tribu Iuda, abſq; virili ſemine, ſola opa Spũſã
cti, Anno ab orbe cõdito termilleſimo nõgenteſimo ſexageſi-
mo ſecũdo, iuxta Hebraicã veritatẽ: at ſecũdũ ſeptuagita, quin
to milleſimo centeſimo nonageſimo nono. Sed hos non ſe-
quimur.

A diluuio bis milleſimo trecẽteſimo ſexto. Ab Abrahamo bis
milleſimo decimo quarto. Ab exitu de Aegipto milleſimo qn
gẽteſimo nono. Ab initio regni Dauidis milleſimo ſeptuageſi
mo ſecũdo. A deſolatione prima tẽpli & vrbis quinquageſimo
nonageſimo octauo. Ab initio imperij Alexãdri in Perſas tre
centeſimo vigeſimo. Ab initio principatus Machabeorũ cẽte
ſimo ſeptuageſimo tertio. Ab initio imperij Auguſti Cæſaris
quadrageſimo ſecũdo, in vniuerſo orbe terrarũ pace cõpoſita. 014.
Supſunt de Auguſti imperio quatuordecim anni, & ſex mẽſes
quibus ſupuixit poſt Chriſtũ natũ. Itaq; impauit annos quin-
quaginta ſex, & menſibus ſex.

Anno quadrageſimo ſeptimo Auguſti Herodes primus
Aſcalonita morbo intercutaneo ſcatentibus toto corpore ver
mibus miſerabiliter moritur. Filius Archelaus ſuccedit in
regno annis nouem. Sed accuſantibus Iudæis ab Auguſto in
Vienam Galliæ relegatur, & fratres eius Tetrarchæ ſunt crea-
ti, quorum vnus fuit Herodes Antipas, qui viginti quatuor an
nis regnauit in Galilea, ſub quo Chriſtus paſſus eſt.

Tiberius priuignus Auguſti Cæſaris, Liuiæ vxoris ex prio
re coniuge filius regnauit annis viginti tribus.

Anno eius duodecimo Pilatus ab eodem Iudeæ procura-
tor eligitur, Herode ſecundo cognomento Antipa regnan-
te in Galilæa, qui Tiberiadem condidit in gratiam Tiberij.

Anno decimo quinto Tiberij prædicat Ioãnes Baptiſta, vt
Lucas capit. 4. Chriſtus baptizatur, declaratur à patre filius
dilectꝰ, vnctus oleo gratiæ pre participibus: indeq; dux verbi

 uan-

euangelici eſſe cępit:& implentur ſexaginta nouem hebdoma
des Danielis,quas fore prædixit ab edicto Artaxerxis Longi
mani vſq; ad Chriſtum ducem,vt lib.5. diximus cap.17.

Anno decimo octauo Tiberij Cæſaris, ætatis vero Chriſti
trigeſimo tertio,& tribus fere menſibus, crucis patibulo ſuffi-
xus moritur, vt mũdum redimeret:& impletum eſt vaticiniũ
Danielis.9.quod ibidem fuſius explanauimus. Eodem anno,
008. quo Chriſtus paſſus eſt, Stephanus prothomartyr lapidatur.
Superſunt imperij Tyberij anni octo,à prædicatione Ioannis
ad mortem Chriſti tres:à morte Chriſti,ad obitũ eius,quinq;.

004. Caius Caligula regnauit annis quatuor,& menſes decem.
10.meſe. Hic Herodem Antipam regno priuat, & tertium Herodem
Agrippam amicum ſuum è carcerib⁹ liberatum regem Iudeæ
facit,qui ſeptem annis tenuit pricipatum vſq; ad quartũ Clau
dij annum,quo ab angelo percuſſo,vt in actis legimus,ſucceſ-
ſit rex Agrippa filius per viginti ſex annos, vſq; ad Iudæorũ
exterminium. Igitur Herodes Antipas cum Herodiade Ro-
mam venit,& accuſatus ab Agrippa,fugit in Hiſpaniã & mæ-
rore perijt.Pilatus tãtis angorib⁹ à Caio coarctatus eſt, vt ſua
ſe manu peremerit. Caius loca ſancta idolis prophanat. Mat-
Act. 12.1.2. thæus in Iudæa euangelium ſcribit. Iacobus Apoſtolus Ioan-
nis frater occiditur gladio, vt dicitur Actorum. 12. Claruerũt
Diodorus Siculus,Philo Iudæus.

014. Claudius imperat annis quotuordecim,menſibus ſeptem.
7.meſ. Petrus Apoſtolus Antiochię primum, deinde Romæ ſedit an
nis vigintiquinq; vſq; ad vltimum Neronis annum. Marcus
ſcribat euangelium Romæ,& à Petro miſſus prædicat in Ae-
gipto. Anno huius quarto fames grauiſsima accidit, cuius Lu
cas meminit in Actis. Britanniam & Orcadas inſulas Roma-
no adiecit imperio,Iudæos tumultuantes Roma expulit: quod
014. & Lucas refert.

7.meſ. Nero imperat annis quatuordecim,menſibus ſeptem. An-
no ſecundo Feſtus Iudeæ procurator ſucceſsit Fœlici, à quo
Paulus Romam vinctus mittitur, & biennio prædicat manẽs
in libera cuſtodia. Quidam aiunt in Hiſpaniam profectũ euan
gelium ibi diuulgaſſe. Anno imperij Neronis nono Hieroſo-
lymis in Cœnaculo moritur virgo Maria mater Dei incompa
rabilis,ſepelitur in valle Ioſaphat,ſed reſurgit templum illud
Sp̃us ſancti & corpore & aĩa in cælũ ſupra choros Angelorũ
aſſumptum



aſſumptum exaltatur.

Iacobus frater Domini cum triginta annis Eccleſiam Hiero
ſolymis rexiſſet, à Iudæis lapidat⁹ obijt,indigne ferẽtib⁹ quod
Paulum interficere nequiuerint. Feſto ſuccedit Albinus: huic
Florus,cuius flagitia Iudæi non ferentes aduerſus Romanos
rebellant,contra quos Veſpaſianus mittitur. Inde initium bel
li Iudaici.

Anno vltimo Petrus cruci affigitur,& Paulus capite plecti
tur. Rebellant in Neronem Vitellius & Galba,Nero ſeipſum
interficit. Otho eligitur à Senatu,& à ſe ipſo perẽptus obijt.
Veſpaſianus Hieroſolymis eligitur à militibus. Claruerunt Se
neca magiſter Neronis,à quo interfectus eſt, Lucanus, Per-
ſius,Palęmon inſignis grammaticus,& Feneſtella.

Veſpaſianus imperat annis nouem,menſibus vndecim. Hic
in Iudæa ab exercitu electus Romam proficiſcitur, bellum Ti
to filio commendat,quo ſecundo anno Iudæos deuicit, ciuita 002.
tem deſtruxit,regnum ſubuertit,& templum ſolo ſtrauit, an
no à prima ædificatione per Solomonẽ nongenteſimo octua-
geſimo quarto: à ſecunda,primo Eſdræ.6,quingẽteſimo quin
quageſimo quarto. Peractum eſt autem bellum annis quatuor
duobus ante imperium ſuum ſub Nerone,duobus poſt accep-
tum imperium. Claruerunt Quintilianus, & Plinius ſenior.

Hactenus de temporis ratione,quæ ad hiſtoriam euangeli-
cam intelligendam neceſſaria viſa eſt: cæterarum vero rerum
ſucceſsionem vſq; ad inſtantem annum milleſimum, quingen
teſimum, ſeptuageſimum octauum,vt in humanis authoribus
facillimum eſt inuenire, ita extra præſens inſtitutum cum eſ-
ſet,merito decuit illud reijcere.

Ergo ſex ſunt ætates ſæculi: quinq; trãſierunt,ſexta à Chri-
ſto nato ad finem mundi decurrit: vt enim ſexta die hominem
ad imaginẽ ſuam Deus condidit,ita ſexta ætate abolitam illam
per peccatum ſua ſacratiſsima viſitatione reformabit.

Sex has ætates ſex illæ Hydriæ euangelicæ deſignant,quas
Dñs aqua iuſsit impleri, & in vinum conuerti, vt præterita
tempora quaſi inania abſq; Chriſto,ipſo adueniente, & diuini
tatis dulcedine mundum lætificãte, velut vmbræ rebus, vatici
nia ſignificationibus implerentur.

Septima vero ætas mundi conſummatio eſt: vt enim Domi
n⁹ die ſeptimo requieuit ab omni opere, quod patrarat, vt Ge

 neſis

neſis. 1. legimus: ita mundo quieſcente, & per ignis combuſtionem abolito, ſeptima conſummabitur illius ætas.

OCTAVA, non mundi perituri, ſed reſurgentium ad perpetuam gloriam, & Eccleſiæ triumphantis in æternum erit. Sic quippe Dominus octaua die reſurrexit: quò noſtram in octaua ætate reſurrectionem futuram præſignauit. Vnde nonnulli pſalmi pro octaua inſcribuntur. Sed iam ad hiſtoriæ euangelicæ ſummam octauo libro exponendam accedamus.



# EVANGELICARVM INSTITVTIONVM LIBER OCTAVVS.

## *De hiſtoriæ Euangelicæ ſumma.*

### Caput. 1. De ſapientia Dei, deq; figura Chriſti *externa, & corporis ſtatura.*

EXPLORATIS omnibus quæ ad diuinam ſapientiam inueniẽdam neceſſaria nobis viſa ſunt, ſupereſt vt arcanum euangelicæ doctrinæ theſaurũ in agro abſconditum cũ præcurſore velut digito commonſtremus. Ipſe nanq; eſt Ieſus Chriſtus Dei filius, in quo ſunt, inquit Paulus, recõditi theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei. Coloſ. 2. Hunc ignorantes Philoſophi (tametſi ex eis Pytagoras, & Plato amore indagandæ veritatis accenſi ad Aegiptios, Magos, & Perſas vſq; penetrarunt) tumore ſuperbiæ, ac ſupercilio quodam philoſophico turgentes, ſapientiam quę tunc temporis in ſacris literis recõdita erat apud Iudæos (quos facile adire poterant) aſſequi non meruerunt, ſed auerſos eſſe arbitror: primum ſua ipſorum culpa: cum enim Deum cognouiſſent, non glorificauerunt eũ gratias agentes illi: proinde euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum, exiſtimanteſq; ſe ſapientes, in ſtultitiam prolapſi ſunt. Is enim verè ſapiens eſt, qui Deum agnoſcit, colit, timet, & mãdata eius cuſtodit, vel Solomone cõcionante. Deinde diuina ꝓuidentia permittente, ne veritatem ſcire, ſapientiamq; inuenire poſſent, quia nondum fas erat alienigenis hominibus religionem veri Dei, iuſtitiamq; cognoſcere. Statuerat enim Deus,

appropinquāte vltimo tempore, ducem magiſtrumq; magnū
cælitus mittere, qui eam perfido ingratoq; Iudæorum populo
ablatam exteris gentibus ad ſuam fidem conuerſis reuelaret.
Hanc igitur diuinæ ſapientię doctrinam, vt ab ore docentis au
diuimus, ſigillatim aggrediar enarrare, ſi prius eiuſdem ſapien
tiæ Dei corpoream effigiem, Deipareq; Virginis formam ex
ternam ob oculos propoſuero. ERGO CHRISTVS
IESVS DEI filius æterna ſapientia, verus homo, legis euā
gelicæ author, & mirabilium operum, quæ opinionem omnē
(vt Ioſephi verbis vtar lib. 18. antiq.) excederent, ſupraq; natu
ram eſſent, admirandus affector, rebus omnibus pulchritudinē
ſuis ipſarum naturis conuenientem, quatenꝰ Deus, in creatio-
ne dederat. At ipſe ſibi factus homo eam aſſumpſit formam,
quæ officio predicationis, & tantę maieſtatis grauitati expedi
re magis viſa eſt. Quo ſenſu dictꝰ eſt prę filijs hominum forma
ſpecioſus, iuxta pſalmum. 44. Sic Thomas parte prima ſum
pſ. 44. 3. mæ Theologiæ, & Eutropius hiſtoriographus vetuſtiſsimus:
à quo non multum diſsidet Baſilius. Nil inconuenit itaq; ſi
Adam membrorum elegantia & pulchritudine faciei, rebꝰ ma
trimonio conuenientibus, ad id Dei manu formatus eſſet or-
natiſsimus: nam ſuo quiſq; ſtatui excellentiſsima forma con-
decoratus erat. Chriſtus igitur ſtatura corporis propagatus
ad palmos prorſus ſeptem, & rectus fuit: tametſi ſenſim de-
cliui, ita vt non admodum arduo & extento nimium ſtatu eſ
ſet: egregio, venerando, viuidoq; vultu, quem intuentes faci-
le poſſent & diligere & formidare. Sic Publius Lentulus
Aſiæ proconſul ad ſenatum ſcribens. Cæſariem habuit ſubfla-
uam coloris nucis auellanæ præmaturæ, non admodum den-
ſam, planam ad aures: inde leniter quodāmodo ad criſpos de-
clinantem, ventilantem ab humeris & fulgentiorem, iuxta Na
zareorum morem in medio diſcriminatam. Sic enim & Naza
ręus dictus & in Sanſone præfiguratus fuit. Nouacula enim in
caput eius non aſcendit, nec manus aliqua hominis, niſi matris
in tenera dūtaxat ætate. Sic Nicephorus ex vetuſtiſsimis patri
bus lib. 2. hiſto. Eccleſ. cap. 4. Frontem habuit ſereniſsimam
cum facie, ſine ruga & macula, ſupercilia nigra non perinde in
flexa. Oculi acres, glauci, ſubflaueſcentes, varij & clari, è quibꝰ
mirifica prominebat gratia. Naſus longior quantum decuit,
barbæ capillus flauus, paulo copioſior, nec admodum demiſsꝰ
capiti



capiti concolor in medio biſurcatus. Aſpectꝰ ſimplex & matu
rus, facies nec rotunda nimium, nec acuta, ſed maternam refe-
rēs, paululum deorſum verſus declinans, modice rubicūda co
loris tritici matureſcentis cum modica fuſcedine. Venuſtas in
facie, & rubor moderatus præſeferens grauitatem & pruden-
tiam cum lenitate & manſuetudine, placabilitatem iracundiæ
expertem. Manus & brachia viſu delectabilia. In increpatione
terribilis & formidandus: in admonitione blandus & amabi-
lis. Flere viſus eſt ſæpe, ridere nunquam. In colloquio grauis
rarus & modeſtus. In omnibus tam corporis quam animę par-
tibus nulla reprehēſio, ſed ſumma perfectio, quā venerari glo-
rioſum, non credere, non amare, impium & immaniſsimum
ſcelus. Vnde Paulus: Si quis non amat dominum noſtrum Ie- 1. cor. 16. 22.
ſum Chriſtum, ſit Anathema, Maranata.

## Caput. 2. De forma glorioſa Virginis *Deiparæ*.

MARIA DEI Genitrix, Virgo perpetua, ſacratiſsi-
mum Spiritus ſancti templum, ſtaturę mediocris, pau
lulum longioris fuit. Capillos habuit flauos prælōgos
oculos acres, fuſcos, rectos aſpectu, pupillas eorum ſubflauas,
& oleæ colore, ſupercilia inflexa, & decēter nigra: naſum mo
derate longiorem, labia florida & verborum ſuauitate plena.
Cui vere accōmodatur quod olim Solomon: *Vitta coccinea
labia tua ſponſa, fauus diſtillans, & mel ſub lingua tua.* Sic illud
pſal. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis. Facies illi fuit non rotūda,
nec acuta: ſed aliquanto longior, venuſtiſsima, grauis & mode
ſta, manſuetudinem & charitatem præſeferens. Color triticeꝰ
albeſcens: vultus grauis & benignus, totus pulcher abſq; macu-
la: brachia, manus & digiti longiores, inceſſus grauis, veſtitus
humilis propij & natiui coloris abſq; tinctura. Ieiunijs, oratio
nibus, & diuinæ contemplationi ſumme dedita: docilis, amās,
& ſacrarum literarum, quas iuxta ſuæ gentis morem ab ineun
te ætate didicerat, ſtudioſiſsima: ita vt ab earum lectione fere
nunquam diſcederet, aliarum virginum, quæ templo inſeruie-
bant, ipſa cuſtos & magiſtra: cæteris diſcedentibus ad propria
ipſa à deo nunquam recedebat. In omnibꝰ modeſta, grauis, &
obediēs

obediẽs, pauca admodum, eaq; neceſſaria loquens: ad audiendum facilis & perquam affabilis, vt eam videntes facile amarẽt & venerarentur. Libertate dicendi ad oẽs decenter vſa eſt ſine audacia, ſine riſu, ſine perturbatione, ſine iracundia maximè. Benigne ſalutans: manuum laborib⁹, ac virtutum exercitijs dedita. Faſtus oĩs expers, ſimplex, minimeq; vultũ fingẽs, mollia fugiens, pręexcellentem humilitatẽ colens: deniq; in rebus omnibus ſumma illi inerat gratia. Vnde Spiritus ſanctus: Quam pulchra, inquit, es chariſsima, quam ſuauis & decora. Hãc qui non amat, lapis eſt & pluſquam ferreus. Anni vitæ eiuſdẽ octoginta duo: ſeptem cum parentibus educata: ſeptem cum dimidio ſeruiuit in templo: in domo Ioſeph ſex menſes, in decimo quarto concepit, & peperit in decimo quinto: triginta tribus annis paulo plus cum filio vixit: & poſt aſcenſionem eius cum Ioanne Euangeliſta in cęnaculo, quod ille emerat, vſq; ad mortem & aſſumptionem eiuſdem ſanctiſsime degit. Hęc Anſelmus, Epiphanius, & Nicephorus lib. 2. hiſto. Eccleſ. cap. 23. Vtriuſq; imaginem tam filij quam matris depinxit Lucas, vt in eius vita diximus. Virginis Deiparæ genus (vt ab antiquis patribus ſacriſq; doctoribus accepimus) ita deducitur. Stolanus ſeu Solon, & vxor eius Emerentiana, ex genere Dauid, vterq; Bethlehemites fuit. Duas filias Annam maiorem natu, & Heſmeriam genuerunt. Anna nupſit primum Leui Ioachin ex gñre Dauidis de tribu Iudæ Nazarethno, ex quo genuit Mariam Virginem, quam deſponſauit Ioſepho ex eodem genere Dauidis Bethlehemitico. atq; ex ſola Virgine ſine virili ſemine, ſed opera tantum Spiritus ſancti natus eſt Ieſus Chriſtus.

Mortuo vero Leui Ioachino, Anna ſecũdo nupſit Salomęo ex quo genuit alteram Mariã Salome cognominatam, à patre ducto cognomine. Hæc ex coniuge Zebedęo genuit Iacobum maiorem, & Ioannem Euangeliſtam. Salome tandem vita functo Anna tertio nupſit Cleophe, ex quo habuit tertiam filiam quam eodem nomine nuncupauit Mariam, addito cognomento Cleophe à patre. Hæc Alpheo fratri Ioſephi ſponſi Virginis nupta quatuor ſuſcepit liberos ex eo, Iacobum, quem nominamus minorem, Iudam Thadæum, Ioſephum iuſtum, & Simeonem, duas item filias Eſther & Thamar. Hi fratres domini dicti ſunt, tum quia filij fratris Ioſephi & ſororis Virginis, tum quia mortuo patre eorum Cleopha Ioſeph curam tutela-

rem



rem conſobrinorum ſuſcepit, vnde pater tutelaris eorum ſicut nutricius Chriſti dictus eſt. Quare vulgo omnium pater exiſtimatus eſt & omnes fratres. Hinc dicebãt quidã apud Matthæũ cap. 13. Nonne hic eſt fabri filius? Nonne mater eius dicitur Maria? & fratres eius Iacobus & Ioſeph, & Simon, & Iudas? & ſorores eius nonne omnes apud nos ſunt? Scio plures Gręcorum in ea ſententia eſſe, vt exiſtiment hos veros Ioſephi liberos fuiſſe ex priore coniugio: ſed iſtorum inuentum non arridet. Heſmeria vero ſoror Annę natu minor nupſit Aprano Aronitidi ex genere Leui, ex quibus nata eſt Eliſabeth vxor Zachariæ ſacerdotis Liuitici ex genere Aronis de vice Abiæ: à quibus ortus eſt Ioannes Baptiſta. Hinc intelligitur illud Lucæ. 1. Ecce Eliſabeth cognata tua, ideſt, conſobrinæ duarum ſororum filiæ.

# GENVS VIRGINIS EX MATRE.

- *Solon ſeu Stolanus & Emerẽtiana.*
  - *Anna ter nupta Ioachino, Saloma & Cleopha.*
    - *Maria virgo Deipara.*
      - *Ieſ. Chriſt. Dei et Mariæ fili.*
    - *Maria Salome vxor Zebedei.*
      - *Iacobus maior.*
      - *Ioannes euãgeliſta.*
    - *Maria Cleophe vxor Alphæi fratris Ioſephi, ſponſi virginis.*
      - *Iacobus minor.*
      - *Ioſeph iuſtus.*
      - *Iudas Alphæ.*
      - *Simõ Thadeus.*
      - *Eſther.*
      - *Thamar.*
  - *Heſmeria vxor Aprani.*
    - *Eliſabeth vxor Zachariæ.*
      - *Ioannes Baptiſta.*

Caput.7.



## Caput.7. De genealogia Chriſti redemptoris *ab Adamo ad Mariam matrem eius: ex Matthæo & Luca.*

1 INTER ALIA quæ plurimum negotij faceſſere ſolent ob implexas difficultates, ea eſt duorum Euangeliſtarum conſenſio in Chriſti genealogia. Quare eã ſubnectere apertiſsime curauimus cum noſtris ad eiuſdem interpretationem ſcholijs.

## Genealogia Chriſti ſecundum carnem.

Ex Geneſi cap.2. Et.1.Paralipo.1.

Ex Luca cap.3.

Deus.
Adam.
Seth.
Henos.
Cainam.
Malaleel.
Iared.
Henoch.
Mathuſala.
Lamech.
Noe.
Sem.

Arphax

Arphaxat.
Cainam. — Hic ſeptuaginta inſertus eſt.
Sale
Heber.
Phaleg.
Ragau.
Sarug.
Nachor.
Thare.
Abraham.
Ex Matth. cap. 1 — Iſaac. — Ex Luca cap. 3.
Iacob.
Iudas.
Phares.
Eſdralon.
Aaram.
Aminadab
Nahaſſon.
Salmon.
Booz.
Obeb.
Ieſſe.
Dauid rex.

Ex Matth. cap. 1. Solomõ. Roboam

Nathan. Mathatha
Ex Luca cap. 3.



*Abia* — *Menna.*
*Aſſa.* — *Melcha.*
*Ioſaphat.* — *Eliacin.*
*Ioram.* — *Iona.*
*Ioſeph.*
Hi tres pter mittuntur à Mattheo numerãtur 4. reg. & 2. Paralipom. — *Ochozias.* — *Iuda.*
*Ioas Heli.* — *Simeon*
*Amaſias.* — *Leui.*
*Ozias.* — *Mathat.*
*Ioathan.* — *Iorin.*
*Achaz.* — *Eliezer.*
*Ezechias.* — *Ieſu.*
*Manaßes.* — *Her.*
*Amon.* — *Elmadan.*
*Ioßias.* — *Coſſam.*
*Iechonias Ioachaz.* — *Addi.*
Hi duo fratres ex Mattheo, qui ait Ioſiã genuiſſe Iechoniã & fratres eius. — *Iechonias Ioakin.* — *Melchi.*
*Iechonias Ioachin.* — *Neri.*
*Salatiel.* — *Ex Luca.*
*Zorobabel.*
Ex Matth.

Si hi duo fuerũt fratres intelligẽd⁹ ẽ Lucas quod Melchi fuit Addi ſucceſſor.

*Hanania.* — *Abiud.* — *Reſſa.* — *Moſſollan.*
Ex Eſd. & 1. paralypo.
Ex Ioſepho & Philone.
*Phaltias.* — *Eliacin.* — *Iohanna.* — *Ianneus.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| Ieſeie. | Azor | Iuda. | Hirçanus. |
| | | Ioſeph | primus. |
| Raphaia | Sadoc | Semei. | Abner. |
| | | Mathatias. | Elih. |
| Arnam. | Achim. | Mathath. | Aſſer. |
| | | Nagge. | Arphaxat. |
| Obdia. | Eliud. | Heſsi | Agglai. |
| | | Nahum. | Moſſot. |
| Sechenias. | Eleazar | Amos. | Schirach. |
| | | Mathathias. | Siloa. |
| Naaraia. | Mathan. | Ioſeph. | Arſes. |
| | | Ianne. | Hircanus. |
| Elio Enai. | Iacob. | Melchi | Secundus. |
| | | Leui. | Secundus |
| Obduia. | Ioſeph vir Marię. | Mahat. | Secundus. |
| | | Heli | Ioachin pr.M. 12 |

## IESVS CHRISTVS. 13

### Scholia in Chriſti genealogiam.

PRIMVM omnium obſeruandū eſt Lucam cap. 3.
à Chriſto redemptore ad Deum optimum maximum 1
mundi opificem, ſeriem aſcendendo reduxiſſe: quia gē
tibus vniuerſis ſcribebat, quibus communis pater fuit Adam.
generationes vero ab Adamo vſq; ad Abrahamū deſumpſit
Lucas ex Gen. 2. 5. 10. 11. & 1. paralyp. 1.
CAINAM decimus tertius ab Adam numeratur à Luca
filius Arphaxat, tranſlationem ſeptuaginta ſecutus, qui aſſerūt 2
Arphaxat centum triginta quinq; annorū generaſſe Cainā.
In Hebræorum autem codicibus, nec in editione noſtra vulga
ta, nec in Geneſi, nec in libris paralypomenon mentio fit vlla
Cainam: ſed eo prorſus omiſſo, Arphaxat dicitur genuiſſe
Salem.
Ab Abrahamo exordium ſumpſit Matthæus, quia Hebręus
Hebræis ſcribebat, qui tanto ſe patre gloriabantur, præſertim
quod ad oſtendendum Hebræis Chriſtum eſſe ex ſemine A- 3
brahæ, & genere Dauidis ſecundum carnem, id ſatis erat. Con
ſenſit autem cum Luca ab Abrahamo vſq; ad Dauidem, in de
ducenda generationum ſerie, quę prorſus eadem ſequitur Ge-





neſis. 21. 29. 39. 35. & 38. & Ruth. 4. & 1. Paraly. 1. & 2.
4 A Dauide diuerſas ſeries nectere incipiunt Euangeliſtæ:
Matthæus quidem per Solomonem, & poſteros illius vſque
ad Ochoziam: Lucas per Nathan, & ſucceſſores vſque ad Iu-
dam. Fuit autem Nathan filius Dauidis ex Bethſabee, frater
Solomonis, deſignatus à patre ad regiam ſucceſsionem poſt
Solomonem & poſteros illius. Hac de cauſa Nathan vocatus
fuit Ahiſcar, ideſt, frater principis: et poſteri eius Ahiſcarim
& Mathithim, quę vox ſucceſſores datos declarat. Hæc ex
Philone, qui refert Ioſaphat regem tanto in honore poſteros
Nathani habuiſſe, vt eos, quaſi proprios filios Iorami filij ſui
fratres appellaret, & eorum filios fratres etiam Ochoziæ ne-
potis ſui. Nec ſunt audiendi qui hunc Nathan aiunt fuiſſe fi-
lium Vriæ ex Bethſabee, & in regni ſucceſſorem à Dauide a-
doptatum. Nam cum ex eo Virgo genus ducat, conſequere
tur enim Chriſtum non eſſe ex genere Dauidis ſecundum car
nem: quę eſt hæreſis contra Paulum ad Roma. 1. Rom. 1. 3
5 OCHOZIAS filius Iorami regis Iuda, & Attaliæ filiæ
Achab, & Iezabelis regum Iſraelis, binomius fuit dictus: e- 2. paralyp. 21. 17.
tiam Ioachaz. 2. Paralippom. 21. legimus enim ibi: Suſcitauit
Dominus contra Iorami ſpiritum Philiſtinorum & Arabum,
& vaſtauerunt terram Iuda, inſuper & filios eius & vxores,
nec remanſit ei filius niſi Ioachaz, qui minimus erat natu. ibid. 22. 8
Et ſtatim capit. 22. Conſtituerunt, inquit, Ochoziam filium
eius minimum regem pro eo.
Hunc ergo Ochoziam & duos ſequentes, Ioſias & Amaſiam
prętermiſit Matthæus, ne tres teſſaradecadas, quas perſequi
propoſuerat, excederet: vtque impleretur Prophetæ vatici-
nium: non ſeſſurum de domo Achab niſi in quartam gene-
rationem. Hi tres præterea idolatræ & peſsimi fuerunt, pro-
inde his merito ſublatis Matthæus pro Ochozia Oziam ſub-
ſtituit.
6 IOAS, Heli, Simon, trinomius fuit: á Matthæo dictus
eſt Ioas, á Luca Simeon: á Philone, Heli. Hic ſcripturæ mo- 4. reg. 11. 2
re appellatur. 4. regum. 11. & 2. Paralypo. 22. filius Ocho- 2. paralyp. 22. 11.
ziæ: cuius tamen verus & naturalis pater erat Iudas ex Na-
than oriundus: nam eius poſteri ius hæreditarium habebant, 4. reg. 11. 2
vt ſcholio. 4. diximus. Quod autem filius Ochoziæ non fue- 2. paralyp. 22. 9.
rit, perſpicuum eſt ex. 4. Regum vndecimo, & 2. Paraly. 22.

2.paralyp. 22.9. vbi dicitur: Non erat vltra ſpes aliqua, vt de ſtirpe regia quis
regnaret Ochoziæ: ſiquidem Attalia mater eius videns quod
mortuus eſſet filius ſuus p Iehu, ſurrexit & interfecit omnem
ſtirpem regiam domus Ioram. Hic tamen Ioas puerulus de
medio filiarum regis furtim ſublatus eſt & ereptus, ne Daui-
dis ſemen p Nathan deficeret. Quare vt nonnulli exiſtimant
ab hoc vſque ad Zorobabelem ijdem reges ſunt, quos Mat-
thæus & Lucas numerant, tametſi diuerſis nominibus. In
Salatiele vero & Zorobabele nominibus etiam conueniunt,
ſed ab his ad finem prorſus diſcrepare ſecundum diuerſas ge-
nerationum ſeries.

Quidam tamen facilius, neſcio an verius exiſtimant, à So-
lomone & Nathan, Euangeliſtas cæpiſſe diuerſas omnino ge-
nealogias deſcribere, ita vt nunquã conuenerint, atque Salatie
lem & Zorobabelem patrem & filium, quorum nomina repe
riuntur in vtroque Euangeliſta, diuerſos homines eſſe in li-
nea Lucæ ab his, quos refert Matthæus. Ioas quoque filium
eſſe naturalem Ochoziæ, nec de ſtirpe Nathan quẽquam reg-
naſſe. Hoc noſtrum ſchema vtrique opinioni accommodari
poteſt.

1. paralyp. 3.15. IOASIAS quatuor filios habuit. 1. Paralyp. 3. Ioannam 7
Ioakin, Sedechiam, & Sellum. Quis vero primus regnauerit
incõpertum eſt. Quidam aiunt Sellum minorem natu cæpiſ-
Hie. 22.11. ſe regnare. Nam Hieremi. vigeſimo ſecundo, dicitur regnaſ-
4. reg. 23. 30. ſe, & poſt fratres non legimus. Atque eundem eſſe Ioachaz.
2. para. 36. 1 4. regum. 23. & 2. paralypo. 36. vbi viginti trium annorum ob-
tinuiſſe regnum aſſeritur. Ex quo apparet minoris fuiſſe æta-
3. Eſd. 1. 34 tis, quàm ceteros, qui poſt eum regnauerunt. Hic quoque
Iechonias dicitur. 3. Eſdræ. 1. Alij contra aiunt Ioannam maio-
4. regũ. 23 30. rem natu cæpiſſe regnare, qui Ioachaz dictus eſt. 4. regum. 23.
2. para. 36. 2. & 2. paralypo. 36. Et Iechonias. 3. Eſdræ. 1. Et Sellum Hiere-
3. Eſdr. 12. 11. miæ. 22. Dicitur autem cæpiſſe imperium cum eſſet triginta
Hie. 22. 11. trium annorum. 3. Eſdræ. 1. Forte ſimul cum patre decem an-
3. Eſdr. 1. 35 nis regnauerant.

Primus ergo de filijs Ioſiæ, qui regnauit mortuo patre tri-
bus tantum menſibus, regno potitur, & in Aegyptum capti-
uus ſine liberis deceſsit, è pluribus autem nominibus à nobis
dicitur Iechonias, Ioachaz: primum vt in Matthæo & 3. Eſ-
dræ. 1. ſecundum, vt in. 4. regum, &. 2. paralypo. vbi ſupra.

Poſt



POST HVNC regnauit Eliakin frater eius, qui
mutato nomine dictus eſt, Ioakin. 4. regum. 23. & Iechonias 4. regũ. 23. 34.
à Matthæo, dum ait: Ioſiam genuiſſe Iechoniam & fratres math. 1. 11
eius. Hic captiuus defertur in Babylonem, & pacto tributo
remittitur in regnum: iterumque captus occiditur, & non
ſepelitur. Hieremi. vigeſimo ſecundo. Succeſsit filius eius Ie Hiere. 22. 10.
chonias Ioachin, de quo poſtmodum: poſt hunc patruus
eius Sedechias.

Ergo cum Matthæus ait, Ioſiam genuiſſe Iechoniam &
fratres eius in tranſmigratione: intelligit Ioakin cum Ioa-
chaz, & Sedechia fratribus. Sed in linea non numerantur ni-
ſi duo, Ioachaz & Ioakin: quia viuente Ioachin in Babylo-
ne, regnauit Sedechias Hieroſolymis, non verus rex, ſed in-
truſus à Chaldæis.

Quare ſi Euangeliſtæ conueniunt in numerãdis eiſdem: cõ
ſequitur Addi, Ioachaz, & Melchi, Ioakin eoſdem fratres
fuiſſe: vnde cum ait Lucas Melchi fuit Addi, intelligendus
eſt ſucceſſor illius in regno, non generatione.

8 IECHONIAS Ioachin: filius Iechoniæ Ioakin, math. 1. 12
nepos Ioſiæ à Matthæo numeratur, dum ait: Poſt tranſmi-
grationem Babylonis Iechonias (videlicet Ioachin) genuit
Salatielem. Diuerſus à Iechonia Ioachin patre ſuo, quem ge-
nuit Ioſias inſtante exilio ante tranſmigrationem. Quod ob-
ſeruauit Hieronymus ex varia ſcripturæ nominum differen-
tia. Vnde quidam ſic legendum putant, Ioſias autem ge-
nuit Iechoniam & fratres eius. In tranſmigratione Babylonis
Iechonias genuit Iechoniam. Et poſt tranſmigrationem Ba-
bylonis Iechonias genuit Salatiel.

9 SALATIEL & Zorobabel tanquàm pater & fi-
lius numerantur à Matthæo & Luca. Vnde apparet quòd in
progenitoribus eorundem vſque ad Ioas conuenerint: cum
vtrorunque nominentur filij ab Euangeliſtis. Quod ſi di-
uerſi fuerunt, eiuſdem tamen nominis, vt in magnatibus fie-
ri ſolet Conſequitur varias eſſe generationum ſeries à Da-
uide vſque ad Chriſtum. Obſeruandum tamen quòd. 1. para- 1. paralyp. 3. 19.
lypo. 3. dicitur: De Phaiada ortus eſt Zorobabel, qui genuit
Araniam.

Hebrei dicunt Zorobabelem filium Phaiadæ, & hunc Sa-
latielis, ac ſubinde tanquam nepotem appellari filium illius

V 2 vul-

vulgari phraſi, & ſcripturę more: auumque genuiſſe nepo-
tem. Hieronymus & Anſelmus aiunt fuiſſe binomium Pha
iadam & Salatielem. Abulenſis noſter exiſtimat alium eſſe
Zorobabelem ducem populi, quem referunt Aggæus, Eſdras,
Matthæus, Lucas, ab eo, qui connumeratur. I. Paralyp. 3. fi-
lius Phaiadæ.

A ZOROBABEL vſque ad Chriſtum quatuor no-
minum lineæ deducuntur: duæ priores pertinent ad Matthæ
um: duæ poſteriores ad Lucam. Nam Abiud, qui & Ana-
nias, filius Zorobabel dicitur. I. Paralyp. tertio. cuius ſucceſ- 10
ſiones per vndecim generationes enumerantur ibidem ab Eſ-
a.gal.3.19. dra. Quod niſi ſpiritu prophetico fieri non potuit, tot nan-
que generationes vnus homo aſſequi experientia nequiuit,
vixit nanque ipſe tempore Abiudis. Atque cum eiſdem re-
cenſendis Matthæo conſentiat (mirabile dictu) apparet
eoſdem homines eſſe qui ab vtroque referuntur vſque ad Io-
ſephum & Chriſtum: quanquàm nominibus diſſentiant, eo
quod vnus nomina, alter cognomina appoſuerit, conſen-
tiente Philone, qui Ananiam Abiud appellari dixit. Com-
munis autem ſententia habet Abiudem omnium vltimum eſ-
ſe, quorum in veteri teſtamenti voluminibus mentio habea-
tur.

Sequentium nanque progenies cum alijs pluribus Hebræo
rum libris ob frequentia bella, & plures captiuitates amiſſa
eſt. Ita Hieronymus, Auguſtinus, Euſebius, Philo Iudæus,
& Nicephorus. De duabus lineis ad Lucã ſpectantibus idem
ſentimus. Nam Moſſollam filius Zorobabelis. I. Paraly. 3.
ab eodem Philone appellatur Reſſa, ex quo apparet Philo-
a.gal.3.19. nis ſeriem conſentire cum Luca: altero nomina, altero cog-
nomina referente.

PAVCI admodum ſunt, quos Matthæus refert à Zo-
robabele vſque ad Chriſtum, ſi cum his, quos Lucas comme-
morat, conferantur. Quare ſuſpicor pluribus prætermiſ- 11
ſis, primores dumtaxat, ſeu magis notos, in hunc ordinem
à Matthæo fuiſſe relatos: quod innuere videtur, dum eoſdem
in tres teſſaradecadas redegit. Nam plures fuiſſe tum ex li-
bro Regum & Paralypom. tum ex Luca plus ſatis monſtraui
mus. Aut forte in ſuo ordine plures mulierum gñationes oc-
currerũt, aut accidit progenitores Virginis fœlici⁹ generaſſe
Ioſephi



12 IOSEPH genus retulit Matthæus, non Mariæ, ta-
metſi ille ad Chriſtum nil generationis habuerit: quoniam mu
lierum genealogias ſancta ſcriptura numerare non conſue-
uerat. Idcirco ad virum reduxit, genus vxoris enarraturus:
ſubinde addit: virum Mariæ: nam ex eadem cognatione &
tribu iuxta legem vir & vxor eſſe debebant. Atque adeo o-
ſtendens Ioſephum ex Dauidis genere prognatum, mon-
ſtrauit ſimul & Mariam. Nec obſtat diuerſas tribus conſue-
uiſſe coniugio copulari, vt Aaron de tribu Leui cum Eliza-
beth filia Aminadab de tribu Iudæ Exod. 6. Et Nahaſon
dux tribus Iudæ cum Eliſabeth filia Aaronis Exod. Et Exo. 6.25
Irias Pontifex cum Ioſabeth Iorami regis filia. 4. regum. II. 4.reg. II. 2
Nam ratio legis, quæ diuerſarum tribuum coniugia prohi-
bebat, fuit: ne hæreditatum fieret confuſio, vt habetur nu- nu. 36. 8
mer. trigeſimo ſexto, vbi ad Hebraicam veritatem legimus: O-
mnis filia, quæ poſſederit hæreditatem ex tribubus filiorum
Iſrael, erit in vxorem vni ex cognatione tribus patris ſui, vt
poſsideant filij Iſrael vnuſquiſque hæreditatem patrum ſuo-
rum. Vnde cum tribu Leui, cui nulla erat pars hæreditatis, Ioſu. 14. 3
vt Ioſue. 14. habetur, nulla erat prohibitio. Immo vero ne-
que cum alijs tribubus inter minores natu filios, quibus non
erat hæreditarium ius: vt inter Dauidem & Micolem Saulis
regis filiam de tribu Beniamin. I. libr. Regum. Quare ſolis reg2.18.
primogenitis, ijs etiam qui hæreditatem propriam habituri 17.
eſſent, id erat lege vetitum, ne extra propriam tribum co-
pularentur. Cum ergo virgo Deipara primogenita fuerit Io
achimi & Annæ de tribu Iudæ, vt ſupra vidimus, non po-
tuit alterius tribus viro nubere, quàm Iudæ. Sic quoque Io-
ſeph primogenitus Matthan de tribu Iudæ non potuit duce-
re vxorem niſi de eadem tribu.

13 CONSTANTISSIMVM eſſe debet, Matthæum
genus Ioſephi deduxiſſe: Lucam vero Mariæ & Chriſti: &
vterque per naturales parentes ad ſuum vſq; primogenitorẽ.
Quanquàm non deſunt qui de legalibus non nihil inferant,
ſed non arridet. Quare cum Lucas ait: Chriſtus putabatur Lucæ. 3. 23
filius Ioſephi, qui fuit Heli, illud: qui: non refert Ioſephum, ſed
Chriſtum: ſenſus eſt, putabatur filius Ioſephi, non tamen
erat: ſed Heli nepos, nepotes autem, filios appellare fre-
quẽs eſt literis ſacris. Sic Chriſtus dicitur filius Dauid, ideſt,

V 3 genus

genus ducens ab eo. Sic de multis regibus dicitur quod fuerunt ſepulti in ſepulchro Dauidis patris eorum. Quod ſi Ioſephum referat, non vt naturalem, ſed vt generum: ſolent enim ſoceri generos ſuos vulgari phraſi filios appellare.

IAM vero nominum variam eſſe orthographiam, quis non videt? At illud inde natum eſt, quod nomina propria Hebræorum variè corrumpunt Græci, à quibus noſtra deſũpta ſunt.

## Caput. 4. Vita ſancti Matthæi per authorem *ex vetuſtiſſimis Patribus collecta.*

MATTHAEVS Leui Capharnaites, Alphæi filius, ex publicano Apoſtolus factus, vt in euãgeliorum legimus hiſtoria, à tribu ſua Leui cognomen ſumpſit, quod Iſidorus ſcribit in libro de patribus noui teſtamenti. Poſt Chriſti autem in cælum aſcenſum, accepto iam Spiritu ſancto, in Iudæa primum prędicauit Euangelium, deinde in Aetiopia, quæ in diuiſione orbis obtigerat ſibi, rem diuinam peragens, ob Chriſti fidem, & ſeruatam Ephigeniæ regis filiæ caſtitatem, mucrone à tergo percuſſus interijt martyr & Apoſtolus: anno poſt Chirſti mortem, quinquageſimo. Hebræis, ideſt, Chriſtianis ex ſua gente conuerſis diſceſſurus è Iudęa, anno ab aſcenſione Chriſti octauo, Hebraicè ſcripſit Euangeliũ: quod munus primus omnium ſubiuit, vt aiunt Abdias vnus de ſeptuaginta diſcipulis, qui cũ Matthæo cõuerſatus eſt: & Eutropius, ac Africanus vetuſtiſsimi & ꝓbatiſsimi authores. Sic & Papias ipſius Matthæi, & aliorum Apoſtolorum, pręſertim Ioannis auditor apud Euſebiũ lib.3. hiſt. Eccl. cap. vlti: Origenes quoq; in enarratione primi pſalmi, cuius verba refert Nicephorus libro.5. hiſto. Eccleſi. cap.16. Quibus accedunt Irenæus, Nazianzenus, & Metaphraſtes, & Euſebius libro.3. hiſto. Eccle. cap.18. & vltimo: & Hieronymus cõmenta. in Eſaiã capit.6. & in Oſeam capit.11. & in libro de ſcrip. eccleſ. in Mathæum: ac tandem Nicephorus libro.2, cap.4. & libro.4. capi.32. Vbi quod Euſebius dixerat libro.5. capit. 10. ipſe quoque narrat: Pantænum ſtoicum, humaniore literatura præſtantiſſimũ ad fidem conuerſum, & inſtitutioni Chriſtianorum Alexan-

Euangeliũ Hebraicè ſcripſit.

xan-



xandriæ prefectũ, ſub Cõmodo imperatore apud Indos prędicantẽ, Matthæi euangeliũ reperiſſe ibi à Bartholomæo Apoſtolo Hebraico ſermone expoſitum, & ad mõſtratum tempus reſeruatum. Idipſum Hieronymus de ſcriptoribus Eccle. in Pãtænum, addens illum Matthæi codicẽ Hebraicum delatũ à Pãtæno Alexandriam reuerſo, atq; hũc aſſeruatum in bibliotheca Pamphili martyris alibi aſſeuerat. Nicephorꝰ lib.16. cap.37. refert in Cypro ſub arbore quadam cum Barnabæ Apoſtoli corpore euangelium quoq; Matthæi repertũ, haud dubiè Hebraicũ, ſub Anaſtaſij imperio: vnde cępit Cyprus eſſe liberi iuris, & ab Antiochia, cui olim ſubiecta fuerat, exẽpta. E quibus partim oculatis, & omnibꝰ fide digniſsimis teſtibus liquet Mathæum Hebraicè ſcripſiſſe euangelium, adeò vt à tantorum patrum ſententia quaſi temerarium ſit diuertere.

Non deſunt tamen qui id in dubium vertant, ac putent Gręcis literis exaratum, eo quòd de Hebraico nullus hactenus teſtimoniũ attulit, pręſertim cum adducat ſæpe Hieronymus ex Nazaręorum apocrypho, vt comment. in Matthæũ cap.6. & 12. & in Eſai. lib.18. in proemio, & libro.3. cõtra Pelagium circa principium: & libro de ſcript. eccleſ. in Iacobum. & Clemẽs Alexandrinus libro.4. Stromatũ, & alij quos retulimus in noſtris ſacris inſtitutionibus capit. de apocryphis. Verum aliud eſt non extare Hebraicũ, à quo potuerit teſtimoniũ peti, aliud non fuiſſe Hebraicè compoſitum. Nec patres tam Gręci quàm Latini, habẽtes ſuę linguæ probatos codices ſoliciti vnq̃ fuerũt petere alienos, niſi duntaxat in his, quæ à noſtris exemplaribꝰ diſſident, qualia ſunt apocrypha, quæ his locis refert Hieronymꝰ. Hęc fuſius perſequuti ſumꝰ, ne quis deinceps hallucinetur. Quis autẽ Matthęum in Gręcã linguã trãſtulerit, Hieronymꝰ putat incertũ: & Papias ait pleroſq; interpretatos, prout qſq; poterat. Theophilactus tamen præfatione comment. in Matthæum, & Eraſmus in annotationibus ad eundẽ, id munus Ioãni tribuũt euangeliſtæ. Ergo quia Matthęus Hebraice ſcripſit, ex Hebręorũ codicibꝰ affert teſtimonia: cæteri vero euãgeliſtę magis iuxta Græcã editionẽ ſeptuaginta interpretũ, quia Grecè ſua euãgelia tradiderunt. Nõnulla apocrypha ab eo dictata falsò referuntur, è quibus Gelaſius Papa diſt. 15. damnat librũ de ortu, ſeu ſtirpe Mariæ, & alterũ de infantia Saluatoris, eo ꝙ in eis reperiantur aniles fabulę, quas Ireneus lib.1. aduerſus Va-

Obiectio.

Solutio.

Trãſlatio.

Apocrypha illi falſo aſcripta



len-

lentinorum hæreſes: & Epiphanius in primo Panarij ſectio. 3. refellunt. Vnde palam apparet quorundam impoſtorũ deceptio, qui vt illis libris authoritatem aſſererent, cõfictis prefationibus, à Hieronymo de Hebraico tranſlatos eſſe dixerunt.

## Elenchus capitum Euangelij ſecundum *Matthæum.*

MATTHAEI .1.

Genealogia Chriſti.
Tres teſſaradecades.
Ioſeph vult dimittere vxorem.

2

Magi adorant.
Fuga in Aegiptum.
Pueri interficiuntur.

3

Predicatio Ioannis.
Baptiſmus Chriſti.

4

Ieiunium & tentatio Chriſti.
Predicatio regni cælorum.
Vocatio quatuor apoſtolorũ

5

Predicatio beatitudinum.
Perfectio apoſtolorũ & legis.
Non iraſcendum.
Non mechandum.
Liber repudij.
Non periurandum.
Iniuria toleranda.
Diligendus inimicus.

6

Eleemoſyna.
Oratio.
Ieiunium.
Contemptus terrenorum.

7

Non iudicandũ de altero.
Petendum à Deo.
Falſi prophetæ vitandi.
Verbum Dei audiendum.

8

Leproſus mundatur.
Centurionis puer ſanatur.
Socrus Petri.
Demoniaci & male habentes.
Scriba & adoleſcens ſequi volentes.
Tempeſtas maris.
Geraſenorum dæmones in porcos.

9

Paralyticus ſanatur.
Matthæi vocatio.
Conuiuium cum publicanis.
Diſputatio de Ieiunio à diſcipulis Ioannis.
Filia archiſynagoge ſuſcitatur
Sanatur mulier à fluxu ſanguinis.
Duo cæci illuminantur.
Mutus dæmoniacus liberatur
Circuibat omnes ciuitates.

10

Electio apoſtolorũ & nomina
Miſsio & poteſtas curandi.

Paupertas



Paupertas apoſtolica.
Minatur non recipientibus.
Prædicit perſecutiones.
Promiſsio recipientibus.

11

Miſsio diſcipulorum Ioannis & laus.
Exprobratio Iudæorum & trium ciuitatum.
Agit gratias patri, vocat omnes ad ſe.

12

Diſcipuli colligunt ſpicas.
Sanatur manus arida.
Demoniacus cæcus, & mutus
Peccatũ in Spiritum ſanctũ.
Arbor bona & mala.
Phariſæi ſigna petunt.
Mater & fratres foris.

13

Parabola ſeminantis.
Parabola Zizaniorum
Parabola grani Synapis.
Parabola fermenti.
Parabola theſauri abſconditi.
Parabola margaritæ.
Parabola ſagenę maris.
Nazareni ſcãdalizantur in ſapientia & cognatione Chriſti

14

De Herode, & Ioanne occiſo.
De quinq; panibus & duob⁹ piſcibus.
Ambulat Chriſt⁹ ſupra mare
Aduentus eius in Geneſar.

15

Trãſgreſsio preceptorum ob traditiones humanas.
De Cananæa.

De turbis ſanatis.
De ſeptem panibus.

16

Phariſæi ſigna petunt.
Cauendum à fermento phariſæorum.
Confeſsio Petri & claues.
Increpatio Petri.
Tollere crucem & ſequi Chriſtum.

17

Transfiguratio Chriſti.
De Helia venturo.
De lunatico non ſanato à diſcipulis.
De fide transferente montes.
De prædictione mortis.
De exigentibus didragma.

18

Quis maior in regno celorum
De vitando ſcandalo.
Parabola paſtoris, & ouis.
De correctione fraterna.
De clauibus eccleſiæ.
De aſsiſtentia Chriſti.
Parabola decem millium talentorum.

19

Phariſæi tentant de diuortio.
Paruuli offeruntur illi.
De adoleſcẽte ſeruãte mãdata
Diues difficile ſaluabitur.
De centuplum accipiente.

20

Parabola operariorum vineę.
Predictio mortis in aſcenſu Hieroſolymæ.
De petitione filiorũ Zebedei
Duo cęci ſanãtur in Hiericho

21

21
De ingreſſu ī Hieruſalē ī aſina
Eijcit vendentes.
Sanat cæcos.
De ficu arida fide & oratione
Interrogatio in qua poteſtate faciat.
Parabola de duobus filijs.
Parabola đ vinea & torculari
De lapide angulari reprobato
22
Parabola đ vocatis ad nuptias
De cēſu & numiſmate Cęſaris
De eo, q habuit plures vxores
De primo legis mandato.
Cuius filius Meſſias.
23
Deploratio phariſęorum hypocritarum.
Deploratio Hieruſalem, quæ occidit prophetas.
24
Deſtructio Hieroſolymæ.
De aduentu Antichriſti.
Signa iudicij futuri.
Vigilandum quia dies & hora ignoratur.
25
Parabola de decem virginibꝰ
Parabola de tribus qui talenta acceperunt.
De aduentu & iudicio Chriſti
26
Magdalena vngit dominum.
Iudas paciſcitur.
De cæna agni paſchalis.
Inſtitutio Sacramenti.
Petrus promittit ſe non negaturum.
Oratio in horto.
Proditio Iudæ.
Examinatio aput Caypham.
Negatio Petri.
27
Ducitur ad Pilatum.
Deſperatio Iudę.
Abſolutio Barrabæ.
Pilatus lauat manus.
Coronatur ſpinis Chriſtus.
Angariatur Simon.
Crucifigitur, ſepelitur
Cuſtodes ſepulchri
28
Angelus apparet mulieribus.
Chriſtus occurrit illis.
Cuſtodes mentiuntur.
A apparet diſcipulis, quos mittit ad prædicandum.

## Caput. 4. Vita ſancti Marci per authorem ex *vetuſtiſſimis patribus collecta.*

IOANNES cognomento Marcus, ciues Hieroſolymitanꝰ, Marię ſororis Petri ac hoſpitis apoſtolorū filiꝰ in cuius domū Petrus è carcere Herodis adductus primū peruenit, vt in actis legimꝰ: & apud Nicephorū lib. 2. hiſto. Eccleſ. cap. 43. Barnabę conſobrinꝰ, & ſimul cū Paulo in euāgelica



predicatione comes fuit: à quibus è Pāphilia diſcedēs Hieroſolymā reuerſus eſt. Quam ob rem in altera peregrinatione à Paulo non receptus, cum Barnaba nauigat in Cyprū, vt Lucas refert in act. 15. Deinde Petrū ſecutꝰ eſt, cuius etiam erat à baptiſmate filiꝰ, vt Iſidorus refert in lib. de patribus noui teſta- Act. 13. 17 menti: ac Petrus ipſe dixiſſe videtur in prima canonica: Salutat vos Marcus filius meꝰ. Romę auditor Petri factus, rogatur à fratribus, vt Euangelium ſcribat: quod ipſe literis Gręcis pręſtitit, 1. Pet. 5. 13. Euangeliū non ſecus ac à Petro dictante & referente didicerat. Vnde á quibuſdam, quod iuxta Marcum eſt, Petri dicitur Euāgelium: quod ab illo dictatū, & apoſtolica autoritate probatū & eccleſię legendum, vulgatū ſit ac permiſſum. Ita Clemēs ſexto Hypotipoſeon libro, & Papias Hierapolitanus pręſul Ioānis apoſtoli auditor, qui referens ſuā ac Ioannis preſbyteri ſententiam ad hunc modum ait: Hoc quoq; Ioannes preſbyter dixit: Marcus quod Petri eſſet interpres, quæ memorię cōmendauerat, & Petro dictante acceperat, certo & diligenter cōſcripſit, non tamē ſeruato dictorū ac factorū Chriſti ordine. Non. n. omnia audiuit, neq; ſemper cōſectatus eſt Dūm, admodū nanque puer erat: poſt tū. Petri diſcipulus fuit: atq; vt ille pro auditorum commoditate doctrinam promulgabat, non ex ordine ſermones & oracula Domini cōmemorās. Sic Marcus ſcripſit, ac minime eſt hallucinatus, cum nil eorum quę audiuit, omiſerit, neq; à veritate aberrauerit. Hęc fere Nicephorus lib, 3. hiſto. eccleſ. cap. 20. Ad eundē modum Origenes in enarratione primi pſalmi, cuius verba referuntur ab eodē Nicephoro lib. 5. cap. 16. Euſebius item lib. 2. hiſto. eccleſ. cap. 14. & 15. & Hieronymus in catalogo ſcript. eccleſiaſt. in vitam Marci. Procopiꝰ Metaſthenes, & Nicephorus lib. 2. cap. 14. & 15. Tandem ab vrbe Roma Marcus petit Aegiptum, & Euangelium, quod peregrinatio. ſcripſerat, apud Cyrenem primum, & Pentapolin prędicat. Deinde Alexandriam profectus ob plurimam ibi credentium multitudinem, eccleſiam condidit tanta quidē ſanctitate, vt ſobrietatis eiꝰ exemplo, Philo Iudęorum diſertiſsimus cōmotus ſit ad earū laudes ſuis ſcriptis celebrandas, quē legatione functum apud Caium Caligulam imperatorē ad colloquiū Petri Romæ diuinum verbū concionantis, fama eſt perueniſſe. Scribit itaq; de eccleſię ſanctitate, & ſobrietate ſub Marco in libro đ vita cōtęplatrice, in quo Therapeutes eos appellat q̄a animarum

rum ægritudines curaret. Sic nanq; ab eo fideles appellati ſunt
priuſq̃ ab Antiochia Chriſtianorum nomẽclatura lõge lateq;
per totum orbẽ propagaretur. Et quã q̃ abſonum quidã putãt
Iudæū noſtrorū mores ac virtutes decantare: nil tamẽ eſt mirū
cū è Iudæis cõuerſi Moſis adhuc traditiones ob legis reuerẽtiã
ſeruarent, quanq̃ ſcirent mortuas, cupiẽtes eas cū honore ſepe
lire. Forte Iudæus ipſe Chriſtianos, Iudęos eſſe putabat, ac lau-
dare ſuos. De noſtris autẽ ſermonẽ contexuiſſe, locꝰ nẽpe Ma
riæ, vbi eo tempore noſtrates degebant, demõſtrat & cõtinẽ-
tiã vitę, & morū inſtituta, quæ refert. Sic Epiphanius fẽtit in fi
ne Panarij: & diuus Auguſti. in lib. de moribꝰ Eccleſiæ contra
Manichæū: & Caſianus in libr. inſtitutionū Monachorum: &
Hieronymus, & Euſebius in locis adductis. Hinc ergo à di-
uo Marco manauit prima origo ſanctorū patrum ac monacho
rum in Aegipto: hinc & mulierū monaſteria eſſe cęperūt, quæ
mẽte ſobria virginitatẽ & modeſtiam colerent, cuiuſuis corpo
reæ voluptatis expertes, liberorū dumtaxat immortalium cu-
pidæ, quos ſola ex ſe Dei amans anima procreare poteſt. Hæc
ad Chriſti gloriam Marcus inſtituit, tantãq; parſimoniam eis
indixit ob ſapientię ſtudium, vt vix ſexto quoq; die corporea
alimenta ſumerent, diuinarū rerum contemplatione abſorpti.
Scholæ præfectum in eccleſia Alexandrina eſſe voluit, qui ſa-
pientia pręſtaret, & cęteros inſtrueret, ſacraſq; literas interp̃ta
retur, quo munere dū vixit ipſe functus eſt, cui poſt mortem
ſucceſsit in Epiſcopatu Anianus, in præfectura multi vita & ſa
pientia celeberrimi: inter quos Clemens & Pantænus & alij, q
ſuis ſcriptis Eccleſiam illuſtrauerunt. Marcus igitur à cultori-
Martyriū. bus idolorum variè per vitam agitatus eſt. Impetu demum re
pente facto funibus illius pedes conſtringūt, & crudelẽ inmo
dum per vrbem trahūt, & ad locū maritimum Bubulci dictū,
vbi in præruptis montis ſaxis, quæ olim bubulcorum magalia
fuerant, Eccleſiam extruxerat, trahunt dicentes: Trahimus
bubalum hunc ad Bubulci ſtabulum. Vnde ſuſpicor origi-
nem traxiſſe conſuetudinem ducendi, & lampadibus ornan-
di taurum in ſua feſtiuitate, cum in viſione Ezechielis Leonis
figura exprimatur. Itaque corpus eius ſaxis alliſum eſt; ex quo
larga ſanguinis vena profluxit. Conijcitur in carcerem, vbi
ei Dominus apparuit futuram gloriam illi renuncians. De-
nuo è carcere eductꝰ, vnco immaniſsimè p̃ plateas trahitur ite
rum



rum, & raptatur, qua in paſsione ſpiritum Deo commendans
obijt martyr euangelicꝰ, collucentibus in eo mirifice ingenti-
bus corporis gratijs, & animæ virtutibus, ſtaturæ & ætatis ple
nę, iam ſemicanus. Ferunt poſt euangelium inter alia Barna-
bæ quoq; vitam ſcripſiſſe, & ex Græco eloquio in latinum à Apocry-
Beda tranſlatam, cuius rei meminit Iacobus Genuenſis in lib. pha illi falſo ſcripta.
annuarum feſtiuitatum. Quin & ſui euangelij poſtremo capiti
lacinium aſſuerunt hæretici, vt Hieronymus refert lib. 2. aduer-
ſus Pelagianos. Vbi enim dominus recumbentibus diſcipulis
poſt reſurrectionem apparuit, & exprobrauit eorum incredu
litatem, quia his qui viderant eum reſurgentem non credide-
rant, inſertū erat: Et illi ſatisfaciebant dicentes: Sæculum iſtud
iniquitatis, & incredulitatis ſubſtantĩa eſt, quę non ſinit per im
mundos ſpiritus veram Dei apprehẽdi virtutem: idcirco iam
nunc reuela iuſtitiam tuam &c. Quod quidem additamentum
quod Manichęorum dogma redoleret, ab omnibus vetuſtiſsi-
mis & ſanctiſsimis patribus Græcis & latinis reiectum eſt tan-
quam nothum. Atq; hinc arbitror hoc vltimum caput initio
naſcentis eccleſiæ nonnullis patribus fuiſſe ſuſpectū, & à Græ
cis codicibus auulſum, vt Hieronymꝰ ait quæſt. 3. ad Hebdibiã.
Et Euthimius in explanatione eiuſdem capitis. Sed iam nūc
eadem veneratione, qua reliquum, id non recipere hæreſis eſt.
Qua de re diximus lib. 4. cap. 2.

## Elenchus Capitum Euangelij ſecundum *Marcum.*

| MARCI. 1. | 2 |
|---|---|
| Prædicatio & baptiſmꝰ Ioãnis. | Sanatur paralyticus. |
| Baptizatur Chriſtus. | Vocatio Matthæi & conuiuium. |
| Ieiunium Chriſti. | Diſcipuli Ioannis diſputant de ieiunio. |
| Vocatio quatuor apoſtolorum. | Diſcipuli vellunt ſpicas. |
| De dęmoniaco ſanato. | **3** |
| De ſocru Simonis. | De habente manum aridam. |
| Sanat omnes male habentes & dęmoniacos. | Electio apoſtolorum & poteſtas. |
| Leproſus mundatur. | |

De

De furore & blaſphemia in Spiritum ſanctum.
De matre & fratribus.

4

Parabola de ſeminante.
De lucerna ſub modio. & mēſura.
Parabola de ſemēte vltro creſcente.
Parabola de grano Synapis.
De procella maris.

5

De demoniaco Genaſenorū.
Filia Iairi ſuſcitatur.
Aemorrhoyſſa à ꝓfluuio ſanatur.

6

Prædicans in Nazareth non ſuſcipitur.
Miſsio apoſtolorum.
De Herode & Ioanne.
De quinq; panibus & duob⁹ piſcibus.
Ambulans ſupra mare putatur phantaſma.

7

De diſcipulis illotis manibus manducantibus.
De Cananea Syrophęniſſa.
De ſurdo & muto.

8

De ſeptem panibus.
Phariſæi ſigna quęrunt.
De cęco vidēte hoīes vt arbores
Confeſsio Petri.
Predictio mortis & reprehenſio Petri.
Tollēda crux & Chriſtus ſequēd⁹.

9

De transfiguratione.
De Helia venturo.
Demoniacus non potuit ſanari à diſcipulis.
ꝓdictio mortis & reſurectiōis
Aduocato puero docet quis ſit maior.
De alijs eijcientibus demonia
De ſcandalo vitando.

10

Quodnō licet vxorē dimittere
De paruulis oblatis.
De diuite contriſtato.
De centuplum accepturis.
Aſcendens Hieruſalem predicit mortem.
De filijs Zebedei.
De Bartimæo cæco.

11

Ingreditur Hieruſalem in aſina.
De ficu arida, nūmularijs & fide.
Interrogatio, in qua poteſtate faceret.

12

Parabola vineę & torcularis.
De lapide reprobato.
De cenſu Cęſaris.
De eo q̄ plures habuit vxores
De primo mandato legis.
Cuius filius Meſsias.
Cauenda doctrina phariſęorū
De vidua offerente duo minuta.

13

Deſolatio templi & Hieruſalem futura.
De Antichriſto.
De deconſummatione ſeculi.

14



14

Magdalena vngit Chriſtum.
Paciſcitur Iudas.
Cęnat agnum cum diſcipulis.
Inſtituit Euchariſtiam.
Prædicit negationem Petri.
Oratio in horto.
Captio Chriſti.
Adducitur ad Caypham.
Negatio Petri.

15

Adductio ad Pilatum.
Dimittitur Barrabas: Ieſus flagellatur.
Angariatur Simon: Chriſtus crucifigitur.
Deponitur de cruce, ſepelitur.

16.

Veniunt mulieres ad monumentum.
Apparet Magdalenæ & diſcipulis.
Nouiſsime mittit ſuos ad prædicandum.

## Caput. 5. Vita ſancti Lucæ per authorem ex *vetuſtiſsimis patribus collecta.*

LVCIVS Lucas patria Anthiochenus, quæ ciuitas eſt in Cęleſyria, liberalibus artibus inſtructus, pictoriæ artis ſtudioſus, profeſsione medicus, & Græci ſermonis peritus fuit: Hebręamq; linguā & Syriam adept⁹ (ſi Oecumenio & Metaphraſti credimus) tametſi multi Hebraicę literaturę proſelytū fuiſſe cōtendant, vt Iſidorus ait in lib. de patribus noui teſtamēti. In altero anno prędicationis Chriſti, cū fama eius ad oēs orbis partes, pręſertim Anthiochenas, cōuolaret: viſendi hominem deſiderio inflāmatus Lucas Paleſtinam adijt, ac primo quoq; ſermone ad fidē conuerſus, & dominum ſecutus, ac paulo poſt tēporis in ſeptuaginta duorum diſcipulorum numerum aſcitus eſt, vt Gręcus Cyrus refert in catalogo: Raphael Volaterranus in antropologia: Gregorius Magnus in procemio moralium: & Metaphraſtes: qui cum Cleopha in Emauntem profectum fuiſſe Lucam aiunt, itineriſq; ſocium: cum Chriſtus illis peregrinus apparuit. Quanquam Ambroſius, & Auguſtinus alium eſſe affirment, quod nos ibidem annotauimus: & diuus Hieronymus, alijq; patres in dubium vertant, viderit ne Lucas in carne Dominum, ob ea verba, quibus in præfatione ſui Euangelij ipſe de ſe ſic loquitur: Viſum eſt mihi ſcribere, ſicut tradiderunt nobis, qui à principio viderant, ac miniſtri fuerunt ſermonis. At horum ſenſus eſſe

poteſt

poteſt, vt quę à Chriſto geſta ſunt, antequam Lucas accederet: vt ab alijs acceperat, memoriæ mandauit, cætera vt vidit & expertus eſt. Poſt diſperſionem autem apoſtolorum per orbem Paulum apoſtolum ſectatus eſt, cuius extitit amiciſsimus: Sic enim Coloſſenſibus ſcribens ait: Salutat vos Lucas medicꝰ chariſsimus. Omnis eius peregrinationis comes fuit, donec Romam peruentum eſt, quod acta teſtantur apoſtolica ab eodem literis exarata. In prima vero Pauli defenſione apud Neronē non aſtitit ei, alio forte digreſſus: ſic enim Paulus ait: Nemo mihi affuit. In altera quidem captione preſto fuit, ſic nanq; inquit in ſecunda ad Timotheum epiſtola cap. 4. Lucas eſt mecū ſolus. Poſt Pauli mortem in Gręciam reuerſus, ac varias orbis regiones peragrans, Beotiæ Thebas peruenit, ibiq; plurimos ad Chriſti fidem cōuertit, dęmonum ſtatuas ac eorum delubra diuina virtute in terram deiecit, tēpla nonnulla erexit, Deoq; conſecrauit. Quam ob rem Ethnici diuini verbi contemptores ira & odio, pluſquam dici poteſt, exagitati, ex oliua fructifera, quod aridi ligni, ex quo crux fieret, copia non eſſet, ſuſpē derunt, quo mortis genere Deo ſpiritum reddidit annos natus octoginta. Sic Nicephorus lib. 2. hiſtor. Eccleſ. cap. 43. Tametſi plures ac ſapientiores in ea opinione ſint, vt exiſtimēt plenum dierum abſq; martyrio deceſsiſſe Alexandriæ, ibiq; ſepultum in Buccolis cum Ictare iamolim in Lycia martyre: inter quos ſunt Euſebius, Euthimius, Metaphraſtes, Aecumenius & Syxtus. Ex Achaia vero viceſimo Cōſtantini anno oſſa eius cum reliquijs Andreę apoſtoli, & Timothei, Pauli, ab Artemio viro catholico & Conſtantij principis familiari, eiuſdem iuſſu Conſtantinopolim trāſlata ſunt. Euangelium Grę ce ſcripſerat anno quinto decimo ab aſcenſione Chriſti, hortā te Paulo, de quo in 2. ad Corinth. cap. 8. ait: Miſimus fratrem cuius laus eſt in euangelio per omnes eccleſias. Chriſoſtomus exiſtimat quotieſcunq; Paulus in ſuis epiſtolis ait: iuxta euangelium meum: Lucæ ſignificare volumē. A qua opinione Hieronymus in Catalogo non abhorret, neq; Euſebius lib. 3. hiſt. cap. 4. Quamuis Origines in dialogo de recta ad Deum fide cōtra ſentiat Paulum à Luca & Marco hiſtoriæ euangelicæ narrationem didiciſſe: ſed cum eodem Paulo pugnare videtur dicente, ſe non ab hominibus neq; per hominē: ſed ab ipſo Ieſu euangelium accepiſſe. Hoc opꝰ dedicauit Lucas Theophilo amico

Peregrinatio.

2.Ti.4.11.

mors.

Euangeliū

2Cor.8.18



eo ſuo Deiq; ue amantiſsimo, vt ipſe in præfatione commemorat. Nonnulli tamen eo nomine omnes fideles Dei amicos intelligunt: id enim eſt Theophilus, quod nos in annotationibus diximus. Ab hoc opere initio naſcentis eccleſiæ hiſtoriam de ſudore ſanguineo Chriſti, & angeli confortatione, ſcioli ſuſtulerūt, quod Arriani ex eo conarētur adſtruere, filiū Dei nō eſſe eiuſdem naturæ cum patre, vt pote impaſsibilis, quod Epiphanius retulit in Anchorato: ob idq; in vetuſtioribus codicibus non reperitur, vt Hieronymus dixit in ſecūdo dialogo aduerſus Pelagianos, & apertius Hilarius libro. 10. de Trinitate. Sed hiſtoriā eā eſſe canonicam præter conciliorum & eccleſiæ definitionem, affirmat Dioniſius in libro de cęleſti hierarchia, & Athanaſius in ſexto volumine de beatitudine filij Dei, & ab Eccleſia iam olim fuiſſe cautum aiunt, quod plane conſtat: nam in opere contra hæreſes iam refert eam Irenæus quaſi canonicam: itaque multis retro ſæculis eam negare hæreſis erat aperta.

Alterum volumen, quod acta Apoſtolica prænotauit, Romæ ſcripſit, & vſque ad bienniũm ibidem commorantis Pauli deduxit. Eius vero hiſtoriæ periodū Pauli & Theclæ inſcriptam, & totam baptizati Leonis fabulam, Aſianus quidā preſbiter Pauli ſtudioſus compoſuit mentito Lucæ titulo: nam vt Tertullianus eſt author, apud Ioannem euangeliſtam conuictus id ſe Pauli amore feciſſe confeſſus eſt: ob idque à ſacro canone excidit, & inter apocrypha computatur. Idem autem Tertullianus aſſeruit epiſtolam ad Hebræos à Luca fuiſſe compoſitam: ſed de tranſlatione in ſermonem Græcum intelligēdum id eſſe arbitror. Epiſtolam enim, quam Paulus Hebręis Hebraice eloquentiſsimè dederat, Lucas pari facundia & elegantia gentibus Grecè reddidit. Sic Euſebius libro. 3. hiſtor. capit. 32. niſi id preſtiterit Clemens, aut Barnabas, quod nonnulli dixerunt, Martiom & Tatiano errandi anſam præbentes, qui primo compoſitam ab his affirmarunt, vt refert Philaſtrius in catalogo Hæreſeon capit. 89. & Euſebius libro. 3. capit. 29. & Epiphanius libro. 1. contra hæreſes Hæreſ. 42. & libro. 21. hæreſi. 69. & Theodoretus in præfatione epiſtolæ ad Hebræos, & Hieronymus in catalogo, & in præfatione epiſtolæ ad Titum.

Act. apoſt. apocrypha illi falſo aſcripta.

Pinxit autem Lucas elegantiſsimè coloribus & penicillo Chriſti

Pictura.

X

Chriſti ſeruatoris, & Virginis matris imagines, quas Anthiochenæ eccleſiæ reliquiſſe ferunt, indeq; Cõſtantinopolim trãſlatas, & Pulcheriç Auguſtæ dono miſſas, miraculorũ frequẽtia percelebres fuiſſe. At vtriuſque, matris, videlicet, & filij ſtaturam, effigiem, colorem, membrorum diſpoſitionem, & alia huiuſmodi verbis explicarunt Eutropius, Epiphanius, Anſelmꝰ, & Nicephorus, vt Paulo ante diximus hoc libro. 6. inſtitutionum euangelicarum. cap. 2. & 3.

## Elenchus capitum Euangelij ſecundum *Lucam*.

LVCAE. 1.
Proemium operis.
Conceptio Ioannis.
Incarnatio Chriſti.
Viſitatur Eliſabeth.
Natiuitas Ioannis.

2
Natiuitas Chriſti.
Circunciſio eiuſdem.
Purificatio Mariæ.
De Simone & Anna Propheтiſa.
Puer inuenitur in medio Doctorum.

3
Prædicatio & vita Ioannis.
Baptiſmus pænitentiæ.
Incarceratio Ioannis.
Baptiſmus Chriſti.
Genealogia illius ab Adam.

4
De ieiunio & tẽtatiõe Chriſti
Prędicat ĩ ſynagoga nazareth
Dęmoniacus ſanatur in Synagoga Capharnaum.
De ſocru Petri.
Veſpere curat, mane abijt ad prædicandum.

5
Vocatio Apoſtolorum & captura piſcium.
De leproſo ſanato.
De Paralytico per tectum demiſſo.
Vocatio Matthæi, cõuiuium, diſputatio.

6
Diſcipuli vellunt ſpicas.
De manu arida.
Electio Apoſtolorũ & nomina.
Prædicatio beatitudinum.
De dilectione inimici.
De lege naturæ ſeruanda.
De iudicio temerario vitãdo
De arbore bona & mala.
Sermo Dei audiendus.

7
De ſeruo Centurionis.
De filio viduæ ſuſcitato.
De legatione Ioannis ad Chriſtum.





Laus Ioannis.
Conuerſio Magdalenæ.

8
De vxore Chuſæ & Suſanna.
Parabola ſeminantis.
De lucerna & candelabro
Mater & fratres Chriſti.
Tempeſtas maris ſedatur.
De dęmoniaco Geraſenorũ.
Filia Iairi ſuſcitatur.
De Aemorrhoyſa.

9
Miſsio apoſtolorũ & poteſtas
De fama Ieſu apud Herodem
De quinq; panibus & piſcibꝰ.
Confeſsio Petri.
Prædictio mortis.
Sequela Chriſti.
Tranſfiguratio.
De lunatico non ſanato à diſcipulis.
Prædictio mortis.
Contentio diſcipulorum.
Prohibetur quis ab Apoſtolis vt eijciat dæmonia.
Nõ ſuſcipitur à Samaritanis.
De tribꝰ volentibꝰ ſequi Chriſtũ.

10
Electio ſeptuaginta duorum.
Deploratio ciuitatum.
Reuerſio diſcipulorum & gratiarum actio.
De quæſtione legis periti.
De eo qui incidit in latrones.
De Martha & Maria.

11
De oratione dominica.
De dęmoniaco muto.
De muliere quę extulit vocẽ
De petentibus ſignum.
De non lotis manibus
Deploratio Phariſæorum & Scribarum.

12
De fermento Phariſæorum.
De volẽte diuidere hęreditatẽ
Parabola de eo qui habebat multa bona.
De auferẽda ſollicitudine terrenorum.
De auaritia fugienda.
Vigilandũ cũ ſeruo vigili.
De ſeruo cum ebrioſis.
De perſecutionibus.
Nõ cõtẽdendũ cũ proximo.

13
De Galilæis & alijs in Syloe occiſis.
Parabola de ficu.
De muliere contracta duodecim annis.
Parabola de ſynapi.
Parabola de fermento.
De porta anguſta.
De inſulis Herodis.

14
De hydropico ſanato.
Parabola đ iuitato ad nuptias
Pauperes ad cænam vocandi.
Parabola đ inuitatis ad cænã.
De tollenda cruce.
De duobus qui non computauerunt ſumptus.

15
Parabola đ oue perdita & paſtore.
Parabola đ dragma inuenta.
Parabola de filio prodigo.

16

De villico diffamato.
De ſeruanda lege.
De diuite epulone.

17

De vitandis ſcandalis.
De condonādo fratri.
Parabola de ſeruo ab agro regreſſo.
De decem leproſis.
De regno Dei intra nos.
De iudicio exemplo Noe & Loth.

18

Parabola iudicis & viduę.
Parabola Phariſæi & Publicani.
De pueris oblatis.
De ſeruandis præceptis Dei.
Diues difficile ſaluatur.
Prædictio mortis.
De cæco ſanato in Hiericho.

19

De Zacheo.
Parabola de decē ſeruis & minis: & de nolētib⁹ regē.
De ingreſſu in Hieruſalem in aſina.
Fleuit ſuper ciuitatem.
Eiecit emētes & vendentes.

20

De quærentibus, qua poteſtate faceret.
Parabola vineę & filio occiſo.
De lapide reprobato.
De cenſu Cæſaris.
De eo q habuit plures vxores, & ſtatu reſurrectionis.
Cuius filius Meſsias.

21

De vidua offerente duo minuta.
De conſummatione Templi & Hieroſolymæ.
De fine ſęculi & iudicio.

22

Paciſcitur Iudas de vendendo Chriſto.
De eſu agni Paſchalis.
De Euchariſtiæ inſtitutione.
Contētio quis eorum maior.
Oratio in horto.
Captio Ieſu.
Trina negatio Petri.
Examinatur à Principe ſacerdotum.

23

Ducitur ad Pilatum.
Spernitur ab Herode.
Dimittitur Barrabas.
Damnatur Chriſtus ad Crucem.
Angariatur Simon.
Planctus filiarum Hieruſalem.
Crucifigitur, deridetur.
Sepultura.
Mulieres parant aromata.

24

De Reſurrectione & mulieribus.
Petrus vadit ad monumentum.
Apparet duobus diſcipulis.
Apparet vndecim.
Vltimo apparens promittit Spiritum ſanctum.
Aſcendit in cælum.





## Caput. 6. Vita ſancti Ioannis per authorem *ex vetuſtiſsimis patribus collecta.*

IOannes Apoſtolus & euangeliſta Zebedæi & Mariæ Salome ſororis Virginis fili⁹, frater Iacobi maioris natu minor, Nazareth natus, vt apud Oecumenium Metaphraſtes ait, tametſi Bethſaidæ Sixt⁹ affirmet: Hieroſolymis tamen nutritus fuiſſe creditur, ac in domo Caiphæ familiaris.

Primum adoleſcens, vt qui virginitatem perpetuo ſeruaturus erat, è nuptijs eſt auocatus. Sic enim Abdias eundem in oratione, quam paulo ante mortem iam iam diſceſſurus habuit, dixiſſe refert. Rurſus vocatus à Domino, dum piſcatoriam artem cum patre exerceret ad littus Galileæ, protinus cū fratre ſecutus eſt eum, cui deinceps perpetuo adhæſit maxime præ ceteris dilectus. Erat prorſus literarum ignarus: ſed Chriſti conſuetudo & doctrina, quam ſupra Domini pectus dormiens imbibit, è piſcatore rudi Theologum diuinum effecit. E tribus vnus fuit qui transfigurationi, & ſuſcitationi puellæ, ac orationi in horto interfuit. Is cum Dominum interrogare de proditore nemo auderet in cæna, pcontatus accepit. Totq; & tanta Chriſtus in eum ſigna amoris contulit, vt dilect⁹ Dñi tanq̄ proprio noīe compellaretur, recūbere ac dormire ſinit in ſinu eius. Suffixus cruci matrē ſuam illi cōmendat, ac viciſſim illū matri: ita vt hoc iure Virginis filius & Chriſti germanus nuncuparetur. Aſtitit paſsioni ſocius, & ad ſepulturā vſq; permanſit, matrem conſolatus & comitatus eſt: diſcipulorum primus ad monumentū cucurrit. Petro ſeniori & Apoſtolorum principi poſt reſurrectionem adhæſit, prædicationis & cōuerſionis Samaritanorum adiutor, vt Lucas inquit in actis.3. Patre mortuo, diuenditiſq; poſſeſsionibus, quas hæreditario iure obtinuerat, in Galilæa Cayphæ Pontifici domum eam emit in Sion in qua Dominus paſcha cum diſcipulis celebrauerat, inibi cum Virgine matre ad eius ſolatium & ſeruitium toto vitæ illius tempore perſeuerat. Hæc ex Nicephoro libro.2. hiſto.eccleſi.cap.3. Act.3.1. ibid.8.14

Tandem poſt Virginis obitum diſcedens, relicta Paleſtina ad enunciandam Chriſti fidem in Aſiam proficiſcitur, ingreſſuſq; Epheſum, vbi iam primum Paulus prædicauerat, teſti- Peregrinatio.

bus Irenæo libro.3.aduerſus hæreſes,& Euſebius lib.3. hiſtor. eccleſi.capit.17.22.23.mira in euangelij confirmationem operatur. Dianæ templum toto orbe celebratum, & ab Amazonis conſtructum, vt fertur, oratione ad Deum fuſa ſubuertit & ſolo equauit: plurimas eccleſias extruxit, innumeras gentes ab idolatriæ errore ad fidē reuocauit. Interea ad Domitianū Cæſarem res defertur: iubet vt Aſiæ proconſul in feruētis olei dolium Apoſtolum mergat: quod opere completum in Epheſo Abdias narrat, quanquàm id Romæ factum fuiſſe Tertullianus eſt author libro de preſcri. hære. & Metaphraſtes in vitam eiuſdem, eodem forte in Italiam reuocato. Cum autem è dolio exiſſet illæſus, rei nouitate exterritus iudex (quæ diuina erat prouidētia eius, qui dixerat: Sic eum volo manere donec veniam) à nece abſtinuit Apoſtoli, ad Pathmon inſulam relegare ſatis eſſe duxit, vbi diuinis fruens viſionibus librum eodē titulo inſcripſit, Apocalypſeos.

Tormentū olei feruentis.

Exilium. Ioan.21.22

DEINDE mortuo Domitiano omnia eius acta ab imperatore Nerua ſimul & à Senatu reciſa ſunt: vnde Ioannes ab exilio abſolutus redit Epheſum inſularibus proſequentibus ipſum magnis gemitibus & lamentis. Hi pietate obtinuerunt, vt euangelium illis relinqueret, quod Ioannes libenter, nec ingrato animo fecit. Reuiſit eccleſias, quas in Aſia fundauerat. Vbi adoleſcentem reperit, & ſpiritus acumine introſpexit magnum pænitentiæ exemplar futurum, & eccleſiæ miniſtrū. Eum catechizat & inſtruit: ac demum diſcedens ciuitatis illius Epiſcopo coram omnibus ſæpius commendat, quaſi in poſterum exacturus depoſitum. Illo tandem ſegnius agente in vitia prolabitur adoleſcens, & latronum princeps efficitur. Redit Apoſtolus, exigit depoſitum ab Epiſcopo, reperit eſſe deperditum: abit ad eum exquirendum, capitur à latronibus, ad principem eorum ducitur, quem vt à longe agnouit tanto pudore ſuffuſus eſt, vt fugeret: quem diuinus Apoſtolus currens inſequebatur & ſimilia clamans. Quid fugis miſer? cur iuuenis ſenem? cur armatus inermem? cur filius parentem?

Pietas.

*Siſte gradum, teq́ aſpectu ne ſubtrahe noſtro.*
*Quem fugis?*

Conſi-



CONSISTE PARVMPER & tui ipſius miſerere: adhuc tibi ſpes veniæ relinquitur, ego pro te rationem reddam, libenter pro te mortem excipiam: contine te fili, Chriſtus me miſit.

Reſtitit tandem animo fractus adoleſcens, ac vultu quidem præ pudore in terram demiſſo proiectis armis flebat amariſſimè ad genua Apoſtoli prouolutus: cui ille iureiurando promiſit ſe ei à Domino veniam impetraturum. Adduxit & magnis ieiunijs & orationibus miſericordiam eſt ei aſſecutus. Demum eccleſiæ Epiſcopus creatur digniſsimus. Hæc Clemens Alexandrinus in ſermone: Quis ſaluus fiat. Et Nicephorus libro.2.capit.42.& Euſebius libro.3. capit.17. Druſianum & Callimachum ad vitam reuocauit. Cratonem philoſophum mundi contemptorē, per fidem ad maius diuitiarum contemptum adduxit. Duos fratres iā olim diſcipulos à morte animæ gemmas confractas tanquam illæſas conſolidando, & petras in gemmas, & plantas in aureas virgas cōuertendo, liberauit. Crucis ſigno veneni vim extinxit & potauit: adeò eſt diuina virtus ſupra naturam: quod Capnion dixit libro.3. verbi mirifici. Vixit annos centum viginti iuxta Suidam, aut ſaltim prope cētum iuxta noſtrates, peruenit nanq; ad Traiani tempora. Cōfectus ſenio ad eccleſiam deportabatur in ſella, & hæc duntaxat verba repetebat: Filioli diligite alterutrum. Rogatus autē cur idem verbum toties eorum animis inculcaret, ait: Quoniā Domini præceptum eſt, & ſi recte fiat eſt ſatis. Hæc ex Hieronymo comment. in epiſt. ad Galat. cap. 6.

Miracula

Senectus.

Anno poſt paſsionē Domini ſexageſimo octauo vocauit eum Dn̄s dicens: Veni ad me, quia tēpus eſt vt epuleris in conuiuio meo cū fratribus tuis. Sic enim Melito Sardiēſis & Faber. Tūc ergo corā multis diſcipulis ſe deferri iubet, & prope Epheſum ſepulchrum fodi, habitaq; ad eoſdem magna concione vale faciens ſepulchrū ingreſſus eſt viuens, ac pallio & lapide coopertus eſt. Poſtero die cum à diſcipulis quibuſdam paulo ſtudioſioribus requireretur, nil eſt inuentum niſi pallium & lintea, quibus induebatur. Chriſoſtomus putat mortuū fuiſſe homil. 2. in Ioannem, & Tertullianus lib. de anima, capi. de mortis vi. & Hieronymus Matth.20. & lib. de ſcript. eccleſi. in vitam huius, & Euſebius libro. 3. hiſtor. eccleſi. cap.31. & Policrates Epheſinus in epiſtola ad Victorem Romanum Præſulem. Et

Diceſſus è mundo.

X 4 Beda

Beda in Ioannem cap.21. Quibus conſentit Nicephorus libro.2.hiſtor. Eccleſiaſt.cap.42.addens, poſt mortem reuixiſſe, ac ſimul cum corpore in cæleſte regnum ſublatum eſſe, non ſecꝰ ac de Virgine Deipara vniuerſa credit Eccleſia, vt qui matris loco Dei matrē habuiſſet, & Chriſti frater ſummè dilectus extitiſſet præ cæteris, hac gratia donaretur: quod plane vt à vero non abhorret, ita mihi multum arridet. Quanquam alij, inter quos ſunt diuus Thomas Aquinas, Euthimius commenta.in Ioannem, Theophilactus ibidem, Trapezuntius, qui de hac re iuſtum volumen compleuit, & Metaphraſtes in vitam eiuſdem, autumant, in terreſtrem paradiſum viuentem fuiſſe tranſlatum, & cum Helia & Henoch ad diem vſq; iudicij reſeruari, vt Antichriſtum redarguat, & ab eo martyrij palmā recipiat, quod inſinuari videtur Apocalypſis cap.11. quamuis illic duo tantū teſtes connumerantur, Helias videlicet, & Henoch. Quomodo autem intelligendum ſit illud: Sic eum volo manere donec veniam, ſuo loco dicturi ſumus. Iſidorus in libro de patribus noui Teſtamenti ait, quoſdam contendere Ioannem adhuc dormientem in ſepulchro iacere, quod terra illic ſenſim ab imo ſcaturiens ad ſepulchri planitiē aſcendat, & qua ſi flatu quieſcentis deorſum ad ſuperiora puluis ebulliat, qui vniuerſa morborum genera ſanet. At Hieronymus manna ſcaturiens illic repertum eſſe commemorat. Extat ad Ioannem Euangeliſtam Dioniſij Areopagitæ epiſtolium charitate flagrans. Apoc.13.

Euangeliū SCRIPSIT Græco ſermone Euangelium rogatus ab Epiſcopis, vltimus omnium in Aſia: indicto namq; prius multo ieiunio, & Eccleſiæ oratione montē conſcendit, & Prochorum diſcipulum ſequi ſe iubet. Ad cacumen aūt montis cū conſcenderent: ecce nubes, & inde tonitrua, fulgura, & coruſcationes. Prochorus cecidit exanimis, Ioannes intrepide accedit, ac tandem extremum tonitruū dilucide reſonat: In principio erat verbū: Ioānes ſcripſit, & Prochoro dictauit. Itaq; deſcendit è mōte non tabulas Moſaicas, ſed euangeliū ferens, quo hæreticorū dogmata refelluntur, præſertim Cherinti, cuius conſuetudinē vbiq; vitauit, & Ebionitarū aduerſus Chriſti diuinitatē tunc tēporis conſurgentium. Legerat quidē Ioannes aliorum euangelia, & probauerat: veruntamen narrationē vnius anni, antequā præcurſor conijceretur in carcerē, ſolus ipſe & fuſius



ſius quam reliqua texuit, multaq; omiſsit, quæ ab alijs erant prædicta. Quę res, vt Hieronymus annotauit, diſſonantiā tollit inter reliquos euangeliſtas, & ſuum ipſius euangeliū. Athaſius in Synopſi ait Ioannem iterum proprio ore dictaſſe euangelium Gaio apud Epheſum, ad quem poſtmodum epiſtolam miſit: de quo & Paulus meminit: Salutat vos, inquit, Gaius. Refert Nicephorus libro.10. hiſtor. capit.33. hoc Ioannis Euangelium in antro fuiſſe repertum Hieroſolymis tempore Iuliani imperatoris apoſtatæ, dum eiuſdem iuſſu rurſus templi fundamenta iaciebantur. Hoc idem volumen in Hebraicum ſermonem ab incerto autore tranſlatum in Gazophylatio Tyberiadis inuenit, & attulit Comes Tyberinus, anno trecenteſimo ſeptuageſimo à Chriſti ortu. Hiſtoriam de muliere adultera, quę habetur Ioan.8. ſcribit Euſebius lib.3. ex teſtimonio Papię inſertam fuiſſe ex euangelio ſecundum Hebræos, atq; ob id vetuſtiores Græcos tanquam apocrypham ex euangelij codice reieciſſe, quod Hieronymus annotauit li.2. aduerſus Pelagianos, & apertius Euthimius commenta. in eiuſdem Ioannis locum. At vbi eccleſia cum reliquis euangelij partibus eam recepit in canonem, nil immorandum. Et Diuus Ambroſius in epiſtola ad Studium ait, omnibus catholicis ſemper fuiſſe percelebrem & receptam.

TRES Epiſtolas ſcripſit Ioannes, quarum prima titulo, ad Parthos, prænotauit Auguſtinus libro.2. quæſtio. Euangelicarum, quæſtio.39. Et Higinius ſeptimus poſt Petrum Romanæ Eccleſiæ pontifex in epiſtola ad omnes Chriſti fideles. Alteram ad Gaium de recta fide ſeruanda. Tertiam de hoſpitalitate exercenda ad Electam, ſimul Apocalypſim, in quo de futuris fidelium tribulationibus, Hieroſolymæ excidio, & ſempiterna Iudæorum abiectione diſſeritur: refert Hieronymus libro de ſcripto. eccleſiaſ. in Ioannem, & in Papiam. Et Euſebius libro. 3. cap. 19. & Nicephorus libro.2.cap.46. quoſdam ex orthodoxis exiſtimaſſe alterius Ioannis preſbyteri eſſe, cuius & meminit Papias libro explanationum ſermonum Domini, cuius & ſepulchrum extat in Epheſo prope illud Ioannis Euangeliſtæ. At illos aberraſſe conſtat, quoniam eccleſia tanquam Ioannis apoſtoli vtranq; ſimul, & Apocalypſim recepit in canonem. Quæ omnia Hieronymus enumerat in epiſtola ad Paulinum, & in epiſtola ad Epiſtolæ.3

Euagrium

Euagrium, idq; multa concilia, ac denum Tridentinum confirmarunt. Quod de Apocalypſi teſtati fuerant Dionyſius Areopagita, & alter Corinthiorum Epiſcopus, Papias, Irenęꝰ Baſilius, Epiphanius, Gregorius Theologus, Arethas, & Euſebius. Errauit ergo Dionyſius Alexandrinus, vir pius, & omni diſciplinarum genere præſtans, vt refert Nicephorus libro 6. cap. 22. qui Apocalypſim Euangeliſtæ opus eſſe negat. Errauerunt etiam Alogiani hæretici aſſerentes à Cherintho hereſiarcha compoſitam, propter illud de regno Chriſti futuro in Hieruſalem poſt reſurrectionem: inde namq; aſtruebant homines iterum in carne voluptuoſe victuros. Gaius quoq; Origenis auditor aberrat in dialogis diſputationum ſuarum, vbi eidem Cherintho opꝰ aſcribit, ob mille annos illos, quos enumerat. Quem locum non recte intelligẽtes Irenæus, Tertullianus & Victorinus errandi anſam ſumpſerunt: immo & Iuſtinꝰ martyr, & Lactantius eorum errore ducuntur.

Apocalyp.

Hæc libuit afferre ne in his authoribus hallucineris. Actus Ioannis apocryphi ſunt, in quibus narrantur ſtupenda prodigia ab apoſtolis facta, ita vt pecudes & canes loquerentur, & alia: de quo Philaſtrius in catalogo hæres. cap. 54.

apocrypha illi falſo aſcripta.

Item & volumen de trãſitu virginis, quod Ioannis eſſe refert Iacobus Genuenſis, apocryphum eſt, repulſum plane multo ante ab Auguſtino in ſermone. 35. de ſanctis, vbi nil Ioannem de Virginis aſſumptione ſcripſiſſe commemorat.

## Elenchus capitum Euangelij ſecundum *Ioannem*.

IOANNIS. 1.

Aeterna generatio verbi, & incarnatio.
Teſtimoniũ Ioannis de Chriſto ad legatos.
Altera die mõſtrat agnũ Dei
Altera Andreas & alius & Petrus ſecuntur Chriſtum.
Altera vocatur Philippus & Nathanael.

2

Nuptiæ in Cana.
De paſchate in quo eiecit vendentem de templo.

3

De Nicodemo.
Ioãnes & Chriſtus baptizãt.
Quæſtio de purificatione.
Teſtimonium Ioannis de Chriſto.



4

De Samaritana.
De filio Reguli.

5

De probatica piſcina,
Sanatur ęgrotans triginta octo annis.
Iudęi querũt interficere Chriſtum.

6

De quinq; panibus & duobꝰ piſcibus prope paſcha.
Fugit Chriſtus ne fieret rex
Apparet diſcipulis nocte in mari, turbę nauiculis ſecuntur eum.
Sermo de vero mana pane cęleſti.
Multi ex diſcipulis deſciſcũt.
Petrus verbo vitę adhæret.

7

Ieſus clam aſcendit ad feſtum ſcenopegiæ
Mirantur ſuper doctrina, quã non didicerat.
Sacerdotes mittunt comprehendere.
Diſſenſio turbæ.
Diſceptatio cum miniſtris & Nicodemo.

8

De muliere adultera.
Sermo de ſua diuinitate.
Appellatur Samaritanus.
Tentãt lapidare eum.

9

De cęco à natiuitate.
Diſceptatio Iudęorũ cũ cęco.

10

Occurrit Ieſus cæco.
Sermo de ouibus paſtore & mercenario.
De feſto enceniorum.
Volũt iterum lapidare.
Abijt trans Iordanem.

11

De Lazaro ſuſcitato.
Confeſsio Marthæ.
Concilium contra Chriſtum.
Secedit in Ephrem.
Proximo paſchate multi veniunt Hieroſolymam.

12

Cęnat cũ Martha & Lazaro.
Maria vngit pedes illius.
Ingreditur Hieruſalem in aſello.
Gẽtiles adducũtur à Philippo
Vox de cęlo ſonuit.
Sermo de fide.

13

Lauat pedes diſcipulorum.
Sermo de humilitate.
Prædictio proditoris.
Exit Iudas.
Mandatũ dilectionis inuicẽ.

14

Sermo de diuinitate cũ patre & Spiritu ſancto, in cęnaculo

15

Sermo de adhæſione ad Deũ exemplo vitis & palmitum.
De mutua charitate.
De perſecutionibus propter Chriſtum.
Conſolatio Spiritus ſancti.

16

De prædictione mortis & perſecutionum.

Promiſsio

Promiſsio Spiritus ſancti.
Petendum in nomine Chriſti.
17
Oratio Chriſti ad patrē ꝓ ſuis
18
Captio Chriſti.
De auricula Malchi.
Adductio ad Annā: inde ad Caypham.
Examinatio Chriſti.
Trina negatio Petri.
Adducitur ad prætorium.
Examinatur à Pilato.
Dimittitur Barrabas.
19
Flagellatur: coronatur ſpinis.
Damnatur ad crucem.
De crucifixiōe & titulo crucis
De partitione veſtimentorū.
Franguntur crura latronum.
Sepelitur Chriſtus.
20
De reſurrectione & primo aduentu Magdalenę ad ſepulchrum.
Veniunt Petrus & alius diſcipulus.
Apparet vt hortulanus Magdalenæ.
Nocte apparet decē diſcipulis
Poſt dies octo eiſdem & Thomæ.
21
Septem piſcantibus apparet in mari.
De trina interrogatione Petri.
De prædictione Ioannis.

## Cap. 7. Epitome hiſtoriæ euangelicæ, peregri *nationis, doctrinæ, & vitæ Chriſti cum ratione temporis.*

QVoniam in præcedenti libro rationem tēporis, ab orbe condito ad Tēpli deſolationem à Romanis factam, ſigillatim per hominū ætates, & ſingulorū annorum decurius deduximus: ad operis metam accedentes, ſupereſt vt hoc vltimo capite, quod ſummā hiſtoriæ euāgelicæ complectitur, peculiarem ætatis Chriſti, annorum, menſium, & dierum, prædicationis eius menſuram, cum doctrinę, peregrinationis, & miraculorum compendio, per librorum & capitum argumenta referamus. Tria nanq; præcipua illa, quæ de hiſtoria euangelica ſumma doceri poſſunt, videlicet, ratio exactiſsima tēporis, diſcurſus peregrinationis Chriſti, doctrinæ & prædicationis epitome, hoc eodem capite ſimul à nobis comprehēduntur: qua vna in re plurimum laborauimus. Eſt enim totius operis ſcopus, in quem cætera omnia diriguntur.

Liber



# LIBER PRIMVS.

## De conceptione præcurſoris, & infantia Chriſti, vſq; *ad annum duodecimum ætatis eius: nam cæteri vſq; ad trigeſimum ſilentio conteguntur.*

1 IN PRAEFATIONE ſuſcepti laboris in ſcribendo Euangelium ratio redditur. Lucæ. 1.

Compendio Ioannes proponit, quæ fuſius in poſterum explicantur. de æterna verbi generatione, de creatione rerum, de vita, & vera luce, de præcurſore, & teſtimonio eius, de aduentu filij Dei, de negatione quorundam, & præmio recipiētium eum, de incarnatione verbi. Marci. 1. Ioannis. 1. *æternitas Creatio rerum & initiū temporis.*

2 Temporalis generatio à conceptione præcurſoris incipit, enarrantur parentes illius, angelus prædicit conceptionem eius Zacharias hæſitat, redditur mutus, concipit Eliſabet. Lucæ. 1. *Anno mundi. 3961. Septēbris. 24.*

3 In ſexto menſe à conceptione Ioannis Gabriel mittitur ad Mariam, ſalutat eam, illa turbatur, ille conſolatur eam, & annūtiat illi Chriſti incarnationem, quęrit illa medium, exponit angelus, ipſa præſtat conſenſum, verbum incarnatur. Lucæ. 1. *Martii. 25.*

4 Viſitatur Eliſabeth, exultat fœtus, benedicitur Maria, laudat ipſa dominum, & cum Eliſabetha manet, vt creditur vſq; ad Ioannis natiuitatem. Lucæ. 1. *Aprilis-Maius.*

5 Nono menſe naſcitur præcurſor, circunciditur, imponitur illi nomen Ioannis, mirantur vicini, loquitur, prophetat, & canit Zacharias, puer creſcit in deſerto. Lucæ. 1. *Iunij 24*

6 Texitur temporalis genealogia Chriſti ab Abrahamo vſq; ad Ioſephum per tres teſſaradecadas, vt conſtet Ieſum eſſe Meſſiam promiſſum de tribu Iuda, & genere Dauidis. Matthæi. 1.

7 Ioſeph intelligit Mariam eſſe grauidam, vult dimittere eam admonetur ab angelo eam concepiſſe de Spirituſancto, prænuntiatur nomen eius, ſeruatur Marię integritas Matth. 1. *Septēber-*

8 Cenſetur orbis ab Auguſto, Ioſeph & Maria proficiſcūtur Bethlehem, naſcitur Chriſtus, annuntiatur paſtoribus, canunt angeli, circunciditur puer, cui nomen Ieſus imponitur. Luc. 2. *Anno mundi. 3962. Anno Chriſti. 1. Decēbris. 25. Ianuarii. 1*

9 Magi ſtella duce veniūnt Hieroſolimam, turbatur Herodes docetur vbi Chriſtus erat naſciturus, abeunt Bethlehem, adorant *Ianuarii. 6*

Februa ri.2.

rant die decima tertia, offerunt munera, admonentur in ſom-
nis, reuertuntur in ſuam regionem. Matth.2.

Purificatur Maria die trigeſimo tertio à circũciſione ex Le
uitico.24 offertur Chriſt⁹ Hieroſolymis in tẽplo Solomõis, ſuſ 10
cipitur à Simeone, canit, prophetizat ſimul cũ Anna Phanue
lis. Matth.2 Luc.2.

Anno chriſti.3 Ianua-rij.4.

Angelus monet Ioſephum, fugit cum puero & matre in Ae 11
giptũ, Herodes pueros Bethlehemiticos bimulos occidit. Mor
tuo Herode Ioſeph iterum admonitus redijt in terram Iſrael,
habitat in Nazareth. Matth.2. Lucæ.2.

Anno chriſti 7

Anno chriſti. 12

Anno duodecimo aſcendunt Hieroſolymã Ioſeph, puer &
mater, amittitur puer, reperitur in templo inter doctores, ſub- 12
ditur parentibus vſq; ad annum trigeſimum illius. Lucæ.2.

Anno chriſti. 30.

# LIBER SECVNDVS.

## De initio prædicationis Ioãnis & Chriſti, & de *geſtis vtriuſq; per annum & pluſquam dimidium, ſcilicet, à dimidiato trigeſimo vſq; trigeſimum primum expletum, & dies amplius ætatis Chriſti.*

Anno xpi. 30. menſe Iulio. Expletur ãnus trigeſimus.

IOANNES incipit prædicare anno trigeſimo 1
Chriſti prope mediũ, baptizat in Iordane, prędicat pę
nitẽtiã, declaratur ei⁹ veſtit⁹ & cib⁹, accurrũt oẽs ad cũ
reprehendit Phariſeos & Saducæos, docet turbas, publicanos
& milites quid eſſent facturi, prædicat vſq; ad finem trigeſi-
mi Chriſti. Matthæi.3. Marci.1. Lucæ.3.

anno.31 Ianua-rij.6.

Baptizatur à Ioanne Chriſtus decima tertia die anni trigeſi 2
mi primi ætatis eius, ſcilicet, ſexta Ianuarij: deſcendit Spiritus
ſanctus in ſpecie columbæ, auditur vox patris, reducitur ge-
nealogia Chriſti naturalis à parente Mariæ vſq; ad Adam, &
Deum Optimum Maximum. Matth.3. Mar.1. Lucæ.3.

Ianua-rij.10. Februa rij.20. Expletur ãnus.31.

Poſt baptiſmum ſtatim petit deſertum, ieiunat quadragin-
ta diebus & totidem noctibus, tentatur à diabolo, vincit eum 3
tribus tentationibus, accedunt angeli & miniſtrant ei Matth.
4. Marci.1. Lucæ.4.

In Bethania Ioannes toto anno trigeſimo primo Chriſti 4
prædicat Chriſtum eſſe Dei filium, mittitur ad eum legatio
prima



Anno. 32. Ianua-rij.1.

prima die Ianuarij anni trigeſimi ſecundi: cõfitetur ſe non eſſe
Meſsiam, neq; Heliam, neq; prophetam, ſed vocem clamantẽ
in deſerto. Ioan.1.

Ianua-rij.2.

5 Altero die poſt legationem Iudæorum, venit Chriſtus ad
Ioannem, demonſtratur agnus Dei prior, Ioanne, ait fuiſſe ig
notum ſibi donec Spiritus ſanctus dedit illi columbæ ſignum,
ex quo intellexit eſſe filium Dei, & baptizaturum in Spiritu
ſancto. Ioan.1.

Ianua-rij.3.

6 Poſterea die iterũ demõſtratur agnus Dei: credit Andreas
& alius diſcipulus, ſecuntur Chriſtum, manent cum eo die illo.
Andreas adducit Simonem fratrem, Chriſtus prænuntiat illi
permutationem nominis in Cepham, ideſt, Petrum. Ioan.1.

Ianua-rij.4.

7 Altera die à vocatione Petri abiturus Chriſtus in Galilęam
vocat Philippum, hic adducit Nathanaelem, qui confitetur
Chriſtum filium Dei, & regem Iſraelis, cui contra Chriſtus
promittit cælorum apertionem, & angelorum viſionem Ioã
nis.1.

Ianua-rij.6.

8 Die tertia poſt aduetum Nathanaelis fiunt nuptię in Cana,
adeſt Chriſtus, mater, diſcipuli: deficit vinum, rogatur à matre,
iubet hydrias impleri, fit vinum ex aqua, bibunt, miratur Ar-
chytriclinus, credunt diſcipuli. Ioannis.2.

# LIBER TERTIVS.

## De ſecundo anno geſtorum, & prędicationis *Chriſti: & eſt trigeſimus ſecundus ætatis illius, cum mẽſibus pluſquam duobus de trigeſimo tertio lapſis.*

Martij. 10. Martij. 24.

1 ECANA petit Capharnaum: inde poſt paucos dies
Hieroſolymam ad paſcha celebrandum, eijcit flagello
ementes & vendentes de templo, rogatur quod ſignũ
oſtendat, cur hæc faciat? ipſe tanquam ſignorum maximũ prę-
dicit diſſolutionem templi corporis ſui, & poſt triduum rędi
ficationẽ, ideſt, poſt mortem reſurrectionem ſuã. Deinde prę-
dicat & plura ſigna facit, credunt multi. Ioannis.2.

Martij. 25.

2 Nicodemus venit ad Ieſum nocte, vt doceatur de fide, præ-
dicat illi Chriſtus baptiſmum ex aqua & Spiritu ſancto, di-
uinitatem

uinitatem ſuam & mortem, dilectionem Dei erga homines in
mittendo filio, non ad condemnationem, ſed ad redemptio-
nem. Docet mundi condemnationem fore ex eo quod non ac
ceperit lucem, id eſt, Chriſtum Ioan. 3.

Aprilis 2. Ad Hieruſalem Chriſtus proficiſcitur in partem Iudææ pro-
pe Ennon & Salin vbi Ioannes baptizabat: oritur quæſtio in- 3
ter diſcipulos Ioannis, renuntiatur Ioãni quod illic Chriſtus
baptizaret, docet ſe non eſſe Chriſtum, ſed præcurſorem, ſpõ
ſi amicum, Chriſtum eſſe ſponſum de cælo miſſum, vt per ip-
ſum ſaluentur homines, alioqui perituri. Ioannis. 3.

Aprilis 10. Herodes reprehenſus à Ioanne de inceſtu recludit ipſum in
carcerem, vt gratum faceret Herodiadi inceſtuoſæ, quæ inſidi 4
abatur illi: vterq; cupiebat interficere eum, ſed Herodes me-
tuebat Ioannem, quia erat iuſtus, & populum, quia tanquam
prophetam habebant illum. Matth. 14. Mar. 6. Lucæ. 3.

Aprilis 15. A Iudæa per Samariam ſecedit iterum Chriſtus in Galilæã,
in puteo Iacob iuxta ciuitatem Sichar innoteſcit Samaritidæ
ſe eſſe Meſsiam: ipſa annuntiat ſuis, afferunt diſcipuli cibos, ip 5
ſe docet eos quam ſit meſſis multa & matura: Samaritani cre-
dunt, Chriſtus biduo manet cum eis in Sichimis. Matthæi. 4.
Marci. 1. Lucæ. 4. Ioan. 4.

Aprilis 17. E Sichimis poſt duos dies reuertitur in Canam: Regulꝰ qui
dem Capharnaites illuc accedit, rogat vt ſecum pergeret ad ſa 6
nandum filium ſuum ægrotantem: ipſe vero ſolo verbo eum
ſanat abſentem, agnoſcit pater eodem temporis momẽto fuiſ-
ſe ſanum, credit cum familia ſua Ioan. 4.

Aprilis 19. Transfert domicilium in Capharnaum: prædicat in Galileęa
regnum cælorum, euangelium & pænitentiam: impletur pro- 7
phetia Eſaiæ: & fama eius vbiq; ſpargitur. Matth. 4. Marci. 1.
Lucæ. 4.

Aprilis 20. Egreditur ad mare Geneſareth, vidit quatuor diſcipulos piſ
cantes in duabus nauibus, tota nocte nil ceperant, deſcendũt
ad lauandum retia; ipſe aſcẽdit in nauim Petri, inde docet tur 8
bas, iubet iterum piſcari, implentur ambæ nauiculę piſcibꝰ, ſtu-
pefit Petrus cum reliquis, vocat eos ſecundo ad perpetuam ad-
hæſionem ſecum, vt ſint piſcatores hominum, relictis retibꝰ ſe-
cuntur eum. Matth. 4. Lucæ. 5.

20. Ingreditur Capharnaum, docet in Synagoga quaſi poteſta-
tem habens, ſanat ibi dęmoniacum, mirantur omnes, procedit 9

fama



ſama per omnem regionem Galileæ. Mar. 1. Luc. 4.

10 E Synagoga abit domum Petri, ſanat ſocrum eius: veſpere Aprilis
ad ianuam congregata ciuitate ſanat omnes ęgrotos, impletur 22.
vaticinium Eſaiæ: diluculo abit in deſertum, diſcipuli & turbę
requirunt eum, cupiunt detinere, at ipſe abit ad pędicandum
in totam Galilæam. Matth. 8. Mar. 1. Luc. 4.

11 Circuit totam Galilæam, prædicat, ſanat, abit opinio eius in Aprilis
Syriam, afferunt vndiq; ęgrotos, ſecuntur vndequaq; turbę, iu reſiduũ.
bet ire trans fretum, repellitur Scriba volens ſequi ipſum: vo-
cantur alij duo, nec permittuntur ſuorum gerere curam. Mat-
thæi. 4. 8. Luc. 9.

12 Aſcendit nauim cum diſcipulis, docet inde turbas, quibus Maij. 2.
dimiſsis, iubet tranſfretare: nauigat cum alijs nauibus, dormit,
ingruit tempeſtas, timent diſcipuli, excitant illum, carpit eos,
& ſedat mare, mirantur & timent omnes. Matthæi. 8. Marci
4. Lucæ. 8.

13 Appulit ad Geraſenos, occurrũt duo dęmoniaci, vnꝰ ſęuior Maij. 3.
in quo erat legio dęmoniorũ, ſanantur ambo, mittũtur dęmo-
mones in porcos, qui ruũt pręcipites in mare. Paſtores fugiũt,
nuntiant in ciuitate & regione illa, egrediuntur ciues, rogant
Chriſtum vt diſcedat, reuertitur ad nauim. Sęuior ſanatus vult
eum ſequi, remittitur ad prædicandum ſuis, Chriſtus nauigans
regreditur in Galilæam. Matth. 8. Mar. 5. Lucæ. 8.

14 Redit in Galilęam, excipitur à turbis, venit Capharnaũ, do Maij. 4.
cet domi, adſunt phariſęi & legis doctores, ſubmittitur ꝑ tectũ 5
paralyticus, remittit illi peccata, ipſum calũniantur de blaſphe
mia, ſanat illũ, qui defert grabatũ, omnes magnificant Deum.
Matth. 9. Marci. 5. & 2. Luc. 8. & 5.

15 Egreſſus ad mare vocat Matthæũ, conuiuatur in domo illiꝰ Maij. 8.
cum publicanis & peccatoribus: murmurãt Phariſæi, Chriſtus 9
reſpondet præferẽdam eſſe miſericordiã, ac ſe veniſſe ad vocã
dum peccatores ad pænitentiam. Rurſus diſcipuli Ioannis cũ
Phariſæis obijciũt illi quòd non ieiunaret ipſe, & diſcipuli eiꝰ,
quibus ſatiſfacit, docens quibuſdam metaphoris ſęueriora præ
cepta, & aſperiora vitæ exercitia non fuiſſe ingerenda in ini-
tio vocationis Apoſtolorum, & in ſua ipſius præſentia, donec
ipſe cælum conſcenderet. Matth. 9. Mar. 2. Luc. 5.

16 Diſputãte Dño acceſsit Iairus, rogat vt liberet filiam à mor Eodem
te. Dum abijt Aemorrhoyſa ſanatur à fluxu ſanguinis. In via die.

occurrunt ſerui nuntiantes puellam obijſſe. Ingreditur domũ Archiſynagogi, eijcit flentes, ſuſcitat puellam præſentibus parentibus, & tribus diſcipulis. Matth. 9. Mar. 5. Luc. 8.

Veſpere. 17 E domo Archiſynagogi reuertitur domũ propriam: ſecuntur eũ duo cæci clamantes: domi interrogantur de fide, & ſanãtur à cæcitate. Illis egreſsis affertur dæmoniacus mutus, eijcitur dęmon, loquitur mutus, turbæ mirantur, Phariſæi calumniantur. Matthæi. 9.

maij. 10 14. 18 E Capharnaum petit Hieruſalem ad feſtum Pentecoſtes: ſabbatho ſanat hominem in piſcina, iubet auferre grabatum, calũniantur Phariſæi quia curaret ſabbatho, & patrẽ ſuum diceret eſſe Deũ. Reſpondet Chriſtus ſe ex voluntate patris omnia operari, ſuſcitare, viuificare, & omnes iudicaturũ fore, omnia eſſe ſibi à patre donata: claritatem & teſtimonium Dei habere pro ſe, & non Ioannis tantum, ſed & ſcripturarum, in nomine patris ſui veniſſe, & ipſos non accepiſſe eũ, propter quod accuſandos fore ab ipſo Moyſe, qui de eo ſcripſerat. Ioan. 5.

Maij. 21 19 E Hieroſolymis profectus contigit vt ſabbatho octauo die poſt Pẽtecoſtẽ ambularet ꝑ ſata, & diſcipuli vellerent ſpicas vt manducarent, murmurãt Phariſæi, Chriſtus defendit eos exẽplo Dauidis & ſacerdotum. Matth. 12. Mar. 2. Luc. 6.

maij. 28 20 Tranſiens inde Ieſus intrat in quandã Synagogã, ſanat manũ aridam, inſidiãtur Phariſæi cum Herodianis, ſecedit ad mare, ſequitur eũ vndiq; turba, aſcendit nauim, ſanat, eijcit dęmones, præcipit ne manifeſtent illum, quæ ſua erat manſuetudo iuxta Eſaiæ vaticinium. Matth. 12. Mar. 3. Luc. 6.

maij. 30 31. 21 E mari procurrit in Galileæ cãpum, conſcendit in montem Thabor, pernoctat in oratione: mane eligit duodecim Apoſtolos, deſcendit cũ eis ad campeſtria, forte ad montis colliculum, vnde conſpicuus turbis prædicaret: accurrunt vndiq; gẽtes. Matth. 10. Mar. 3. Luc. 6.

Eodem die. 22 Prædicat celeberrimũ ſermonẽ, cuiꝰ prima pars eſt de vera beatitudine, docet aditũ patere ad eã vijs octo, & ſingulis pręmia ſubiungit: de perfectione euangelica, de eleemoſyna, oratione, ieiunio: de contemptu ſæculi, de inquirendo Deũ, & vitandis pſeudoprophetis. Matth. 5. 6. 7. Luc. 6.

Eodem die. 23 Secunda pars concionis eſt, de perfectione Apoſtolica: cõferuntur Apoſtoli ad ſal terræ, ad lucem mundi, ad ciuitatẽ ſupra montem, ad lucernam ſuper candelabrum. Docemur conſ

picuè



picue operari, legem adimplere, nec minimum mandatum pręterire. Matth. 5.

24 Tertia, de perfectione Chriſtiana abundantiore quàm Phariſæorũ: interpretatur pręcepta legis, primo de non occidẽdo, immo nec iraſcendo: de reconciliatione cũ fratre & cõſenſu cũ aduerſario: ſecũdo de nõ męchando, nec corde, nec oculo, nec manu, de libello repudij: tertio, de non iurando omnino: quartò, de lege talionis, de non vindicando ſe, de habenda pace cũ omnibus: quintò, de dilectione inimici, de benefaciendo & ſalutando illum. Matth. 5. Luc. 6. Eodem die.

25 Quarta pars de eleemoſyna, oratione, ieiunio & paupertate. Docet eleemoſynam faciendam eſſe propter Deũ, nõ ad captandam gloriam hominum, ſubinde vt plurimum, vbi inanis gloriæ periculum ſubrepit, ſecreto dandam. In oratione, fugiẽdam hypocriſin, priuatam proinde nonnunquàm fore, ſecretã & breuem, apponit orandi modum. Ieiunium gratum Deo, ſi fiat ſine fuco & hypocriſi. Matth. 6. Eodem die.

26 Quinta, de contẽptu diuitiarũ, & abijcienda terrenorũ ſollicitudine. Docet theſaurizandũ in cælo, intentionem cordis rectã, ſeruiendũ Deo non mãmonæ: ſollicitudinẽ ſæculi nõ modo circa ſuperflua, ſed alias neceſſaria, non tantũ circa præſentia, ſed futura, deponẽdã: & quęrẽdũ primũ regnũ Dei. Math. 6. Eodem die.

27 Sexta, de non temere iudicando. Docet eodẽ iudicio nos iudicandos fore, quo iudicamus alios: cæcũ non ducere cæcũ: nec diſcipulũ eſſe ſupra magiſtrũ: defectus proprios corrigendos, alienos interim diſsimulando: nõ proijciendũ euãgeliũ deriſoribus: inquirendũ Deũ, petendũ, pulſandũ, ſeruandam legem naturæ, intrandũ per anguſtam portam. Matth. 7. Eodem die.

28 Septima, de vitãdis pſeudoprophetis, de arbore mala & bona: de dignoſcendis hominibus ab operibus: de ijs, qui dicent, Dñe, Domine: & peribunt, quia non fecerunt voluntatẽ Dei. Epilogus & peroratio eſt de inhęrẽdo huic doctrinę, exẽplo viri prudentis & imprudentis. Sequitur acclamatio turbæ. Matthæi. 7. Lucæ. 6. Eodem die.

29 Poſt ſermonẽ deſcendit de monte, ſecuntur eũ turbæ, occurrit leproſus, adorat, orat, mundatur: pręcipit illi offerre munus pro emundatione, & tacere, ille euulgauit: præ multitudine turbarum ſequentium non intrabat in ciuitates, ſed erat in deſertis & orabat. Matth. 8. Mar. 1. Luc. 5. Eodem die.

Iunio. Intrat Capharnaum, Cẽturio mittit ſeniores vt rogẽt ꝓ ſer
uo ſuo paralytico: rogant quia ędificauit illis Synagogam: ibat 30
Chriſtus, Centurio mittit amicos, qui dicerẽt ſe nõ eſſe dignũ
vt domũ ſuam ingrederetur: laudatur eius fides, prædicitur ſa-
lus gentium, & reprobatio Iudæorum, ſanatur ſeruus. Matth.
8. Lucæ. 7.

Iunio ad finẽ. Venit in ciuitatem Naim: ad ingreſſum efferebatur mortu- 31
us filius viduæ, miſertus mulieris ſuſcitat filium: magnificatur
Deus à turbis, diuulgatur fama illius. Lucæ. 7.

Iunio ad initium. Diſcipuli Ioannis nuntiãt illi opera Chriſti: ille mittit duos
ex illis cũ legatione ad eum, confitens illum eſſe Meſsiam ven 32
turum. In conſpectu eorum Chriſtus facit miracula, remittit
eos ad Ioannẽ, laudat illũ, carpit Iudæos qui nec illum, nec ſe
receperint. Matth. 11. Luc. 7.

Iulio. Exprobrat Corozain, Bethſaidæ, & Capharnaum incredu
litatem, & minatur illis. Agit gratias Deo patri quia abſconde 33
rit ſua myſteria à mundi ſapientibus, & reuelauerit humilibus:
ait ſe omnia accepiſſe à patre: vocat omnes ad ſe, lex illius ſua-
uis. Matth. 11.

Iulij. 22. Hieroſolymis ſeu Magdalo rogatur à Simone phariſæo vt
manducaret cũ illo: dũ recumbit, accedit retro Magdalena pec 34
catrix, lachrymis lauat, capillis tergit, oſculatur & vngit pedes
Chriſti, murmurat Phariſæus contra mulierem, defenditur à
Chriſto, remittuntur illi peccata. Luc. 7.

Iulij ad finem. Reuertitur domũ in Capharnaum, eijcit dæmonium à cęco
& muto, admirantur turbæ, calumniantur Phariſæi quòd in 35
Beelzebub eijceret dæmonia, conuincit eos de peccato in Spi
ritũ ſanctũ: cõcionatur de arbore bona & mala, de locutiõe ex
abundantia cordis, de verbis otioſis. Matth. 12. Mar. 3. Luc. 11.

Eodem die. Phariſæi ſignũ de cęlo petebant ab eo, quib⁹ ait, nullũ aliud
dandũ eſſe illis præterquã Ionæ: prædicit eorum infidelitatem 36
condemnandã à Niniuitis & à regina Sabbâ. Concionatur de
lucerna & candelabro, de oculo corporis & intentionis, de lu-
ce & tenebris, de recidiuo in peccatum, de dæmone reuerten-
te in hominem. Matth. 12. Mar. 3. Luc. 11.

Eodem die. Mulier de turba exclamat, & benedicit Chriſtũ: ipſe verò
beatos fore ait, qui verbũ Dei audiunt & cuſtodiunt. Quęritur 37
à matre & fratribus, & non poterant intrare præ turba: ait, ma
trem, fratres eſſe, atq; ſorores qui faciunt volũtatẽ Dei. Matth.





12. Mar. 3. Luc. 11. & 8.

38 E domo exijt ad mare, concionatur è nauicula pluribus pa- Septembris.
rabolis: prima de ſeminante, cuius ſeminis pars cecidet ſec⁹ viã,
pars ſuper petroſa, pars inter ſpinas, pars in terram bonam: hãc
poſt concionem expoſuit, & rationem dedit cur in parabolis
loqueretur, pergit concionari de lucerna, & candelabro, de oc
cultis á Deo manifeſtandis, de remetiendo eadẽ menſura. Mat
thæi. 13. Mar. 4. Lucæ. 8.

Proſequitur concionem ſecunda parabola de eo, qui ſemi-
39 nauit bonum ſemen, & ipſo dormiente inimicus eius ſuper ſe Eodem die.
minauit zizania. Tertia parabola de meſſe creſcente, & terra
vltro fructificante. Matth. 13. Mar. 4.

Pergit cõcionari quarta parabola de grano ſynapis. Quin- Eodem die.
40 ta parabola de fermento in ſatis tribus. Sexta de theſauro abſ-
condito in agro. Septima de margarita à negociatore inuenta.
Octaua de ſagena in mare miſſa cum explicatione de die iudi-
cij. Finit concionem. Matth. 13. Mar. 4.

41 Finito ſermone redditur ratio cur in parabolis loquebatur Eodem die.
ſcilicet, quia ſic fuerat vaticinatum. Reuertitur domum, ediſſe
rit diſcipulis parabolam zizaniorũ de mundo, de bonis & ma
lis, de dæmone, de angelis, de iudicio, de igne perpetuo, de bea
tis. Matth. 13. Mar. 4.

Abijt in Nazareth, docet in Synagoga, interpretatur vatici Octobri.
42 nium Eſaiæ, carpit incredulitatem eorum, illi mirabantur ſa-
pientiam, ſcandalizabantur in genealogia illius: concionatur
de medico vt curet ſeipſum, de ꝓpheta ſine honore in patria:
de Helia & vidua Sareptana: de Heliſæo & Naaman Syro le-
proſo: iraſcuntur, ducunt ad ſupercilium montis vt precipi-
tent: ille per medium eorum dilabitur, non facit ſigna propter
incredulitatem eorum. Luc. 4.

43 Diſcurrit ad prædicandum per oẽs ciuitates & caſtella in vſq; ad finẽ anni. 32.
circuitu, prædicat euangelium: ſanat omnes infirmitates, ſecun
tur eum diſcipuli & mulieres, inter quas Magdalena Ioanna
vxor Chuſæ procuratoris Herodis, & Suſanna miniſtrant de
ſuis facultatibus. Eligit Apoſtolos vt mittat ad prædicandum,
dat illis poteſtatem faciendi miracula. Matth. 9. & 10. Marci. 6.
Lucæ. 8. 9.

44 Cõcionatur apoſtolis, quos mittit ad prædicãdũ: docet pau ãno. 33. Ianuario.
pertatem Apoſtolicam, docẽdos primũ Iſraelitas, gratis faciẽ-

anno.33 Ianuario. da miracula, manēdum in eadem domo: ſalutandū cū pace: ex
cutiendum puluerem in non recipientes: grauius puniendos
quam Sodomitas & Gomorrheos. Matth.10. Mar.6. Luc.9.

Eodem die. Pergit cōcionari de pſecutionibus, de manſuetudine, de pru
dentia, de ſimplicitate, predicit traditiones eorum & flagella, 45
aſsiſtentiam Spiritus ſancti, perſecutiones, mortes & odia. Do
cet patientiā & perſeuerantiam, & promittit ſe cito affuturū.
Conſolatur ſe ducem eorum ſimilia paſſum. Timendum eſſe
Deum, qui poteſt corpus & animam perdere. Matth.10.

Eodem die. Proſequitur ſermonē, proponit præmia corū qui cōfitebū- 46
tur Chriſtum, & punitionē eorum qui negaturi ſunt eum. Do
cet ſe veniſſe ad ſeparandos fideles ab infidelibus: parentes á fi
lijs: non eſſe dignum ſe qui non reliquit omnia & ſe ipſum, &
ſumit crucē & ſequitur eum: amiſſurum vitam qui amat eam
pluſquam Deum: non amiſſurum mercedem qui in nomine
Februario. Chriſti bonum opus fecerit. Finito ſermone egrediūtur Apo-
ſtoli & prædicant vbiq; pænitentiam ſanantes & oleo vngen
tes infirmos. Matth.10.

Martio ad initio. Interim incidit dies natalitius Herodis, fecit cōuiuiū princi
pibus, ſaltat Herodiadis filia, pręmonita á matre ꝑ premio pe- 47
tit caput Ioannis: miſſu ſpiculatore decollatur in carcere, affer
tur caput in diſco, diſcipuli ſepeliunt corpus, afferunt nuntiū
ad Chriſtum, ſecedit cum diſcipulis in deſertum prope paſcha.
Matth.14. Mar.6.

# LIBER QVARTVS.

## De tertio anno prædicationis & operū Chri-ſti, *vſq; ad vltimum aſcenſum in Hieruſalem. Eſt annus trigeſimus tertius ætatis eius, lapſis pluſquam duobus menſibus è trigeſimo quarto.*

Martij. 10. PRope paſcha ſecedit in deſertū Bethſaidę trās mare Ti
beriadis, ſecūtur eū plurimæ turbæ: paſcit qnq; millia 1
hominū, ſine mulierib⁹ & paruulis, qnq; panib⁹ ordea
ceis, & duobus piſcibus á puero acceptis, ſupfuerū t duodecim
cophini fragmētorū, acclamāt turbę quod eſſet ver⁹ ille ꝓphe
ta venturus in mundum. Matth.14. Mar.6. Luc.9. Ioan.6.

Ne



Ne crearent ipſum regem compulit diſcipulos traſfreta-
2 re, & præcedere eum ad deſertum Bethſaidę: remanſit ipſe, Martij.
dimiſit turbas: fugit in montem ſolus orare: nocte ingruit tē- 11.
peſtas maris, periclitantur diſcipuli, ad quartam vigiliam no-
ctis venit Chriſtus ambulans ſupra mare: timent putantes
phantaſma, Petrus ambulat ſupra mare, timet mergitur, li-
beratur. Appulerūt in Genezareth, nautæ adorant, infirmi
ſanantur.

Altera die poſt nauis appulſum: turbæ è deſerto Bethſaidę
3 nauigijs veniunt Capharnaum quærentes Ieſum, ibi in Syna- Martij.
goga concionatur de pane cæleſti, de manna, de pane vitæ, de 12.
neceſsitate ſumendi Euchariſtiam, litigatio Iudæorum, multi
deciſcūt dicentes durum ſermonem, Petrus adhæret verbo vi-
tæ, prædictio damnationis Iudæ. Ioan.6.

Interim fama Ieſu euulgatur aput Herodem: quidam pu-
4 tant Ioannem ſurrexiſſe: quidam Heliam eſſe: quidam alium Aprilis
de veteribus Prophetis. Herodes fatetur ſe decollaſſe Ioan-
nem, credit ſurrexiſſe: cupit videre eum. Matthæi.14. Marci.
6. Lucæ.9.

Ambulat in Galilęa, Phariſæi & Scribæ ab Hieroſolimis ve
5 niunt, carpunt diſcipulos quod illotis manibus manducarent, Maio.
defendit eos Chriſtus & reprehendit illos, quod propter tra-
ditiones ſuas tranſgrederētur mādata Dei, nempe, de honorā
dis parentibus propter auaritiam. Docet non coinquinare ho
minem quod intrat in os, ſed quod exit ab ore: domi ad inter
rogationem Petri id exponit. Matth.15. Mar.7.

6 Egreditur & ſecedit ad partes Tyri & Sidonis, intrat quan-
dam domum, vult latere. Accedit mulier Cananæa petens ſa- Maij.12.
nationem filiæ, egreditur, illa clamat poſt eum, conſiſtit ad pre
ces diſcipulorum: cōfabulatur cum ea, ſanat filiam á dæmone,
& matrem ab infidelitate. Matth.5. Mar.7.

E finibus Tyri venit per Sidonē ad mare Galilææ inter me-
7 dios fines Decapoleos: adducitur ſurdus & mutus vt ſanetur: Maij.15
mittens digitos in aures: ait, Hephethah, & aperuit aures & ſol
uit linguam illius, præcepit ne dicerent, ſed magis diuulgabant
cum admiratione & acclamatione. Mar.7.

8 Poſt dies aliquod aſcendens in montem cum plurima turba
ſedit: & ſanauit plurimos, ſeptem panibus & paucis piſciculis Maij.25
paſcit quatuor millia hominum, extra paruulos & mulieres:

 ſuper

ſuperſunt ſeptem ſportæ.Matth.15.Marc.8.
Iunij.1. Aſcendit inde in nauiculam, venit in fines Magedam, & in
partes Dalmanutha. Phariſæi & Saducæi quærunt ſignum de 9
cælo: carpit eos exemplo naturali ſerenitatis cęli & tempeſta-
tis futuræ: deplorat adulteram generationem: negat illis ſig-
num niſi Ionæ: aſcendit in nauiculam & transfretauit. Matth.
16.Mar.8.
Iunij.2. Dum transfretarent, nec detulerunt niſi vinum, panem in
nauim: concionatur ſuis de cauendo fermento phariſæorum 10
& Saducęorum: reprehendit eos tarditatis quod putarent ſe
loqui de penuria panum, cum loqueretur de doctrina phari-
ſaica.Matth.16.Mar.8.
Iunij.8. Veniunt Bethſaidam, offertur illi cęcus, apprehenſa manu
eduxit eum extra vicum, expuit in oculos, & impoſuit ma- 11
nus illi, & videbat homines velut arbores. Rurſus impoſitis
manibus clare vidit, pręcepit illi vt nemini diceret in vico.
Marci.8.
Iulio ad E Bethſaida egreditur per caſtella in partes Cęſareę Phi-
initium. lippi: in via interrogat quam de ſe homines opinionem habe-
rent, Petrus cōfitetur eum eſſe Chriſtum, promittit illi prima 12
tum Eccleſię.Matth.16.Marc.8.Lucę.9.
Iulij.29 Prędicit mortem & paſsionem ſuam futuram Hieroſoly-
mis à principibus ſacerdotum: reſtitit illi petrus: ipſe cōmina- 13
tus eſt illi tanquam Sathanę aduerſanti. Prędicat tollendam
crucem propriam, nullam eſſe commutationē pro anima: prę-
mium confitentium Chriſtum in aduentu ad iudiciū, prędicit
transfigurationem.Matth.16.Mar.8.Lucę.9.
Poſt hęc verba ad dies octo, aſumnit tres diſcipulos in cacu
Augu- mē mōtis, & dū oraret, transfiguratur: apparent Moiſis & He 14
ſti.6. lias, diſcipuli grauantur ſomno, timent, Petrus vult manere,
vox patris ſonuit è nube: pręcipit Ieſus ne cui dicant donec ip-
ſe reſurgat: diſcipuli interrogant de aduentu Helię, ipſe inter-
pretatur de Ioanne.Matth.17.Mar.9.Luc.9.
Augu- Sequenti die deſcendunt è monte, veniunt ad reliquos diſci
ſti.7. pulos qui non poterant eijcere dęmonium, ad preces patris dę
moniaci Chriſtus ſanat illum. Abijt domum, rogatur à diſcipu 15
lis, cur non potuerint eijcere, ait propter incredulitatem, &
quia non eijcitur niſi per ieiunium & orationem. Matthęi.17.
Marci.9.Lucę.9.

Inde



Inde prætergrediebatur Galilęam, docebat diſcipulos paſ-
16 ſionem ſuam futuram & reſurrectionem, contriſtabantur, nō Augu-
audebant interrogare. Veniunt Capharnaum, exigitur à Chri ſti.25.
ſto didragma: domi ait ſe eſſe liberum à tributo ſoluēdo, quia
Dei filius, ſed ob vitandum ſcandalum mittit Petrum piſcari,
vt inuento ſtatere in ore piſcis ſolueret pro ambobus. Matth.
17.Mar.9.Lucæ.9.
17 Domi reprehendit diſcipulos quod in via contendiſſent de
primatu: & concionatur illis (oblato in medium paruulo) de Augu-
humilitate, de recipiendis Chriſti diſcipulis, de eo qui in nomi ſti.26.
ne ſuo eijciebat dęmonia, ad Ioannem qui prohibuerat: de mi-
ſericordia exhibenda ſuis Matth.18.Mar.9.Luc.9.
18 Proſequitur cōcionem, docet vitandū omnino ſcandalum
minatur mundo pro illis, ait abſcindenda mēbra ſcandalizan- Eodem
tia, ne totum corpus pereat. Concionatur de prudentia, de pa- die.
ce, de non contemnendis puſillis ob angelos eorū, & ob volun
tatem patris ſuam declarat. Parabola de paſtore qui reliquit
nonaginta nouem oues, & vnam errantem quæſiuit, & ad cau
las reduxit ne periret.Matth.18.Mar.9.
19 Pergit cōcionari de correctione fraterna: apperit modum
correctionis, de poteſtate eccleſiæ, de conſenſione fideliū, de aſ Eodem
ſiſtentia Spiritus ſancti. Rogat Petrus an ſepties condonandū die.
ſit fratri: ait, ſemper. Parabola de rege exigente rationem à ſer
uis, & de ſeruo qui non condonauit fratri, docet puniēdos qui
non condonauerint.
20 Finito ſermone capit migrare à Galilęa: fratres ſuadent vt
manifeſtet ſe mundo: ait, nondum eſſe tempus. Mittit fratres Augu-
Hieroſolymā ad feſtum Scęnopegiæ: manet in Galilæa occul- ſti.27.
te aſcendens Hieruſalem, venit in ciuitatem Samaritanorum, 31.
non recipiunt eum. Iacobus & Ioannes volunt igne de cælo
eos comburere: Chriſtus non vult. Matth.19. Mar.10.Lucę.9.
Ioannis.7.
Tranſiens per mediam Samariam, ad ingreſſum cuiuſdam Septem
21 caſtelli occurrunt decem leproſi, à longe clamant vt miſerea- bris.1.
tur eorum: mittit ad ſacerdotes, mūdantur dum irent, vnus eo
rum Samaritanus regreſſus eſt, vt gratias ageret: laudatur eius
fides, cæteris reprehenſis.Lucę.17.
22 Iudęi in feſto quærebant Ieſum, feſto mediante aſcendit in Septem
templū: Concionatur de ſua doctrina quod ſit Dei. Docet cla bris.15.
mans 23.

mans in templo ſe eſſe Dei filium à Deo miſſum: de turba mul
ti credũt phariſæi & principes mittunt miniſtros vt aprehen-
dant eum. In nouiſsimo die feſti vocat omnes ſitiẽtes ad ſe fon
tem aquæ viuæ: fit diſſenſio turbarum, miniſtri redeunt dicen-
tes: Nunquam ſic locutus eſt homo. Ioa.7.

Septem Perrexit in montem Olueti, diluculo redit in templũ, affe-
bris.4. runt illi mulierem in adulterio deprehenſam: rogãt an ſit lapi 23
danda: ipſe digito ſcribebat in terra & ait: Qui ſine peccato eſt
primus lapidem mittat, abeunt omnes & primi ſeniores, ipſe
abſoluit eam. Ioan.8.

Concionatur in tẽpli Gazophilatio de ſua diuinitate, quod 24
Eodem ipſe ſit lux mundi, quod ſit verum teſtimonium eius, quia duo
die. rum, prędicit eos morituros in ſuis peccatis, exaltaturus cũ in
crucem, non eſſe filios Abrahę, ſed dæmonis, quia opera illius
faciunt, calũniantur cum eſſe dæmoniacum & Samaritanũ. Ip
ſe contra docet ſe eſſe Dei filium ab Abraham deſideratum, &
multo priorem eo. Volunt lapidare eum, ipſe ſe abſcõdit, & e-
xiuit de templo. Ioan.8.

Eodem Egreſſus de templo præteriens ciuitatem vidit cęcũ natum
die. expuit, & facto luto liniuit, oculos illius & miſit ad natatoriã 25
Siloe, lauit ſe & vidit. Diſceptant phariſæi cum cæco & cum
parentibus illius: occurrit Chriſtus cæco iam videnti, oſtendit
ſe eſſe Chriſtum filium Dei in iudicium mundi veniſſe, pecca
tum phariſæorum inexcuſabile Ioan.9.

Septem Concionatur de vero & bono paſtore, de ouili, de latrone,
bris.25. de ouibus, de mercenario, de oſtio ouilis, de alijs ouib[9], de vno 26
ouili futuro, de obedientia ad patrem vſq; ad mortem: diſſen-
tiunt Iudei. Ioan.10.

Septem E Hieroſolymis mittit ſeptuaginta duos diſcipulos, & mit-
bris.26. tit binos prædicare in ciuitates & oppida, in quæ erat ipſe ven 27
turus. Concionatur docens eos prædicationis modum: quod
meſsis multa, quod ſint agni inter lupos, quod ſeruanda ſit pau
pertas apoſtolica & frugalitas: quod curent infirmos, & præ-
dicent regnum Dei: minatur non recipientibus, & tribus ciui-
tatibus. Abeunt, faciunt, reuertuntur cum gaudio: ipſe agit gra
tias patri. Luc.20.

Septem Hieroſolymis rogatur, quomodo aſſequenda vita ęterna?
bris.27. reſpondet diligendo Deum & proximum: inquiritur quis ſit 28
proximus: quod oſtẽdit parabola de eo, qui incidit in latrones
& Sama-



& Samaritano, qui curauit vulnera eius. Lucę.10.

29 Egreditur è Hieruſalem, venit Bethaniam, excipitur hoſpi- Octo-
tio à Martha: Maria ſedens ad pedes eius audiebat verbum bris.1.
Dei: arguitur à Martha quod non adiuuaret eam, defendit
illam Chriſtus. Lucæ.10.

30 E Bethania egreditur, & orans in quodam loco rogatur à
diſcipulis, vt doceret eos modum orandi ſicut Ioãnes ſuos: pro Octo-
ponit orationem dominicam, & parabolã de amico petente bris.3.
tres panes, qua docuit nos inſtanter orare. Lucæ.11

31 Rogatur à phariſęo, diſcumbit in domo illius, iudicatur ab
illo quod illotis manibus manducaret: reprehendit Chriſtus Octo-
prępoſteram eorum munditiem: cõqueritur, legeperitus quod bris.7.
iniuriam irrogaret etiam eis: ad ipſe deplorat eorũ corruptos
mores, inſidiantur ei. Lucæ.11.

Concionatur ad plurimam turbam, de cauendis hypocry-
32 tis, de non timenda morte corporis: de confitendo Deum corã Octo-
hominibus: de blaſphemia in Spiritum ſanctum non remitten bris.8.
da, de aſsiſtentia Spiritus ſancti in diſcipulorũ mentibus. Lu.11

Ipſo concionante acceſsit quidam rogans eum, tanquam ar Eodem
33 biter diceret hæreditatem inter illum & fratrem. Pergit con- die.
cionari de cauenda auaritia, propoſita parabola de eo qui hor
rea fecit maiora, & audiuit ea nocte ſe moriturum: de abijcien
da nimia ſolicitudine terrenorum plurimis exemplis: de faciẽ-
da eleemoſyna. Luc.12.

Pergit concionari de officio fidelis ſerui erga venturũ Do-
34 minum: docet nos debere eſſe paratos: rogatur à Petro an ad Eodem
omnes loquatur? ait quis ſit fidelis ſeruus, quis præmium habi die.
turus, quis malus, & quod illius flagitium: quantum eius deſi-
derium patiendi: quam ignea charitas euangelica: quod relin-
quenda omnia propter Deum: quod habenda pax cum aduer
ſario. Lucæ.12.

35 Dum concionaretur renuntiatur illi Pilatũ intermiſſe Ga-
lilæos: pergit docere pænitentiam agenda exemplo eorum Eodem
quos oppreſſerat turris Siloe. Proponit parabolam de ficu in die.
frugifera, tacite ad monemur negligentię noſtræ. Luc.13.

36 Inde peragrat omnẽ regionẽ circumuicinam, Hieroſolymis Vſq; ad
quodam Sabbatho docebat in Synagoga: ſanat mulierẽ cõtra- finẽ No
ctã decẽ & octo annis: calũniatur ab Archiſynagogo quod cu- uẽbris.
raret in Sabatho: ſatisfacit exemplo aſini ſoluti in Sabatho:
pro

Nouē-bri vſq; ad.22. proponit parabolā de ſynapi,& alterā de fermento.Luc.13.
Inde proccurrit per ciuitates & caſtella:reuertēs Hieroſoly 37
mam interrogatur an pauci ſaluentur?reſpondet, anguſtam eſ
ſe portam ſalutis,& Dominum dicturum multis: Neſcio vos.
Phariſæi ſuadet vt fugiat, quia Herodes velit ipſum occide-
re:reſpondet intrepide ſe paſſurum Hieroſolymis. Deplorat
Hieruſalem. Lucæ.13.

Nouē-bris.23. Inuitatur â quodā principe Phariſæorum ſabbatho: diſcū- 38
bit cum eis:affertur hydropicus:rogat an liceat in ſabbatho cu
rare?Illis tacentibus ſanat hydropicum.Docet parabolā de ſer
uanda humilitate in conuiuijs:inuitandos eſſe pauperes propo
ſita parabola de eo,qui fecit cœnam magnam,apud quem ami
ci ſe excuſauerunt.Lucæ.14.

Nouē-bris.24. Pergit Hieruſalem, ſequitur eum plurima turba,conuerſus 39
ad eam docet,renunciandum eſſe omnibus, tollēdam crucem,
ædificaturum debere prius cōputare ſumptus, ſimiliter & qui
commiſſurus eſt bellum.Sal eſſe bonum, ſed ſi euanuerit, vale
re nihil.Lucæ.14.

Nouē-bris.25. Intrat Hieruſalem tempore hyemis, menſe Nouembri,in
feſto Enceniorum,aſcendit in templum,deambulat in porticu 40
circundant eum Iudæi,diſputat cum eis de infidelitate eorum,
de ſe vero paſtore,de vnitate eſſentiæ cum patre,volunt lapi-
dare eum & comprehendere,elabitur ab eis. Ioan.10.

Decembris.3. E Hieruſalem abit & regreditur ad fines Iudeæ trans Iorda
nem,vbi olim Ioannes baptizabat,docet turbas,credunt mul- 41
7 ti,murmurant Phariſæi quod recipiat publicanos & peccato-
res:proponit parabolam de paſtore quęrenti ouem relictis no
naginta nouem:&aliam de muliere,qui perdiderat dragmam.
Ioan.10.Lucæ.15.

Eodem die. Pergit concionari,proponit parabolā de filio prodigo, qui- 42
vbi bona paterna dilapidauit, pænitentia ductus reuertitur ad
patrem,qui benigne ſuſcepit eum inuidente illi fratre maiore.
Lucæ.15.

Eodem die. Proſequitur cōcionē propoſita parabola de eo, qui habebat
villicū iniquū,& exegit rationem villicationis ab eo: ille vero 43
prudenter condonauit condebitoribus multa, vt reciperent il
lum domibus ſuis.Docet ſeruiendum Deo ſoli,non Mammo-
næ & auaritiæ:deridetur ab auaris.Lucæ.16.

Eodem die. Finito ſermone accedūt Phariſæi tētātes, an liceat viro dimit- 44
tere



tere vxorem quacunq; ex cauſa?Reſpondet indiſſolubile eſſe
vinculum matrimonij.Abijt domum,diſcipulis interroganti-
bus idem ſatisfacit docens continentiæ perfectionem. Mat-
tæi.19.Marci.10.Lucæ.16.

45 Domi concionatur, & proponit parabolam de diuite Epu
lone damnato,&Lazaro paupere ab angelis deportato in ſinū Decembris.8.
Abrahæ: de Abrahamo nolente dare illi nec guttam aquæ,
nec Lazarum in mundum remittere.Lucæ.16.

46 Pergit concionari de ſcandalo vitando,de condonanda in-
iuria,de virtute fidei collata grano Synapis:parabola de ſeruo Eodem die.
reuertente ab agro,interrogatur de regno Dei, quomodo ve-
niet?Reſpondet eſſe intra nos. Lucæ.17.

47 Proſequitur concionem, & proponit parabolam de phari-
ſæo & publicano,quorum ille glorioſus deſcendit damnatus, Eodem die.
alter inglorius iuſtificatus,quia omnes qui ſe humiliat exalta-
bitur,afferunt illi pueros & amplexatur eos. Finito ſermone
abijt inde.Matth.19.Mar.10.Lucæ.16.

48 Egreditur,in via occurrit illi princeps quidam adoleſcens,
rogans quid eſſet facturus ad conſequendam vitam. Reſpōdet Decembris.9.
obſeruanda eſſe legis mandata: ad perfectionē vero renuntiā-
dum omnibus,quod qui fecerint centuplum accepturos.Mat-
th.19.Mar.10.Luc.16.

49 Pergit concionari in via,& proponit parabolam de opera-
rijs in vineam conductis,de primo laborantium.Docet nouiſ- Eodem die.
ſimos futuros primos, & primos nouiſſimos.

50 Occurrit nuntius à duabus Lazari ſororibus, quod infirma
retur,venit in Bethaniā:inuenit iam mortuum, reſuſcitat qua Ad finē Decembris.
triduanum:admirantur turbæ,renuntiant ſummis ſacerdoti-
bus.Ioannis.11.

51 Pontifices cogunt concilium ad occidendum Chriſtum:pro
phetat pōtifex expedire vt redemptor moreretur pro nobis: Anno.34 Ianuarij.2.6.
decernitur à concilio.Chriſtus abit in deſertum prope ciuitatē
Ephren vbi morabatur cum diſcipulis.Ioannis.11.

## LIBER QVINTVS.

De narratione quatuordecim dierum ante *mortem ab aſcenſu vltimo in Hieruſalem, vſq; ad cœnā Paſchatis anni trigeſimi quarti labentis.*

Proximo

Martij. 7

1 PROXIMO inſtante paſchate à deſerto Ephren proficiſcitur Hieruſalē. In itinere prędicit diſcipulis paſsionē ſuam, flagella, ignominiā, mortem & reſurrectionē. Illi vero non intellexerunt. Matth. 20. Mar. 10. Luc. 19.

Eodem die.

2 Acceſsit ibi vxor Zebedęi cum filijs, petit á Chriſto dexteram & ſiniſtram filijs ſuis in regno illius, quibus ſatisfacit Chriſtus: alij decem indignati ſunt, conciliat eos ſuo exemplo qui non venit miniſtrari, ſed miniſtrare. Matth. 20. Mar. 10. Lu. 19

martii. 15.

3 Ad ingreſſum in Hiericho accurrit plurima turba: Zachæ9 puſillus & diues publicanus aſcendit in Sicomorum, vt videret Ieſum, qui ſe obtulit illi hoſpitem, diſcumbit cum illo, murmurant phariſæi: fit ſalus illi. Luc. 19.

Eodem die.

4 Proponit parabolā de eo qui abijt in regionem longinquā ad accipiendum regnum & reuerti: diſtribuit decē Mnas ſeruis ſuis: reuerſus dedit præmium ijs, qui aliquid lucrati fuerāt, ſumpto ſupplicio ab eo qui nil lucratus fuit, & occiſis inimicis ſuis. Lucæ. 19.

martij. 17.

5 Ad egreſſum è Hierocho occurrunt duo cæci, vnus Bartimęus, petunt ſibi viſum reſtitui: tetigit eorum oculos & condonauit illis lucem oculorum. Abijt in viam quæ ducit Hieruſalem. Matth. 20. Mar. 10. Lucæ. 19.

Sabbatho Palmarum martij. 19. Luna. 9

6 Venit Bethaniā ſexto die ante paſcha, ſcilicet ſabbatho ante diē palmarum, fit conuiuium Bethaniæ in domo Simonis leproſi, Martha miniſtrat, Lazarus diſcumbit: Maria vngit pedes & caput Chriſti: obmurmurat Iudas, defendit eam Chriſtus, plebs accurrit ad videndum Lazarum rediuiuum: ob id cogitabant principes interficere Lazarum. Matthæ. 26. Mar. 14. Ioannis. 12.

Dōminica Palmarum martij. 20. luna. 10

7 Sequenti die venit Bethphage, mittit duos diſcipulos, afferunt aſinum & pullum, quibus inſidet Chriſtus: pergit glorioſe Hieruſalem cum populi acclamatione: appropinquans ciuitati flet ſuper illam, ingreditur tēplum, ſanat cęcos & claudos, laudatur à pueris iuxta pſalmi vaticinium. Matthę: 21. Mar. 11. Luc. 19. Ioannis. 12.

Eodem die veſpere.

8 Eodem die gentiles deſiderant videre Chriſtū, adducit eos Philippus, concionatur Chriſtus de grano frumenti morituro vt fructificet, auditur vox de cælo, prædicit paſsionem ſuam, credunt multi ex principibus, non audent confiteri. Veſpere regreditur Bethaniam cum duodecim. Ioan. 12.

Alte-



Eodem die.

9 Altera die reuertitur ſecundo è Bethania in Hieruſalem, quærit è ficulnea fructum, non inuenit, maledicit, areſit: ingreditur templum, eijcit vendentes & ementes: veſpere reuertitur in Bethaniam & Oliuetum. Matthæi. 12. Marc. 11. Lucæ. 19.

Alter ſermo eodem die poſt meridiē

10 Poſtridie è Bethania petit tertio Hieruſalem, apparet ficus arida, docet plurimum valere fidem & orationem condonatis iniurijs. Ingreditur Hieroſolymam, docet populum, principes quærunt interficere eum. Matth. 21. Mar. 11. Luc. 19.

Eodem die ad veſperā

11 Ipſo die rogant eum pontifices qua poteſtate faceret: ipſe viciſsim interrogat de baptiſmo Ioannis, vnde eſſet? cui aſtute reſpondent, ſe neſcire. Tunc ipſe nec voluit illis aperte dicere in qua poteſtate faceret. Matth. 21. Mar. 11. Luc. 20.

Eodem veſpere vaticinium.

12 Incepit cōcionari in templo Solomonis tertio die ante paſcha, & ſumpta occaſione ab interrogatione præcedenti proponit parabolam de duobus filijs, quorum alter ad madatum patris dixit: nolo: poſtea obediuit opere: alter dixit ſe facturum & non fecit. Matth. 21. Mar. 11.

Eodem veſpere ſermo dē iuditio.

13 Proſequitur cōcionem propoſita parabola de locata vinea de ſeruis cæſis, & filio domini occiſo, ne redderent tributum, & haberent ſibi vineam: de lapide, quem reprobauerunt ædificantes, qui factus eſt caput anguli. Matthæi. 21. Mar. 11. Lucæ. 20.

Eodem veſpere

14 Pergit proponere parabolam de rege qui fecit nuptias filio ſuo, inuitati ſe excuſauerunt venire, quos rex perdidit, & inuitauit pauperes, non veſtitum vero veſte nuptiali miſit in tenebras exteriores. Mar. 22.

Diſputationes eodē die

15 Ipſo concionante accedunt phariſæi, & ficte rogant, an liceret ſoluere tributum Cæſari, an non? agnita vero eorum verſutia, reſpondet, reddendum Cæſari, quod Cæſaris, Deo, quod Dei. Matth. 22. Mar. 12. Luc. 20.

Eodem die.

16 Abeuntibus phariſæis accedunt Saducæi & obijciunt quæſtionem contra reſurrectionem de ea, quæ ſepties nupta fuerat cuius eſſet futura vxor in reſurrectione? Reſpondet illis, nō eſſe nuptias: ſed oēs eſſe vt angelos Dei. Matth. 22. Mar. 12. Lu. 20

Eodem die.

17 Digreſis Saducæis, illico reuertuntur phariſæi & interregāt quod ſit maximum legis mandatum: Reſpondet, primum de dilectione Dei, & affine illi de dilectione proximi. Laudat ſcriba reſponſum, cui Chriſtus ait, non eſſe longe à regno Dei.

Matth.

Matth.22.Mar.12. Luc.20.

*Eodem die.*

18 Conſequẽter interrogat eos Chriſtꝰ cuius eſſet futurus filiꝰ Meſsias, reſpondẽt: Dauidis: vrget quia Dauid appellauit Meſſiam, Dominum, ex quo liquet credidiſſe Deum. Conuincit omnes & obmutuerunt. Matth.22.Mar.12. Luc.20.

*Alter ſermo eodem die poſt meridiẽ*

19 Adhuc ipſo die concionatur & monet audiendos &non imitandos ſcribas & phariſæos, deſcribit eorum hypocriſim: deplorat & minatur illis interitum. Prophetizat diſcipulorum ſuorum perſecutiones, & vaſtitatem Hieruſalem: finit concionem. Matth.23.Mar.12. Lucæ.20.

*Eodem die ad veſperã*

20 Finito ſermone ſedet cõtra Gazophilaziũ, & prefert duo minuta ærea viduæ pauperculæ magnis oblationibus & muneribus diuitum, egreditur de templo. Mar.12.Luc.21.

*Eodem verſpere vaticinium.*

21 Egreditur de tẽplo, oſtendunt ei diſcipuli ædificium templi prędicit illius euerſionem: rogatur à tribus diſcipulis quando id eſſet futurum? & quod ſignum aduentus illius? primæ quæſtioni ſatisfacit, & concionatur iter agens in Bethaniam, venit in montem Olíueti, ſedet ex aduerſo ciuitatis, docet multa de vaſtatione vrbis per Romanos & alias gentes, de falſis prophetis, de multitudine præliorum & magnis diſcipulorum perſecutionibus. Matthæi.24. Mar.13.Luc.21.

*Eodem veſpere ſermo de iudicio.*

22 Adhuc ſedens in monte Olíueti proſequitur ſermonem, & reſpondens ſecundæ quæſtioni docet ſigna aduentus ſui, deſtructionem orbis, Antichriſtum futurum, aduentum ſuum. Matth.24.Mar.13.Luc.17.&.21.

*Eodem veſpere*

23 In eodem ſermone docet repẽte venturum diem iudicij, docet exemplo Noe & Loth, & patris familias vigilantis & cuſtodientis domum ſuam à fure, quomodo vigilare debeamus, & præparare nos ad illum diem. Matth.24.Mar.13.Luc.17.18.21.

*Eodem veſpere*

24 Pergit docere vigilandum eſſe ne aduentꝰ Dñi nos inueniat imparatos, propoſita parabola de eo qui peregre profectus reliquit ſeruis ſuis poteſtatem, & ianitori præcepit vigilare. Matthæ.24.Mar.13.

*Eodem veſpere*

25 Aliam parabolam proponit de iudice iniquo, & vidua moleſta qua docet ſemper in oratione ſtandum, donec à Deo optimo & æquiſsimo iudice miſericordiam impetremus. Luc.

*Eodem veſpere*

26 Tertiam parabolam adiecit de decẽ virginibus, quinq; prudentibus, & quinq; fatuis expectantibus ſponſum, illis admiſſis ad nuptias, iſtis reiectis, quibus lumẽ defecit & oleum: quo

docet



docet vigilandum, ne bonæ opera deficiant. Matth.25.

*Eodem veſpere ad occaſum ſolis.*

27 Quartam addidit parabolam de domino peregre profecto, qui ſeruis ſuis traddidit bona ſua, vni quinq; talenta, ali duo, ali vnum: rurſus vero exegit rationem, & his, qui lucrati fuerant, dedit præmia, illi verò, qui otioſum ſeruarit, pœnam. Matthæi.25.

*Poſt ſolis occaſum.*

28 Proſequitur concionem, & prædicit bonus quo venturus eſt ad iudicandum in extremo iudicio cum potentia, maieſtate, & angelis miniſtris, collaturus regnum iuſtis: impios vero igne æterno exterminaturus. Finit ſermonem. Matth.25.

*Fer. 4. Martij. 23. luna.13.*

29 Finito ſermone, quẽ ad profundum veſpere protraxerat, ingreſſo iam altero die, ſcilicet, biduo ante paſcha, prædicit crucifixionem & mortem ſuam: abijt Iudas in Hieruſalem, paciſcitur cum Iudæis, fit concilium, emitur Chriſtus. Matthæi.26. Marci.14.

# LIBER SEXTVS.

## De cæna, paſsione, morte & ſepultura: eſt nar ratio trium dierum.

*Fer. 5. Martij. 24. luna.14*

1 PRIDIE paſchatis, qui erat primus azimorum, quia in eo poſt ſolis occaſum imolandus, & cenandus erat agnus: miſit Petrum & Ioãnem in ciuitatem, vt pararent ſibi cænam: veſpere venit Chriſtus, & diſcumbit cum duodecim. Matth.26.Mar.14.Lucæ.22.

*Veſpere igrediente. luna.15.*

2 Veſpere eodem die cænat Chriſtus cum diſcipulis agnum, lauat eorum pedes, contendit Petrus cum eo, docet eos humilitatem. Ioan.13.

*Poſt ſolis occaſum.*

3 Poſt lotionem iterum ſedet ad menſam, aperit deſiderium patiendi pro nobis: ait hanc eſſe vltimam ſuam cænam in vita mortali. Inſtituit Euchariſtiam, docet formam tranſſubſtantiandi panem in corpus, & vinum in ſanguinem ſuum Matth.26.Mar.14.Lucæ.22.

*Ad initiũ noctis.*

4 Predicit ſe tradendum ab vno eorum, & illius damnationẽ, interrogatur ab omnibus & ab ipſo Iuda, quis eſſet ille? Recũbit Ioãnes in pectus Domini: reuelatur ei traditor ſigno buccælle panis in tinctæ: comedit eam Iudas, intrat in eum Satthanas,

thanas,& abijt ingreſſa iam nocte .Matthæ. 26. Marc.14.Lu
cæ.22.Ioann.13.

Nocte facta ſermo.1.

Ad exitum Iudæ cæpit Chriſtus concionari,& dicere glori
ficationem ſuam.Hinc contendunt diſcipuli , quis eorum ma-
ior futurus:carpit eos Chriſtus,mandat dilectionem , prędicit
mortem,offert ſe Petrus ad illam,prędicitur eius negatio trina
Matth.26.Mar.14.Lucę.22. Ioan.13.

Eadem nocte.

Proſequitur concionem, prædicit traditionem & captionē
ſuam,docet in regno cælorū plures eſſe manſiones,docet Tho
mam ſe eſſe viam,veritatem,& vitam:docet Philippum ſe eſſe 6
eiuſdem naturæ cum patre.Marci.14.Ioan.14.

Eadem nocte.

Pergit concionari de fide & operibus, de efficacia fidei, de
petendo à patre in nomine eius,de ſeruandis mandatis,de miſ
ſione Spiritus ſancti,de vnione ad Deum,de dilectione:docet 7
Iudam Thadæum,ſe & patrem cum Spiritu ſancto venturos,
& manifeſtaturos ſe iuſtis,non mundo: commendat illis pacē,
conſolatur eos,quia vadit ad patrē,non vinctus, ſed vltroneꝰ.
Finit primam partem ſermonis,& ſurgit à menſa iturus in hor
tum.Ioannis.14.

Nocte profunda ſermo alter.

Altera pars ſermonis poſt quam ſurrexit à menſa,de perpe 8
tua adhæſione ad ſe exemplo vitis & palmitum,de mutua dile
ctione,de ſeruandis preceptis,de amore Dei,de perſecutioni-
bus diſcipulorum futuris, de peccato inexcuſabili perſequen-
tium,de aduentu Spiritus ſancti.Ioan.15.

Eadem nocte.

Prædicit diſcipulorum perſecutiones , conſolatur eos quia 9
vadit miſſurus Spiritum ſanctum, vt mundum arguat, & eoſ-
dem doceat omnem veritatem : volentes interrogare docet
propter inſtantem paſsionem eos triſtitia afficiendos, ſed pau
lo poſt gauiſuros,exemplo parturientis: prædicit paſsionem
ſuam & diſperſionem eorum,ſed in ſe confidendum, qui vicit
mundum. Ioan.16.

Eodem nocte oratio.1.

Finito ſermone orat patrem pro clarificatione filij , pro diſ
cipulis & futuris fidelibꝰ, vt permaneant in vnione fidei & cha 10
ritatis,offert vitam ſuam pro ſanctificatione eorum,pro cōſer
uatione à malis, pro dilatione euangelij,pro aſſequenda ipſis
beatitudine Ioan.17.

Eadem noctem horto.2 oratio.

Poſt orationem dicto hymno egreditur in hortum, aſſu- 11
mit tres diſcipulos ad orandum , illis ad ormientibus, ter orat,
agonizat , ſudat ſangine , confortatur ab Angelo , excitat
diſcipulos



diſcipulos,it obuiam Iudæ & miniſtris.Matthæ.26. Marc.14.
Lucæ.22.Ioan.18.

12 Venit Iudas cum miniſtris,antecedens oſculatur Chriſtum
ille procedens interrogatione proſternit aduerſarios, cōprehē
ditur,Petrus abſcindit auriculam Malcho,ſanat vulnus Chri-
ſtus,alloquitur principes & magiſtratus templi, fugiunt diſci-
puli adoleſcens nudus elabitur Matthæi.26.Marci.14. Lucæ.
22.Ioannis.18.

Eadem nocte. captio.

Ducitur Chriſtus primum ad Annam , inde ad Caypham,
13 congregatur concilium,Petrꝰ & Ioannes ſecuntur Chriſtum:
intrat Petrus domum pontificis cum miniſtris ad ignem,exa-
minatur Chriſtus à pōtifice,alapa cæditur à miniſtro. Matth.
26.Mar.14. Lucæ.22.Ioan.18.

Eadem nocte.

Principes & concilium quęrunt falſos teſtes,adueniūt duo:
14 Pontifex interrogat & adiurat Chriſtum, an ſit Meſsias filius
Dei,fatetur Chriſtꝰ, accuſatur blaſphemiæ,iudicatur reus mor
tis,colaphis & alapis cæditur à miniſtris , in faciem expuitur,
Matth.26.Marc.14.Luc.22.Ioan.18.

Eadem nocte.

15 Interea petrus ſedens ad ignē foris in atrio deorſum agnoſ-
citur ab oſtiaria , negat primo , exit ante atrium , ſemel gallus
cantat,egreditur ianuam,& ab alia ancilla & miniſtris rogatus
negat ſecundo cum iuramento. Interuallo facto quaſi vnius
horæ rogatus à multis,& à cognato Malchi negat tertio ana-
tematizando & deteſtando & iurando, & eo loquente gallus
iterum cantauit. Conuerſus dominus reſpexit Petrum, recor
datur ipſum,pænitet,& egreditur flet amare.Matth.26. Mar.
14.Lucæ.22.Ioan.18.

Media fere nocte.

16 Die veneris mane congregatur iterum concilium magnum
examinatur an ſit filius Dei?adducitur ad Caypha in prętoriū
Pilati.Iudam pænitet,affert triginta argentos in templum , &
abiens loqueo ſe ſuſpendit. Principes illis emunt agrum figu
lo in ſepulchrum peregrinorum. Matthæ.Marc.15 . Lucæ.22.
Ioannis.8.

Mane feria. 6. luna.15. Martij. 25.

17 Pontifices & ſacerdotes accuſant Chriſtum apud Pilatum,
quod prohiberet dari tributum Cæſari, & ſe regem Meſsiam
eſſe diceret. Pilatꝰ inquirit, nō inuenit cauſam , iterū accuſant
tacet Chriſtꝰ,miratur pręſes. Tertio accuſant quod cōmouerit
Galilęā.Remittitur ad Herodem, qui petit ſignum à Chriſto,
cui nil reſpondit , ſpreuit & remiſit illum , fiunt Herodes &

Eodem die hora.1.

 Pilatus

Pilatus amici. Matth.27. Mar.15. Luc.23. Ioan.18.

Eodem die hora.3.

18 Pilatus cogit concilium pro liberando Chriſto, intercedit vxor præſidis pro illo, Iudæis exigentibus, dimittitur Barabbas, flagellat9 Ieſus induitur clamyde coccinea, coronatur ſpinis, arundine & ſalutationibus illuditur á miniſtris, expuitur, percutitur caput eius, alapis cæditur facies. Matth.27. Marci.15. Luc.23. Ioan.18.

Eodem die hora.3.

19 Adducitur foras Ieſus â Pilato, coronatur ſpinis, indutus purpura oſtenditur ab eo dicente: Ecce homo. Accuſatur ad crucem examinatur â pilato, vult dimittere eum, ſuggillant ei inimicitias cum Cæſare, ſedit pro tribunali, ait: Ecce rex veſter. Inſtant dicentes, ſe non habere regem niſi Cæſarem. Pilalatus lauat manus iudicatur Chriſtus innocens, iudicium ſupra ſe & filios imponunt, traditur Ieſus voluntati eorum. Matth. 27. Mar.15. Luc.23. Ioan.18.

Eodem die ad finē horę tertiæ. & initiū ſextæ medio die.

20 Ducitur Ieſus ad crucem, Simon conducitur, deplorat ſuper mulieres Hieruſalem, datur ei vinum mirrhatum, crucifigitur inter duos latrones, imponitur cauſæ titulus, orat patrē pro crucifigentibus, milites diuidunt veſtimenta. Matthæi.27. Mar.15. Luc.23. Ioan.19.

Hora ſere nona

21 Prætereuntes deridebant eunt & populus expectās, & principes ſacerdotum cum ſcribis & ſenioribus populi, & milites offerentes acetum, & alter latronum, defendit eum alter, & petit miſericordiam, quam aſſequitur. Commendat matrem diſcipulo. Circa nonam ſol obſcuratur, ipſe clamat ad patrem, ſitit, offerunt illi ſpongiam aceto plenam, ait conſummatum eſſe, reddit ſpiritum in manus patris. Matthæi.27. Mar.15. Lucæ 23. Ioan.19.

Hora nona.

22 Ad Chriſti mortem rumpitur velum templi per medium, terra quatitur, petræ ciduntur, aperiuntur ſepulchra. Centurio agnoſcit filium Dei, turbam pænitet, mulieres & noti eius erant â longe, milites frangunt crura latronum, latus Chriſti aperitur lancea, manat ſanguis & aqua. Matthæi.27. Marci. 15. Luc.23. Ioan.19.

Veſpere ad ſolis occaſum.

23 Ioſeph petit â Pilato corpus Ieſu, donatur illi, mercatur ſyndonem mundam: venit Nicodemus, affert mirrham & aloem deponunt è cruce, ſepeliunt in monumento Ioſephi, claudunt lapide. Ad ſolis occaſum ingrediente iam Sabbatho mulieres vident & parant aromata. Matth.27. Mar.15. Luc.23. Ioan.19.

Sab



Sabbatho. Martij. 26.

24 Sabbatho conueniunt phariſęi & ſarerdotes, poſtulant â Pilato milites ad cuſtodiendum ſepulchrum, concedit Pilatus: obſignant lapidem, ponunt cuſtodiam. Matth.27.

# LIBER SEPTIMVS.

## De reſurrectione Chriſti & aſcenſione in cælum. *Eſt quadraginta dierum hiſtoria.*

Dies dominica. Martij. 27. Sūmo mane

1 VESPERE Sabbathi mulieres parant aromata. Reſurgit Chriſtus: mane prima ſabbathi creditur apparuiſſe Virgini, pergunt mulieres ad ſepulchrū, fit terræmotus, examinantur cuſtodes, ingrediuntur mulieres ad oſtium monumenti, apparet illis angelus ſedens ſuper lapidem, inuitat vt intrent ſepulchrum: illis ingredientibus & non inuento corpore apparent duo angeli, reuertuntur ad diſcipulos Matth.28. Mar.16. Luc.24.

Eodem die ad ortum ſolis.

2 Milites cuſtodientes ſepulchrum excitati, cum terrore veniunt in ciuitatē, nuntiant principibus ſacerdotum: illi congregato concilio promittunt munera, & ſecuritatem apud præſidem ſi mentiant Apoſtolos ſuffuratos fuiſſe corpus Ieſu Matthæi.27.

Eadem hora.

3 Petrus & Ioānes veniunt ad monumentum, Ioannes pręcucurrit citius, ſed Petrus ingreſſus eſt prior, non inueniunt corpus, ſed linteamina tantum, reuertuntur ad alios, tunc temporis duo ex ſeptuaginta diſcipulis abeunt in Emauntem. Lucæ. 24. Ioan.20.

Eodem die poſt ſolis ortum.

4 Mulieres iterum mane paulo poſt ſolis ortum reuertuntur ad monumentum: dum cæteræ exirent, Magdalena manet ad oſtium ſepulchri, cui tāquam hortolanus apparet primo Chriſtus. Rurſus eidem iam cum cæteris redeuntibus apparet ſecundo: nuntiant diſcipulis, reuertitur Petrus ad ſepulchrum apparet illis dominus. Matthæ.28. Marci.16. Lucæ.24. Ioannis.20.

Eodem die veſpere.

5 Euntibus Emauntem Chriſtus vt peregrinus apparet, interpretatur illis ſcripturas, cognoſcitur in benedictione panis, reuertuntur diſcipuli in Hieruſalem, inueniunt apoſtolos dicentes ſurrexiſſe dominum & apparuiſſe Petro. Marc.16. Luc.24.

Diſcipu-

Eodem die iam nocte. Diſcipulis colloquentibus ea ipſa nocte diei reſurrectionis
apparet Chriſtus, conſolatur eos, oſtendit ſigna clauorum, pre 6
bet ſe illis palpādum, māducauit cum eis, aperuit eis intellectū
ad ſcripturas, inſuflauit ſpiritum ad remittēda peccata. Deerat
Thomas, manet incredulus. Luc. 24. Ioan. 20.

Aprilis 4. Poſt dies octo iterum apparet Chriſtus diſcipulis congrega
tis in vnum: vocat Thomam, infert digitum in latus & loca cla 7
uorum: credit Thomas, prætermittūtur plura ſigna. Finis euā
3 gelij credere viua fide Ieſum eſſe Meſsiam Dei filium, Ioan-
nis. 20.

Aprilis 4 Abeunt diſcipuli à Iudæa in Galilæam, quinq; ex eis piſcā-
12 tibus in mari Tiberiadis, apparet ſeptimò, manducat cum eis: 8
examinatur Petrus an plus cæteris diligat Dominum, eligitur
in paſtorem: oritur quæſtio an Ioannes eſſet moriturus. Ioan-
nis 21.

Aprilis 15 A mari Tiberiadis abeunt diſcipuli in Thabor montem Ga
lileæ. Apparet Chriſtus octauo: mittit eos ad docendum & ba 9
24 ptizandum omnes gentes: promittit ſe illis ſemper affuturum.
Matthei. 28.

Maij. 6. Redeunt è Galilea in Hieruſalem: eiſdem recumbentibus 10
quadrageſimo die poſt reſurrectionem, vltimo apparet: ex-
probrat incredulitatem eorum. Conueſcens præcepit vt Hie-
roſolymis ne diſcederent, ſed expectarent aduentum Spiritus
ſancti. Docet quid ſint prædicaturi per orbem: ſigna & aduen
tum. Educit eos in Oliuetum, aſcendit in cælum, ſedet à dex-
tris Dei. Diſcipuli reuertuntur Hieruſalem, laudant Deum
quotidie in templo. Marci. 16. Luc. 24.

Vſq; ad annum 1578. Coronis operis & peroratio: abeunt Apoſtoli per orbē, pre
dicant euangelium, in eius confirmationem efficiuntur ſigna. 11
Multa alia prætermiſſa. Mar. 16. Ioannis. 21.

## *HISTORIÆ PERIODUS.*

ITAQVE in tota Euangelica hiſtoria ſunt elapſi quindecim menſes ante Chriſti natiuitatem: & poſt illam, triginta tres anni completi die vigeſima quinta menſis Decembris, & inſuper quatuor menſes, & dies decem completi ad ſextā Maij, paulo plus minuſuè vſq; ad aſcenſionem in cælum. Sublatis eius quadraginta diebus poſt reſurrectionem vixit ante mortem ſuam Chriſtus triginta tres annos menſes tres: ita vt mors illius per tres alios menſes accelerata fuerit: victurus in eis iuxta Danielis vaticiniū. Ob id dicebat: Deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcum & rurſus: Baptiſmo habeo baptizari, nempe mortis, & coarctor nimis, donec perficiam illum. Sed à quo arctaris, dulciſsime Ieſu, niſi ab amore quo nos diligis? hæc quippe charitas tua fortior morte te obſtrinxit, vt in crucem actus pro donanda nobis vita moreretis. Sis benedictus in æternum & vltra, qui cum Patre & Spiritu ſancto viuis & regnas Deus in ſecula ſeculorum. Amen.



# Libri octaui ac ſubinde Euangelicarum Inſtitutionum finis.

Eſta hien impreſſo y correcto, conforme a ſu original de mano, por donde ſe mando imprimir, y por culpa del por la mayor parte tiene las erratas ſignientes.

Preamzulos ſojas.4.pagina.1.linea.4.Egiſippo,Egeſippo.fo.1.antepeu.deliberare, delibere.fo.t.pa.2.lin.6.breuij,lege breni.fo.1.p.1.lin.19.pærſtare,præſtare.fo.6.lin.17.miledicti,maledicti fo.7.p-2.id impoſsibili,impoſsibile lin.15.non bui,non omuis qni, ſo.10. pa. 1.lin.20.ioannis,ioanne,fo 9.pa.1.lin.20.ſu bne.ſnb.fo.12.pa.2.lin.21.dimiſ demiſ.fn.13.d.2. lin.4.dnnum.denum.fo.15.pa.1 lin.3 ſignifi.ſignificatio.lin.9.arſe,aſre.fo.15.p.2.vlti,aut ad ibid.quar.buarti fo.16.pa.2.lin 1.zamo,tamo,fo.18.pa.1.lin.12. intentio. contentio.lin. 14.libro.1.ob.fo.18.pa.1.lin.36.ſeu de ſeu.fo.19.liu.4.& in conſenſiou3.& couſenſione,fo fo.19.pa,2.lin 31.iaannis.ioaunes ſo.22.pa.1.lin.25.meloch.moloch.fo.23.pa.2.lin.32.ali,illi fo.24.pa.1.lin.4.martidm martyrium.fo.25.pagi,2.lin.1. eũ hexapolis, eſt cum hexapolis fo.26.pa,2.lin.26.græca prolocus,græca iocus.antep.in virtutis in viam nirtutis fo.29.pa. 2.lin.32.cap.13.cap 10.fo.31.pag.2.lin.4,topnẽ maægiou,topneuma agion fo.37.p.2. vlti.or di ordine fo.40.pa:2.li 7.lezeos,lexeos.fo.40.pa 1.lin.4.atijs,arrijs fo.43.p.2.li.22.ſimatriſmos,ſynatriſmos.fo.46.pa.1.li.32.protproh fo.48.p.1.lin.17.iudæi,iodei.fo.48.p.2.li.9,tradei dñs,tradet te dñs fo.49.pa.1.li.27.concio oratoribns,concionatoribns,fo.49.pa.2.li.4. ſte rat ſteterat,ii.22.& iudice,iudice &.fo.53.pa,1.li.11.per natura,a natura,fol.54.p12.li.26. remigio,remigiorum fo.55 pa.2.antep.affer affert,affer affer.fo.55 pag.vlti.dupli dupli- cl linguæ ſnlco animalium ſanguinem:vt Plinius ait:exugit:ita iſti du fo.61.pa,2.li.28. io fo.64.li.4.popnlo panlo.fo.65.pa.2,lid.28.plurimum,vt plurimum.fo.66.pa.2.li. 2. pieuma,pneuma,lin.3.mnim:ſterim mnin: che ſteriu ſo.66.pa.2.pen.arcam eſcam.fo.72.p.1.li 2.pologium pologicum fo.72 pa.1.li.6.augmeutationem,argumentationem.fo.72.pa.2.li 13 polus dolis fo.73.pa.1.li.16.comin cõmen.li.18 apoſto a'po.fò.75.pagi 1.li 17.demiſſo altero:quo dimiſſo altero libero:quo.fo.77.pa.1.lin.25.præripue precipere.fo.78. pa.1.li.30 aſinum ſubiacentem aſinum onere ſubiacentem fo.80.pa.1.vlti quo mẽtiaur, aut ſi qui mentiatur,aut ſicut fo.83.pag.6.vlti.ſydonionũ ſydoniorũ.fo.86.pa.:,6. porticos poeticos.fo.86.pa.1.li.28.intentionẽ contentionẽ fo.94.pa.2.li.32,aretnas,arethas.fo.45.p.1. li.14.ſcaipta ſcriptura fo.69.pa.2.li.4.ſtatim humenibres, ſtatim, humanioris fo.97.pag. 2 li.5.certiſsimus certi fumus.fo.99.pa.2.li.8.Drudo.Driedo.103.pa.1.lin.20.nominabant, numerabant.fo.106.pa.2.vlti.Craſſatres Caſſatrus.115.pa.2.antep. ſcreptũ ſceptrũ fo.116. pa.1.li.13.Zabi Zabu.12.pa.2.li.15.qnaſi ca:quaſi pen diſpertiam & diſpertiam ei. fo. 113.p.1. pen.aſpectum deſpectum fo.123.pa.2.li.13.continetur concinetur fo.124.p.2.li.20. Hieruſalem Herculcũ.fo.125.pa.lin.2.cecedii.cecidit fo.126.p.1.li.13.præter labunt præteterlabar fo. 30 pa.1.li.30.Nathahelis.Nathanaelis fo.62.reperta reparata.fo.133.p,2.li.27.vigeſima tercia,decima quinta fo.134.pa.2.li.27,enchænion: encæniorõ: enceniũ,enceniorũ.fo.135.p.1. li.18.ſextus nouilunij decimus quintus nouilunij.fo.137.pa.1.li.13.dies deeimus ſextus dies vigeſimus quinrus fo.137 pa,1.li.18.ſed.Seth.fo.137.p.2.li.poſt Cam poſteri Cain,li.9. Sem Seth fo.138.pa,1.vlti.tus us fo.144.pa:2.lin.25. Arate; Aratu:,antep.mathe matba. fo. 145. pa.1.li,4.Ares Arſes fo.152.pa.3.lin.5.Eſdralon,Eſron,fo.153.pa.3.li.19.ex Lucas Reſſa Salatiel Zorobobel Reſſa,fo.154.pa.1.lln 16.tur enim Chriſtnm tur Chriſtũ.fo.155.p.1.lin.22.

En Maprida.iiij de Mayo de,M.D.lxxjx.años.

Juan Vazquez
del Marmol.

UNIVERSITARIA